This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

110 d 11

DOMINUS ILLUMINATIO MEA

Taylor Institution.

# GESTA
ET
# VESTIGIA
# DANORUM
EXTRA
# DANIAM
PRÆCIPUE
IN ORIENTE, ITALIA, HISPANIA, GALLIA, ANGLIA, SCOTIA, HIBERNIA, BELGIO, GERMANIA
ET SCLAVONIA.

MAXIMAM PARTEM IPSIS SCRIPTORUM, NON EXOTICORUM MINUS, QUAM DOMESTICORUM, VERBIS
ADUMBRATA.

---

TOMUS II.

LIPSIÆ ET HAFNIÆ,
SUMPTIBUS IACOBI PREUSSII.
MDCCXLI.

LIBRARY OF THE TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
26 SEP. 1941
OF OXFORD

# GESTA
# ET
# VESTIGIA
# DANORVM
EXTRA
# DANIAM
PRAECIPVE
IN
ORIENTE, ITALIA, HISPANIA, GALLIA, ANGLIA, SCOTIA, HIBERNIA, BELGIO, GERMANIA ET SCLAVONIA.

MAXIMAM PARTEM IPSIS SCRIPTORVM, NON EXOTICORVM MINVS, QVAM DOMESTICORVM, VERBIS ADVMBRATA.

## EFFATVM
### ALFREDI ANGLORVM REGIS

*apud Dudonem S. Quintini Decanum Lib. II. de Moribus & Actis Normannorum.*

Pag. 7[illegible].

**Nulla tellus effert viros magis quam Dania præcipuos armisque ſtrenue edoctos.**

# CAP. I.

## DE
## DANORUM IN ANGLIA
## GESTIS ET VESTIGIIS.

### *Sectio I. Antiquiora continens per Gentiliſmum.*

§. 1. *Cimbri, Vandali, Burgundi, Gothi, Gentes boreales Angliam incoluere.* Quorum veſtigia Cumberlandia, Vandalis rivulus. Wandlesworth, Vandelsburg. &c.

§. 2. *Veſtigia Literat. Gothicæ ſ. Runicæ*, in Monum. Bewaſtrenſ. & Brigantino.

§. 3. *Expeditio Anglo-Saxonica.* Ubi de Anglia minore Daniæ provincia. De Ducibus illorum Hengeſt & Horſa Danis. Illorum Geneal. ab Othino Deaſtro repetita. Hengeſtesdune & Horſted ab illorum ſepulchris denom. Tancaſtre ab Hengeſto exſtruct. Statut. Edvardi Confeſſ. de Jutis in Angl. ob cognationem fovendis. Literatur. Anglo-Saxonic. &c.

§. 4. *Geſta Frothonis I. Dan. Reg. in Angl.* Ubi de Rege Angl. devicto. Londino obſeſſ. & dedito. Frothone oppreſſo.

§. 5. *Geſta Amlethi Jutiæ Reguli in Anglia.* Angli à mortuis ſtratagemate fugati. Cædes Regis Angl.

§. 6. *Geſta Fridlevi Celeris Dan. Reg. in Angl.* Angli eodem ſtratagemate fugati.

§. 7. *Geſta Frothonis III. Dan. Reg. in Angl.* Stratagema Anglor. eluſ. Triumph. Danor.

§. 8. *Geſta Regneri Lodbroch Dan. Regis & filiorum ejus in Angl.* Cædes Hamæ, Hellæ, Osberti, S. Ethelredi & fuga Ethelvoldi & Benthivoldi Regum Angl. Fabula de Origine Londini ab Ivaro Dano poſtea Angl. Rege &c.

§. 9. *Baptiſmus Frothonis VI. & Imper. Gormonis II. vulgò Anglici filii ejus in Angl.* Angli à Danis deficiunt.

§. 10. *Nuptiæ Gormonis Grandævi Dan. Reg cum Thyra Anglica.* Somnium & ominatio Thyræ. Anglia Thyræ filiis avi teſtamento legata.

§. 11. *Converſio Danor. fabuloſ. in Obſidione Cantoberiæ per S. Vulganium.* Rex Danor. ſeu potius Dux Danus reverentiâ Verbi Divini diadema poſuiſſe dicitur.

§. 12. *Martyrium S. Oſithæ per Danos Piratas.* A Præfecto Danico fruſtra ad idololatriam ſolicitatur. Oppid. S. Oſithæ.

§. 13. *Variæ Danor. in Angliam Irruptiones.* Ubi de Præfecto Angl. à Danis occiſo. Explorator. fertilit. Anglic. Vaſtatio Thaneti. Danegeldi diverſa interpretatio. Concil. Fincenhalenſe ad Dan. comprimend. coact. Vaſtat. Northumbr. Bibliotheca Lindisfarn. incenſa.

§. 14. *Complura Autorum Loca de Northumbria noſtratibus à remotiſſimo ævo inſeſſa.* Sub Regulis ac Regibus ſequent. Oſca, Heingeſti Dani filio, Eilrico Dano, Hroare Dano, Hroco Dano, Agnare Hroaris filio, item Halſdano Diſerto, Ivaro Vidfadmio, Haraldo Hildetann, Sigurdo Ringo, Regnero Lodbroch, Lodbrochidisque Daniæ Regibus & Erico, Blodöxe Norvegiæ Ex-Rege. Quorum ex parte aula fuit Eboraci, noſtratib. olim Jorvivik unde York.

§. 15. *Vindicta Danicæ in Anglia vaſtationis per S. Cuthbertum* Cæde Præfecti Danici cæterorumque naufragio.

§. 16. *Expeditio Rollonis Pedeſtris in Angl.* Ubi de ſomniis Rollonis, de præliis & fœdere cum Alfredo Anglor. Rege, & Monumento Rollonis in Angl. Rollerichſtones.

§. 17. *Glo-*

§. 17. *Glaceſtria à Danis vaſtata.* Ubi de Cæde trium Danorum Ducum Heatſden, Cinuiſl & Ingvar nec non Herbytho Duce Angl. à Danis occiſo.

§. 18. *Commercium Haraldi Pulchricomi Reg. Norv. cum Ethelſtano Rege Angl.* Technæ Ethelſtanianæ Retorſio. Educatio Haquini Adelſteins = Foſtre ſ. Ethelſtani Alumni. Legatio Helgrimi & Offridi Norvegor. in Angl.

§. 19. *Martia Eigilis Skallagrimidæ Norvegi in Anglia facinora.* Ubi de cæde & ſepultur. fratris Thorolfi. Victoria Ethelſtano per Eigilem acquiſita. Forma & ſtatura Eigil. terribil. Munificentia Ethelſtani in Eigil.

§. 20. *Baptiſmus Olavi Tryguini poſtea Norv. Regis & Martyr. ejusque cum Comitis Anglici vidua connubium.* Eremitæ de Olavo Vaticinium completum, Olavus in inſul. Sillinis baptizatur. A Gyda Comitiſſa ob formæ præſtantiam omnibus prælatus. Certamen cum Alpino rivali.

## *Sectio II. Recentiora ſiſtens poſt introductum Chriſtianiſmum.*

§. 1. *Introitus ad periodum recentiorem.* Ubi potiora ejus momenta in nuce comprehenſa.

§. 2. *Varia Danor. in Angl. Monumenta incerti ut plurimum ævi.* v. gr. Stone-Heng, Wring-Cheſe, Hubbeſtone, Monum. Gurmundi Dani, Kong-Stool. Trophæa Danor. ad Exmore. Stipperſtones ſ. Trophæa Haraldi &c.

§. 3. *Geſta & Imperium Svenonis Barbæ Furcatæ Dan. Regis in Angl.* Ubi de triplici Danor. in Angl. laniena. Vera origine Danegeldi ſ. annui Dannor. ex Anglia tributi. Fuga Ethelredi Angl. R. in Normann. Fabula de Svenone à S. Edmundo occiſo. Sepultura ejus Eboraci an Rœſkild?

§. 4. *Geſta ac Imper. Canuti magni Dan. &c. Regis in Angl.* Conflictus cum Ethelredo revocato. Obſesſio Londini. Monomachia Regum Canuti & Edmundi. Fœdus & regni partitio. Cædes Edmundi à Canuto punita.

punita. Inauguratio Canuti. Connub. cum Emma Ethelr. Vidua. Prudentia, pietas & magnificentia Canuti. Iter ejus Romanum & filia Cunigunda ſ. Gunilda Rom. Imp. elocata. Leges Witherſlags Rett à Canut. in Angl. rogatæ. Obitus ejus in expeditione Normanno-Gallica. Sepultura Rothomagi an Weſtmonaſterii? Amplitudo Imperii ejus. Primi in Dan. Monachi à Caveshamio Angl. ſub Canuto Magno transmiſſi.

§. 5. *Imperium Haraldi Can. M. filii in Anglia.* Rumores de ſpuriis Haraldi natalibus. Inauguratio ipſi ab Ælnotho Archiep. negata. Venationi deditus. Sepultus Weſtmonaſterii. Cadaver effoſſ. & dehoneſtat. à Canuto Duro. Sepelitur denuo in Cœmet. ad Sanct Clemen-Danes.

§. 6. *Geſta ac Imperium Canuti Duri Dan. Reg. in Angl.* Ubi Viſio Harde-Canuti. Anglica ad illum in regnum vocandum Legatio. Tribut. graviſſ. Angl. imperat. Conniventia ad Danor. in Angl. inſolentiam. Dani in Angl. denuo truncati. Canut. Dur. veneno ſublatus & Weſtmonaſterii ſepultus. Largitiones ejus inuſitatæ. Fabula de mortis genere. Rationes cognom. Duri. *Hunscarle* Canuti. Conſortium nominis magis quam Imperii Regii Edvardo uterino fratri indultum. Statutum Canuti de Svenone Eſtrithio ſibi ſucceſſuro.

§. 7. *Geſta Svenonis Eſtrithii Dan. Reg. in Angl.* Edvardus Canuto ſuccedit, excluſo Svenone. Præſidia abſentis Svenonis in Angl. trucidantur. Danegildum abrogatur. Edvardo ſuccedit Haraldus Godwinius conſobrinus Svenonis, Haraldo Wilhelm. Dux Normann. Expeditio Svenon. adverſ. Normannum Ducibus Fratre Esberno & filiis Haraldo ac Canuto nec non Chriſtiano Epiſcopo Dano, auxiliaribus Norvegis, Gallis, Scotis, Polonis, Friſonibus, Saxonibus & Vandalis. Alphredus Archiep. Ebor. metu Danor. extinctus. Anglia boreal. ſubjugata. Archithalaſſus Esbernus pecunia corruptus, re infecta, diſcedit. An Edvardus Svenoni Eſtrithio tributarius fuerit? An pater Svenonis Anglus? An Sveno Angl. Rex fuerit? De filio Svenonis, qui in Angl. ſedem fixit,

xit, Hardingo & Nepote Roberto, à quo Monaſt. fund. Fabula de morte Svenon. Eſtrithii in Angliam cogitantis.

§. 8. *Perſonalia Sancti Odonis Anglor. Archiepiſcopi gente Dani.* Parentes ejus Dani, Rege Elfredo infeſtaverant Angliam. Vocatur *Ode the good*, ſ. Odo Bonus.

§. 9. *Expeditio Haraldi Strenui Norveg. Reg. in Angl. contra Harald. Godwini.* Incentor hujus Expedit. fuit extorris Angl. Comes Toſtius fratri Haraldo Godwini infenſus: Norvegi à ſolis Danor. in Anglia præſidiariis ſibi metuunt, quippe unus Danus duobus aliis vel fortiſſimis prælatus. Angli à Norvegis ad Eboracum fuſi & fugati, relicto pugnæ veſtigio. Quid de Haraldina in Sacerdotes Anglos laniena, Anglicis ſcriptoribus memorata tenendum. Inauditum Martii Norvegi forte Eyſteini Orrii facinus, qui ſolus totum Anglor. exercitum tranſitu pontis prohibuit. Ominatio fauſta Haraldi Angliæ Regis ex equi, quo Rex Norvegor. vehebatur, caſu. Proceritas & Majeſtas Haraldi Norveg. Haraldo Angliæ Regi admirationi fuit. Iudicium Regis Norveg. de Rege Angliæ. Pietas Iſlandi in Regem. Stupenda Haraldi Norvegi virtus, ambabus manibus hoſtes, ubi confertiſſimi erant, cædentis. A multitudine opprimitur. Animoſum Norvegorum, oblata pace, reſponſum, aut ſe victores abituros aut juxta Regem ſuum occubituros. Orrii Procella. Flos Nobilitatis Norvegicæ prope deletus &c.

§. 10. *Perſonalia Walteofi Comitis & Patris ejus Sigvardi Dani Northumbriæ Comitis.* Walteofus juſſu Wilhelmi Conquæſtoris decollatur. Caput amputatum loquitur. Sanctitas ejus. Epitaphium in Monaſteria Croylandenſi. Cauſa ſupplicii. Pater ejus Sigvardus Digre, ſ. Craſſus, ſtans armatuſque juxta effatum Veſpaſiani Imperat. mori voluit. Statura ejus gigantea. Lethali alterius filii vulnere, quia adverſo, lætatur.

§. 11. *Epitaphia Roberti Armigeri Angli gente Dani & Magni cujusdam è Regiis Danorum ſanguine oriundi.* Pater Roberti fuit Unfremus Danus. Robertus a Wollonibus cæſus. Epitaphium ejus incerti loci, ſed

Magni, ex milite eremitæ extat in deſolato templo Oppidi Lewes obſoleto charactere.

§. 12. *Expeditio Sancti Canuti Dan. Reg. & Martyris adverſus Anglos adornata.* Canutus à profugis Angliæ ad Angliam recuperandam ſolicitatur, Angliam Daniæ Regibus hæreditario jure deberi dicentibus. Colloquium Canuti cum Olavo Norvegiæ Rege Haraldi, qui in Anglia ceciderat, filio, de ſociis armis Angliæ inferendis. Obſtacula Expeditionis. Fabula de obluctantium ventorum pertinacia à veneficis excitata. Fama confœderatæ Claſſis Wilhelmo I. terrori fuit.

§. 13. *Expeditio Erici Emundi Dan. Regis in Angliam contra Stephanum Angl. Reg.* Ericus Angliam vaſtat, jus hæreditarium urgens. Angli non audent ex æquo cum Danis confligere, ſed Danos ad prædas agendas diſperſos captata occaſione, ex improviſo circumveniunt.

§. 14. *Copiæ auxiliares Glor. Memor. Chriſt. V. Dan. & Norv. Regis, Wilhelmo III. Angliæ Regi miſſæ 1689.* Dux Copiar. Danicar. quæ ſeptem millibus militum conſtabant, fuit Sereniſſ. Dux Würtemberg. Ferdinandus Wilhelmus. Inſcriptio Numiſmatis in claſſem hanc vela dantem cuſi. Maledicentia impudentiſſimi Dano-maſtigis Moleswortthii, qui eo ipſo tempore, quo tot Dani pro Anglis & tanta virtute pugnabant, famoſiſſimam in Danos Satyram ſcribere non erubuit.

§. 15. *Perſonalia Sereniſſ. Danor. Principis Divi Georgii Auguſtiſſimæ M. Brit. Reginæ Annæ Stuartæ Mariti.* Auguſtarum Daniæ & Angliæ Domuum neceſſitudo à Chriſt. I. Dan. Rege deducta. Nuptiæ Divi Principis Georgii cum Celſiſſ. Principe Anna Stuarta. *Jacobus II.* Georgii Principis Socer Rex factus. Georgius Princeps Religionis ergo Anglia ad tempus cedit. Munificentia ſacra Divi Princip. A Wilhelmo III. pronunciatur Dux, Comes & Baro Angl. Celſiſſima Conjux Regina facta. Georgius Princeps toti Anglor. genti acceptiſſimus. Erat Regia dignitate, quamvis carebat nomine. Tuſſi corripitur. Moritur in arce Kenſington. Sepelitur in Mauſoleo Carol. II.

rol. II. Memoria D. Principis ob virtutes & amorem Patriæ Angliæ ſacra. Legatio Domini de Walterſee in Dan. Legationes Lib. Baronis de Rantzau in Angl. Numismata bina in fata Divi Princip. Commercium Danorum cum Anglis ab ultima memoria quaſi in tabella ſynoptica repetitum & ad tempora Georgii Principis continuatum.

§. 16. *Reſidua in nominibus, proverbiis, familiis aliisque Danorum apud Anglos memoria.* Eccleſ. paroch. Londini *Sanct Clemen - Danes* Templum Dano-Norveg. Londini, Ejus inſcriptio Latino - Danica. Arma Veter. Dan. Angliæ domitor. *The Forreſt of Deans* ſeu ſylva Danor. nomen regionis in Angl. Sinus *Harewich* à Danico Hærviig. Templum *Aſchedun.* Danice Eſke-Bierg à Can. M. erectum. *Danes - Bloud,* ſ. Danſkes Blod ſ. Sangvis Danor. ebulum eo loci creſcens. *Hubbelowe* locus ab Hubba Dano dictus. *Grismunds* ſeu *Gurmunds Tower* & *Gormonchester* à Gurmundo ſ. Gormone Dano. *Canewdon* Regia Canuti M. adhuc ſuperſtes. *Greenwich* Dan. Grönviig ſtatio olim claſſ. Dan. *Fulham*, ſ. Volucrum domus, nomen Danicum. Locutio Anglica: *Lord - Dane, Hock - Tide* ſ. *Hock - Day* feſtum Angl. ob expulſos Danos, à Dan. Höy-Tid. Cereviſiæ Anglicæ genus Ale ſ. Eale à Danico Øll. Proverb. Anglor. *Thrinck I will pledge you.* item *I will pledge you for the Danes.* Barones de *Barklei* à Danis oriundi. Item Principes de *Buckingeham* in Angl. Comites *Cheſtriæ* à Danis deſcendunt. Comites *Montacutii* Norveg. proſapiæ. Reges *Manniæ* Dan. ſ. Norveg. generis. Judicium Anglor. duodecimvirale (*the Judgment of twelve Jurors*) à Danis acceptum. Lex S. Edvardi Confeſſ. partim ex veteri *Deneloga* ſ. Lege Dan. compoſita. Veſtigia ſermonis Danici in lingua Anglica.

## P. S.

I. Monumenta Haraldi Can. M. fil. Angl. Regis & Annæ Frid. II. Dan. R. fil. Anglor. Reginæ Weſtmonaſterii.

II. Teſtimonia nonnulla Autor. de Danor. in Angl. Geſt. ſuperius prætermiſſa.

# SECTIO I.

D*anorum in Anglia Veſtigia more noſtro in antiqua & recentiora diſpeſcimus.*

Cimbri, Vandali, Burgundi, Gothi, Angliam incoluere.

§. 1. *Priorem claſſem etiam hic inchoant Cimbri, de quibus notatu dignum iſtud Vilhelmi Malmeſburienſis de geſtis Pontificum Anglorum in Prologo libri tertii:* Eſt, *inquit*, in Lugabalia civitate triclinium lapideum fornicibus concameratum, quod nulla unquam tempeſtatum contumelia, quin etiam nec appoſitis ex induſtria lignis & ſuccenſis valuit labefactari. *Cumberland* vocatur regio & *Cumbri* vocantur homines, ſcripturaque legitur in fronte triclinii:

MARII VICTORIÆ.

Veſtigium Cimbrorum.

Quod quid ſit, hæſito, niſi forte pars Cimbrorum olim his locis inſederint, cum fuiſſent a Mario Italia pulſi. Sane tota lingva Northanimbrorum, & maxime in Eboraco, ita inconditum ſtridet, ut nihil nos auſtrales intelligere poſſimus. *Camdenus Cimbros Britannis originem dediſſe fatetur* p. 9. Cimbrorum ſive Cimmeriorum (*id eſt Gomerorum ut ſupra oſtendit*) nomen hanc orbis partem quodammodo opplevit, nec ſolum in Germania ſed etiam in Gallia latiſſime patuit. Qui nunc ſunt Galli, ut habet Joſephus & Zonaras, Gomari, Gomeræi & Gomeritæ a Gomero vocabantur ab his Galliæ Gomaris ſive Gomeris Britannos, noſtros originem duxiſſe, & nomen in originis argumentum detuliſſe ſemper exiſtimavi, ipſumque proprium & peculiare Britannorum nomen idem perſuaſit.

Ipſi enim ſe Kumero & Kumeri, mulierem Britannicam Kumeraes & linguam Kumeraec appellitant. Nec alia agnoſcunt illi nomina, licet ex his score quidam Cambros & Cambriam procuderint. *Et poſt nonnulla:* Nec quis detrahendi ſtudio noſtris *Cumeris ſive Cimbris* objiciat, quod Cimbros lingua Gallica latrones dici Sextus Pompejus ſcripſerit. Licet enim Cimbri, inter quos & noſtros *Cumeros fuiſſe* probabile eſt, in illa θυμικῇ mundi ætate; qua fortitudo bellica excelluit, ab his Europæ finibus errabundi, ut autor eſt Poſſidonius, ad paludem usque Mæotidem latrocinando militiam agitarunt, non tamen Cimber magis latronem ſignificat, quam Ægyptius ſuperſtitioſum, Chaldæus Aſtrologum, & Sibarita delicatulum. Sed quia tales fuerunt illæ nationes, de earum nomine, qui tales ſunt, vocantur & in hoc juxta mecum ſentit eruditionis lumen Joſeph. Scaliger. *Et pag. 11.* Ut priſci Galli Gomeræi, Gomeritæ & contracte Cimbri, ſic etiam Britanni noſtri Cumeri & Kimbri dicuntur. *Hæc Camdenus. Sed de Cimbrorum noſtratium in Gallias irruptione actum ſuperius, & cum inde in Italiam veniſſent, in ſynonyma abierunt hæc nomina, ſic enim Cicero* Marius influentes in Italiam Gallorum copias repreſſit. *Et Galli vice verſa audiebant Cimbri teſte Appiano in Illyricis:* Celtæ ſive Galli, *inquit,* quos Cimbros vocant. *Cimbricum vero nomen veroſimilitudine majori, ut plerique conſentiunt, a* τῶ Kæmper *ſeptentrionalium, quam Gomero deducitur. Adeoque cum Cimbri Gallici, unde originem Britannorum repetit Camdenus, ex Septentrione prodierunt in Galliam, non tam Galliæ quam Daniæ Cumeri, cum illud nomen feratur acceptum. Quod*

Cumeri a Cimbris.

*Quod vero attinet Monumentum illud Lugubalenſe, quod Cimbrorum noſtrorum poſt cladem Marianam ſuperſtitum Malmesburienſis credit veſtigium, alio trahit* Camdenus *pag. 638.* Poſtea, *inquit*, a Danis ingentibus ruinis deformata Lugabalia, annos plus minus ducentos ſuis cineribus ſepulta jacuit, donec Regis Guilielmi Rufi auſpiciis, denuo refloreſcere coepit, qui novis ædificiis inſtauravit &c. Tunc ut habet Malmesburienſis, viſum erat triclinium Romanum, ex lapidibus, fornicibus concameratum, quod nulla unquam tempeſtatum contumelia aut ignium flamma labefactari potuit, in cujus fronte inſcriptum erat Marii Victoriæ. Hunc Marium aliqui Arviragum Britannum eſſe voluerunt, alii Marium illum fuiſſe contendunt; qui Imperator contra Gallienum ſalutatus, tanti roboris fuiſſe perhibetur, ut in digitis non venas, ſed nervos habuiſſe ſcriptores tradiderint. *Hæc ille. Sed non video, cur hic a Mario Cimbrorum Triumphatore diſcedendum, nam ſi vel maxime Cimbrorum reliquiæ Cumberlandiam, ut forte non vane augurantur Malmesburienſis, nunquam incoluerint, potuiſſent Romani, a quibus Anglia poſthac inundata & domita, monumentum iſtud Marianæ victoriæ ibidem reliquiſſe.*

Lugabalia a Danis vaſtata.

6 *Vandalos noſtros redolere videtur Vandalis rivulus in provincia Surria (Suthry) ubi & oppidulum* Wandlesworth *inde denominatum vid. Camdeni Britann. pag. 213 & 214. Et Idem pag. 48.* Non tacendum eſt, quod Zoſimus libro primo tradit, Probum Imperatorem Vandalos & Burgundos (*utram-*

Veſtigia Vandalor.

Burgundi.

*(utramque gentem Daniæ noſtræ teſtimoniis Autorum ſuperius aſſeruimus)* quos devicerat, in Britanniam miſiſſe, qui ſedes hic nacti, utilem operam Romanis præſtiterunt, quoties aliquis ſeditionem moliretur. Ubi vero ſederint, neſcio, niſi in agro Cantabrigienſi. Gervaſius enim Tilburienſis meminit antiqui valli in illo agro, quod Vandelsburg vocat, Vandalorumque opus fuiſſe dicit. *Ipſa Gervaſii Tilburienſis verba, de quibus loquitur Camdenus, ita habent.* Sub Cantabrigia, *inquit*, locus erat Vandelbiria dictus, eo quod illuc Vandali Britanniæ partes ſæva Chriſtianorum peremptione vaſtantes caſtra metati ſunt: ubi ad monticuli apicem fixere tentoria, planities in rotundum vallata circumcluditur, unico ad inſtar portæ aditu patens ad ingreſſum. *Et pag. 60. iterum Camdenus.* Genſricum Vandalorum Regem in Scotiam & Britanniam Gothi tranſiiſſe tradit Irenicus. *Angliam neque ignoraſſe Gothos concluditur ex Procopio, apud quem Beliſarius Gothis expoſtulantibus, quod Siciliam Romanis conceſſiſſent, in hæc verba reſpondet:* Et nos item Britanniam Gothos habere ſibi permittimus Sicilia longe præſtantiorem, Romanorum quondam ditionis effectam. Par enim eſt, ut qui priores beneficia contulere, vel gratiam parem ut referant, vel benefactorum viciſſitudinem.

Veſtig. Vandalor.

§. 2. *Literaturam Gothicam, quam vocant, vel Runicam in Anglia obſervarunt Spelmannus & Camdenus. Henricus Spelmannus Eques Anglus in literis ad Pallinum Roſenkrantz Regis Daniæ in aula Anglica Legatum, quas Wormius Mon. Dan. lib. 3. pag. 159. inſeruit, monumentum Runicum ſiſtit, quod a Danis olim erectum ſuſpicatur:*

Veſtigia Literatur. Gothicæ ſ. Runicæ.

Reper-

Repertum, *inquit*, apud nos aliquando Gothicæ Scripturæ genus monumenti non abſimile, ſed alio atque alio diſpar charactere Wormiique dignum enucleatione: Breve ecce ſpecimen:



Monument. Beucaſtrenſe.

Sculpta fuit hæc inſcriptio Epiſtylio crucis lapideæ Beucaſtri partibus Angliæ Borealibus, ubi Dani plurimum verſabantur. *Hæc Spelmannus. Wormii judicium pag. 168. ita habet:*

Inſcriptio Beucaſtrenſis vere Gothica ſeu Runica eſt, ſed ab imperito haud plane deſcripta, nam nec integra eſt, ne 4. 5. 7. 8. 12. notæ confuſionem effugere. *Nobiliſſ. Chriſtianus Helverſchovius, quondam S. Reg. Maj. Conſil. Juſtitiæ & Judex Provincialis, in Spicilegio eorum, quæ perfectiſſimus noſtri Seculi Antiquarius Olaus Wormius in Monumentis editis ſe forte neſcire ſimulavit vel diſſimulavit. Mſſ. haud ita pridem ad nos perlato, ita legere non dubitat.*

Vilos ero ateos,

Lectio alia.

*Quod barbare ſatis ſcriptum putat pro:* Vilis ero atheis. *Quæ de Servatore cruci affixo erunt intelligenda: Verum dubitari poſſit, an dextre ſatis tres iſtas ſuperaverit figuras:* , *quas legit:* V. E. A. *Certe prima litera canina ſimilior videtur, poteſt tamen, ſi tabellam Varietatum literarum Runicar. in Litteratura Wormiana pag. 60. inſpexeris, quodammodo accedere ad figuram, qua litera* V. *interdum exprimitur. Figuram*  *bis habemus in intricatiſſimo Monumen-*

*to Leſtragrienſi. vid. Worm. Mon. Dan. pag. 215, ſed quam oculatiſſimus ipſe Wormius inter monſtroſos alios dicti monumenti characteres ſibi ignotam fatetur in Litter. Run. pag. 66. Tertiam figuram quod attinet, nihil hujus ſimile apud Wormium nobis quidem reperire licuit, ſed non multum abludit, quæ in inſcriptione ulnæ Gothicæ in Campis Italiæ Veronenſibus reperta, ſuperius adducta, iterato viſitur ſitura:*  *ubi Clar. Peringſkioldius legit Diphthongum* Ö *ſ.* OE.

*Pergit in ſuperius adducta epiſtola Spelmannus.*

Habetur & ex eódem tractu ſub Brigantibus Cumberlandiæ in Cambdeni Britannia literis aliquot magis obſoletis & exoticis alia inſcriptio (Danica reor) quam utramque intueatur, cupio veſter Myſtagogus Wormius, exponensque vel alterutrum erit mihi magnus Apollo.

*Hinc Wormius pag. 168. in litt. ad Spelmann.* Quod etiam de monumento in Comitatu Brigantino extante, a Clariſſ. Cambdeno delineato conqueror (*ſc. non plane eſſe deſcriptum*) alioquin non hic ullo opus foret Apolline: Quid ſi ita legendum: Monum. Brigantinum.



Rino ſatu Runa ſtina d.

Rino Lapides hos Runicos poſuit.

NB. *In Britannia Camdeniana Editione Francofurtenſi Anno 1590. non reperio.*

§. 2. *Saxo ſub initium hiſtor. Dan. repetit Anglici nominis originem ex Danico* Angul. Dan & Angul, *inquit*, à quibus Danorum cœpit origo, patre Humblo Expeditio Anglo-Saxon. Angul an Anglici nominis autor?

blo procreati, non ſolùm conditores gentis noſtræ verum etiam rectores fuere &c. Ex quibus Angul, à quo gentis Anglicæ principia manaſſe memoriæ proditum eſt, nomen ſuum provinciæ, cui præerat, aptandum curavit, levi monumenti genere perennem ſui notitiam traditurus. Cujus ſucceſſores poſtmodum Britannia potiti, priſcum inſulæ nomen, novo patriæ ſuæ vocabulo permutarunt. Magni id factum à veteribus æſtimatum. Teſtis eſt Beda &c. *Sed Camdenus pag. 68.* Faceſſat, *inquit*, Angulus filius Humbli & Angela Regina, quos noſtræ gentis fuiſſe conditores blaterant inepti: *Licet meus Saxonis non ſit, Anglia Regnum immediate ab Angul denominatum, ſed mediante Anglia minore Provinc. Dan. Ad veriora igitur tranſimus, ſcilicet factam Sæculo V. ex his oris Anglo-Saxonicam in Britannos Expeditionem, Ducibus Hengiſto & Horſa, qui cum ex provincia* Angelen *in Cimbria Auſtrali ſ. Ducatu Sleſvicenſi, Regni Danici lacinia, oriundi eſſent. Subacta inde nomen adhæſit Britanniæ, ut poſthac Anglia ſit appellata. Inſignis de hac expeditione eſt apud Bedam locus:* Anno ab incarnatione 449 cum Orientis Imperium teneret Martianus, & Valentinianus Auguſtus Occidenti præeſſet, Anglorum ſive Saxonum gens, incitata a Rege Britonum Vitigerio, Britanniam tribus longis navibus advehitur & in orientali parte Inſulæ, jubente eodem Rege, locum accepit commanendi, quaſi pro patria (*Vitigerni ac Britonum*) pugnatura, re autem vera hanc expugnatura, ſuſcepit. Inito ergo certamine cum hoſtibus, qui ab aquilone ad aciem venerant, victoriam ſumpſere Saxones. Quod ubi domi nunciatum eſt, ſimul & inſulæ fertilitas, & ſegnitia Britonum, mittitur confeſtim illis claſſis major, armatorum ferens

manum

manum fortiorem, quæ præmiſſæ adjuncta cohorti inſuperabilem fecit exercitum. Suſceperunt ergo, qui advenerant, donantibus Britonibus, locum habitationis inter eos ea conditione, ut pro patriæ pace & ſalute in hoſtes militarent, illis militantibus debita Britones ſtipendia ferrent. Advenerant autem de tribus Germaniæ populis fortioribus, id eſt, de Saxonibus, Anglis, Jutis. De Jutarum origine ſunt Cantuarii & Vectuarii, hoc eſt, ea gens, quæ Vectam tenet inſulam & ea, quæ usque hodie occidentalium Saxonum Jutarum natio nominatur, poſita contra inſulam Vectam. De Saxonibus, hoc eſt, e regione antiquorum Saxonum venere orientales Saxones, meridiani & occidui. Porro de Anglis, hoc eſt, illa patria, quæ Anglia dicitur & ab eo tempore usque hodie manere deſerta inter provincias Jutarum & Saxonum perhibetur, orientales & mediterranei Angli pariterque tota Nordthumbrorum progenies, id eſt, earum gentium, quæ ad Boream fluminis Humbri inhabitant, cæterique Anglorum populi ſunt orti. Duces fuiſſe perhibentur eorum primi, duo fratres, Hingeſt & Horſa, e quibus Horſa poſtea occiſus in bello a Britonibus. Non mora ergo, confluentibus in Inſulam certatim gentium memoratarum catervis, grandeſcere cœpit populus advenarum, ita ut ipſis quoque, qui advocaverant, indigenis eſſent terrori, qui cum ſubito inito ad tempus fœdere cum Pictis, quos longius jam bellando pepulerant, in ſocios arma vertere incipiunt.

Anglo-Sax. Propago Jutorum in Britannia.

Situs provinciolæ Danicæ Angelen, inde ab emigratione Anglo-Saxonum deſertæ.

Duces Anglo-Saxonum.

*Autor vetuſtus, qui floruit circa annum Chr. 950.* Patricius Conſul Fabius Quæſtor Ethelwerdus *Chronicor. lib. I.*

Anglia vetus ſita eſt inter Saxones & Giotos, habens oppidum capitale, quod ſermone Saxonico Sleswic nun-

Ratio Anglici nominis.

cupatur, ſecundum vero Danos Haithaby. Ideoque Britannia nunc Anglia appellatur, aſſumens nomen victorum. Præfati enim Duces illorum (*ſc. Anglo-Saxonum*) inde venerunt Britanniam primi, hoc eſt, Hengeſt & Horſa, filii Wyrthelſi, avus eorum Wicta & proavus Wither, atavus quidem eorum Wothen, qui & Rex multitudinis Barbarorum.

Genealogia Hengeſti & Horſæ ab Othino deducta.

*Hinc* Camdenus *pag. 68.* Quas ſedes Angli habuerunt, controverſum eſt, nec una ſunt omnes opinione. Plurimi in Weſtphalia ponunt, ubi Engern viſitur & Svevi-Angli a Tacito & Ptolomæo memorati conſederunt. Alii in Pomerania, ubi Angloen oppidum floret. Sed cum hi in ſecretiora Germaniæ longius a mari porrigantur, alia noſtrorum Anglorum ſedes quærenda videtur, quam ut inter Saxones & Jutas quærerem, juſſit Beda: Angli, inquit, de illa patria, quæ Angulus dicitur, & ab eo tempore usque manere deſerta inter provincias Jutarum & Saxonum perhibetur. Cum autem inter Jutlandiam & Holſatiam, antiquam Saxonum regionem, provinciola ſit in Daniæ Regno, quæ Angel hodie dicitur, ſub Flensburg civitate, me tandem avitam noſtram ſedem inveniſſe & inde Anglos in hanc inſulam demigraſſe affirmare auſim. Utque verius affirmem, jam juſſit vetuſti Scriptoris autoritas. Inſcribitur hic Autor Patricius Conſul Fabius Quæſtor Ethelwerdus &c. &c.

Variantes opiniones de Anglorum patria.

Anglia minor in Daniæ regno.

*Idem pag. 74.* Egbertus occiduorum Saxonum Rex quatuor ex his regna victoria complexus, cum reliqua etiam duo ſpe devoraſſet, ut quæ in unius imperium deveniſſent, in unum item nomen coirent & ſuæ gentis memoriam conſervaret, Heptarchiam, quam occuparunt Saxones, promulgato edicto Engelonth vocari juſſit. Anglorum terra. Unde Latine

Britannia vocatur Engelonth.

Anglia

Anglia dicta, ab Anglis facta appellatione, qui ex tribus his populis erant numeroſiſſimi.

Claudius Lyſcander *noſtras in Geneal. Reg. Dan. pag. 323:* De Britanner bleve høylige anfected af diſſe Nordlenſke og Danſke Picter og Skytter (ſom fremmede Scribenter almindelige kalde Pictos & Scotos) ſom var der indflyt og beſiddendes udi den Norde Part af Landet. Af ſaadan daglig Indløb og Overvold haver deres Konning Vortigernis der hand kunde ingen Undſætning erlange hos den Romerſke Keyſer, vartet foraarſaget hos de Saxer, Vitter eller *Juder* og *Vitthinboer* udi Vidingherrid og Anglos eller Angelboer at ſøge om Hielp og Biſtand, oc forhuerffed, at de tvende Brødre, Hengiſtus oc Horſus er dragen derind udi Landet Anno Chriſti 449. med forneffnde Saxer, Viter og Angelboër, hvilke have mectigen afſlaget og fordrevet forneffnde Pictos oc Scotos, oc ſiden vend deres Sind til at bliffve oc beſidde derudi Landet, oc beretter de Engellænder, at Hengiſtus bleff førſt bevilget ſaa meget Land, ſom hand kunde omfatte med en Oxehud, ſkar den behendige udi en Rem oc der med indbegreb en ſtoer, ſterck og vel beleylig Klippe oc bygde derpaa en faſt oc u-overvindelig Feſte, ſom af ſamme Hud og liſtige Anſlag blef til en ævig Ihukommelſe kaldet oc endnu kaldes til denne Dag Karkorei oc paa Saxiſke Tancaſtre &c. Forneffnde Hengiſtus med ſine Forfædre var paa ſit Mederne Folck af den Høyloflich of Kongelig Stamme her af Danmarch, oc ſom de Saxiſke og Friſiſke Hiſtorici det langt og vidtløfftige henregner til Angul den førſte Konning

Alia ratio nominis Anglici.

Stratagema.

Origo nominis Tancaſtre.

Genus Hengiſti & Horſi ab Angul repetitum.

Dans Broder her udi Dannemark, ſom var Lande Herre udi Angelen i Synder Jutland &c. *Nec deſunt hodiedum in Anglia veſtigia utriusque nominis Hengeſt & Horſa.* Albinus Meiſniſche Berg-werk p. 120. *montem Angliæ* Hengeſtendum *ab* Hengeſto Dano *dictum putat.* *Et* Florentius Wigornienſis *Chron. lib.* 2 *ad ann.* 835. Dani, *inquit*, multa cum claſſe in occidentalium Britonum terram appulerunt, cum quibus Britones foedus paciſcuntur, & eos ſecum ducentes fines Regni Egberti Regis depopulantur. Quod ille audiens, feſtinaciter copiam militum coadunavit & in loco, qui dicitur, Hengeſtesdune, id eſt, Mons Hengiſti, cum eis certamen iniit, ex quibus multos trucidavit, reliquos vero fugavit. *Probabile eſt fortiſſimum Anglo-Saxonum Ducem Hengeſtum in dicto monte inveniſſe ſepulcrum. Nec minus* Horſæ *alterius Ducis ſepultura τῷ* Horſted *nomen fecit.* Camdenus *in Deſcript. Cantii pag.* 247. Gvortimerus Britannus Hengiſtum cum ſuis Saxonibus hic (*ſc. ad Ailesford*) agreſſus eſt, quos incompoſitos, cum ſecundum impetum ſuſtinere non poſſent, ita fugavit omnes, ut de Saxonibus actum fuiſſet, niſi Hengiſtus, declinandi periculi gnarus, in Tanetum inſulam ſe recepiſſet, donec invictus ille Britannorum impetus deferveret, & integra ſubſidia e Germania advenirent. Ceciderunt hoc prælio Duces partium, Catigernus Britannus & Horſa Saxo, quorum hic ad Horſted non procul hinc ſepultus loco nomen reliquit, ille magnifico elatus funere, contumulatus creditur prope Ailesford, ubi vaſta illa ſaxa erecta ſunt, quæ imperitum vulgus a Catigerno Keith-cotyhouſe hodie vocat. *Hæc ille.*

Hengeſtesdune & Horſted ab utriusque Ducis ſepulchris dominata.

*Quocirca cum ex Jutia noſtra maximam partem orti eſſent Britanniæ domitores, hinc poſtea Jutiæ incolas*

Statutum de Jutis in Anglia

*nolas Gutos, ut conſanguineos ac fratres amice in Anglia ſuſcipiendos*, Inam *Regem Anglorum ſtatuiſſe*, *relatum eſt in Leges* Eduardi Confeſſoris a Lambardo *editas*:

ob conſangvinitatem amice habendis.

Guti ſimiliter, cum veniunt, ſuſcipi debent, & protegi in regno iſto, ſicut conjurati fratres, ſicut propinqui & proprii cives regni hujus. Exierunt enim quondam de nobili ſangvine Anglorum, ſcilicet de Engra civitate & Angli de ſangvine illorum, & ſemper efficiuntur populus unus & gens una. Ita conſtituit optimus Ina Rex Anglorum, qui electus fuit in Regem per Angelum, & qui primo obtinuit Monarchiam totius regni hujus poſt adventum Anglorum in Britanniam.

Engra an Engern Weſtphal. cujus, in ſuperioribus facta mentio?

*Supereſſe in Anglia multa Anglo-Saxonum monumenta teſtatur* Sheringhamus *in Diſcept. de Orig. Anglor. pag.175.* Præter Gothorum characteres, *inquit*, Anglo-Saxones alios ſibi peculiares habuerunt, quibus multa apud nos antiqua monumenta exarata ſunt. *Idem ulterius de literis Anglo-Saxonicis pag. 293.* Propter harum literarum (*ſc. Runicarum*) abuſum Vulphilas Gothorum Epiſcopus, rejectis Runis, aliis de novo excogitatis in Sacrorum Bibliorum Verſione uſus eſt. Suſpicor etiam majores noſtros ad ejus exemplum literas Anglo-Saxonicas invexiſſe atque in transferendis Bibliis uſurpaſſe. Nihil enim hactenus invenire potui, quod ante fidem a Saxonibus ſuſceptam literis iſtis exaratum ſit. Nusquam etiam comperi, literas illas in Germania unquam in uſu fuiſſe, unde in Angliam inventas, donec aliud conſtet, jure exiſtimem. Anglo-Saxones ſane in Cimbrica Cherſoneſo, unde exierint, literas Runicas ad omnia adhibuiſſe, illud vehementer arguit, quod illic ſoli characteres iſti ad inſcriptiones adhibiti. Inter

Monumenta Anglo-Saxon.

Literatur. Anglo-Saxon. peculiaris.

ter omnia Wormii monumenta Cimbrica, ne unum quidem extat, quod Anglo-Saxonicis characteribus inſcriptum eſt. Nec illud minus dictum arguit, quod Anglo-Saxones incantationibus Runarum opera fieri ſolitis, valde etiam poſt fidem accitam dediti fuerint, & incantatores Runcræſtigen, Anglice Run crafty, id eſt, Runarum ſcientes, ipſas vero incantationes Runſtafas, Anglice Runſtaves, id eſt, Runica Carmina vocabant.

Anglo-Saxon. Runis amans ſeu incantatricibus dediti, vulgo Ram. Runer. Runi cräftigen. Runſtaves.

Geſta Frothonis I. Dan. Reg. in Angl.

§. 4. Frothonis I. *Daniæ Regis in Anglia geſta ſequentibus prodit Saxo Grammat. Libr.* 2. Nec tantas hoſtium acies obtriviſſe contentus Britanniam tentat, cujus Rege devicto &c. *Et multis de expeditione Scotica, quæ inferius afferantur, interjectis:* Poſt hæc celeberrimum inſulæ oppidum Lundoniam petit. Cujus murorum firmitate expugnationis facultatem negante, mortis ſimulatione facta, vires ab abſtutia mutuatus eſt. Siquidem præfectus Lundoniæ Dalemannus, cum falſum de ejus obitu nuncium accepiſſet, receptis in deditionem Danis, Ducem ex indigenis offert. Quem ut ex magno acervo legerent, oppidum intrare permiſit. Quibus electionis diligentiam ſimulantibus, nocturnis inſidiis circumventus opprimitur.

Stratagema Danor.

Dalemannus Londini Præfectus a Danis oppreſſus.

Geſta Amlethi Jutiæ Reguli in Angl.

§. 5. *Idem. Libr. III. de* Amletho, Rörici *Daniæ Regis filio, ejusque in Anglia Geſtis inter alia hæc habet:*

Cujus (*ſc. Amlethi*) induſtriam Rex (*ſc. Britanniæ*) perinde ac divinum aliquod ingenium veneratus, filiam ei in matrimonium dedit, affirmationem quoque ejus tanquam coeleſte quoddam teſtimonium amplexatus eſt &c. *Et tandem multis interjectis:* Hæc loquente ea, adeſt Britanniæ Rex generumque arctius

Sagacitas Amlethi.

ctius quam affectuoſius amplexatus, convivio excipit, liberalitatis ſpecie fraudis propoſitum celaturus. Amlethus cognita fraude metum diſſimulanter habuit, ducentisque equitibus in comitatum receptis, ſubarmalem veſtem indutus obſequitur invitanti, maluitque Regiæ ſimulationi periculoſe parere, quam turpiter repugnare. Adeo honeſtatem in cunctis obſervandam putabat. Quem cominus obequitantem Rex ſub ipſa bipatentium portarum teſtudine adortus jaculo transegiſſet, ni ferrum ſubarmalis togæ durities repuliſſet. Amlethus levi recepto vulnere eo loci ſe contulit, ubi Scoticam juventutem expectandi officio fungi juſſerat &c. Quem Rex avidius fugientem inſequi non moratus, majore copiarum parte privavit, ita ut Amlethus die poſtero ſalutem prælio defenſurus, deſperatis admodum reſiſtendi viribus, ad augendam multitudinis ſpeciem, exanima ſociorum corpora partim ſubjectis ſtipitibus fulta, partim propinquis lapidibus affixa, alia viventium more equis impoſita, nullo armorum detracto, perinde ac præliatura ſeriatim in aciem cuneumque digeſſerit. Nec rarius mortuorum cornu erat, quam viventium globus. Stupenda ſiquidem illa facies erat, quum extincti raperentur ad prælia, defuncti decernere cogerentur. Quæ res auctori otioſa non fuit, quum ipſæ extinctorum imagines, laceſſentibus ſolis radiis, immenſi agminis ſpeciem darent. Ita enim inania illa defunctorum ſimulacra priſtinum militum numerum referebant, ut nihil ex eorum grege heſterna ſtrage diminutum putares. Quo aſpectu territi Britanni, pugnam præcurrere fuga, a mortuis ſuperati, quos vivos oppreſſerant. Quæ victoria neſcio callidior an felicior exiſtimanda ſit. Rex dum ſegnius fugam intendit, ab imminentibus perimitur Danis.

Stratagema.

Rex Angliæ a Danis occiſus.

Victor Amlethus ingenti præda acta, convulſisque Britanniæ ſpoliis, patriam cum conjugibus petit.

Geſta Fridlevi Celeris Dan. Regis in Angl.

§. 6. *Idem de* Fridlevo I. *Daniæ Rege Cognomento* Celere *Libr. V.* Poſthæc apud Britanniam amiſſis bello militibus, cum difficilem ad littus reditum habiturus videretur, interfectorum cadaveribus erectis, & in acie collocatis, ita priſtinum multitudinis habitum repræſentabat, ut nil ex ejus ſpecie tanto vulnere detractum videretur. Quo facto hoſti non ſolum conſerendæ manus fiduciam abſtulit, ſed etiam carpendæ fugæ cupidinem incuſſit. *Stratagema idem, quo ſuperius utebatur Amlethus.*

Expeditio Frothonis III. Dan. Reg. in Angl.

§. 7. *Idem de expeditione Frothonis III. cognomento Pacifici in Britanniam Libro itidem V.* Quæ res (*ſc. piratæ oceanum infeſtantes*) maxime Frothonem ad Occidentem armis inceſſendum adduxit, cujus unicum in propaganda pace ſtudium verſabatur. Acceſſito ergo Erico, cunctaque famulantium ſibi regnorum claſſe concita, Britanniam innumera advehitur puppi. Cujus inſulæ Rex manu ſe imparem noſcens

Stratagema Anglici Regis.

(*quippe fretum navigiis videbatur occludi*) Frothone per deditionis ſimulationem petito, non ſolum magnitudinem ejus adulationis officio proſequi cœpit,

Gentium domitores Dani.

ſed etiam domitoribus gentium Danis, ſuam patriæque ſubjectionem promittit, penſiones, cenſum, vectigalia, ſive quicquid expeterent, offerebat. Ad ultimum hoſpitaliter invitandos curat. Grata Frothoni Britanni humanitas fuit, quanquam doli ſuſpicionem aleret tam facilis omnium abſque coactione promiſſio, tam prompta hoſtium ante bella deditio, quæ raro ſincera fide adminiſtrari ſolet. Laceſſebat quoque convivii metus, veritus, ne clandeſtinis inſidiis appeteretur, ſubeuntis crapulæ laqueis implicata, ſobrietas.

brietas. Cæterum major invitatorum numerus videbatur, quam ut tuto invitanti parere poſſent. Inoptum quoque exiſtimatum, inexpertæ hoſtium fidei credere ſalutem ſuam. Qua Rex mentium fluctuatione comperta, denuo Frothonem accedit, cum duobus millibus ac quadringentis viris epulaturum accerſens, quem ante cum mille ducentis proceribus convivium inire popoſcerat. Frotho nondum ſuſpicione depoſita, quanquam adaucto invitatorum numero fretus, petendi convivii fiduciam mente præſumere poſſet; ſubornat, qui regionis abdita percurrentes, ſi quid inſidiarum ſpeculando deprehenderent, ocyus intimandum curarent. Cujus rei cauſa nemus ingreſſi, reperta caſtrorum acie, quæ Britannorum copias attinebat, dubium preſſere greſſum; At ubi res liquidius agnita eſt, pedem referre deproperant. Furva ſiquidem tentoria fuere & quaſi piceis quibusdam obſcurata tegminibus, quo minus obtutum propinquantis offenderent. Quo cognito, Frotho validiore procerum manu mutuas diſpenſat inſidias, ne convivio incautius adito, opportunis fraudaretur auxiliis. Quibus latebram nactis, ferendæ opis ſignum ad litui ſonitum prænotavit. Deinde cum ſtatuta manu levi armorum genere culta convivium petit. Aula erat cultu magnificentiæ Regalis inſtructa, aulæis oſtro tinctis undique ſecus obducta, in quibus mirifici luxus operam annotares &c. *Et compluribus de affluentiſſimo dapum ac liquorum apparatu interjectis:* Parcius domeſticis, quam convenis bibendi ſtudium erat. Hos enim ſecuritas invitabat ad crapulam, illis inſidiarum commentum ebrietatis illecebram dempſerat. *Dani* igitur (ut patria pace loquar) ſiccandis *certatim calicibus aſſueti*, ingenti ſe oneravere vino. Quos & Bri- Dani Potatores.

tanni potu admodum conſopiti, convivio furtim elabi coeperunt, relictisque intra aulam convivis, ſummis conniſi viribus valvas Regiæ admotis obicibus variisque impedimentorum generibus obſerare, deinde tectis ignem inferre orſi. At Dani, qui intra ædem clauſi continebantur, incendio pullulante, pulſatis nequicquam foribus, ab egreſſu prohibiti, ipſum mox adorti parietem, eruptionis facultatem petebant. Quem Angli validiore Danorum impulſu labefactari cernentes, mutuis obniti viribus, molibusque extrinſecus applicatis, nutabundam fulcire congeriem inſtiterunt, quo minus convulſus paries clauſis exitum aperiret. Qui tandem robuſtiori Danorum manui cedens, quorum quo periculum majus, hoc validior conatus extabat, facilem preſſis eruptionem contribuit. Tum Frotho claſſicum ſuccinere jubet; quo manum in inſidiis conſtitutam accerſeret. Quæ litui ſono clangentis excita, dolum in auctores retorſit, Britannorum Rege extremæ cladi cum innumeris ſuorum copiis tradito. Quo facto geminum Frothoni beneficium præbuit, quum & ſaluti ſociis & hoſtibus exitio fuerit. *Et tandem poſt nonnulla de Frothonis eodem tempore in Hibernia geſtis ſuo loco reſervanda:* Itaque poſt

Triumphi Danor.

Britannicos triumphos, hybernasque manubias in Daniam reditum eſt annisque tricenis ab omni bellorum negotio temperatum eſt. Quo tempore cun-

Dani Nominis Gloria.

ctis pene terris eximia fortitudinis laude Danicum nomen inclaruit.

Geſta Regneri Lodbrog Dan. Regis & Lodbrochidarum ſ. filiorum ejus in Angl.

§. 8. Regneri *cognomento* Lodbrog, *invicti olim Daniæ Regis filiorumque ejus longe pugnaciſſimorum in Anglia res geſtas ſequentibus deſcribit laudatus* Saxo *Libr. IX. a pag. 171. edit. Soran.* Arma in Britan-

tan-

tanniam ertexit (*ſc. Regnerus*) Regemque ejus, Hamam Hellæ nobiliſſimi juvenis patrem, pugna perſtrictum occidit. *Et poſt complura:* Verum hanc moeroris acerbitatem Ivari (*filii Regneri*) regno pulſi repentinus detraxit adventus. Quippe Angli, fugato eo, in Hellam quendam Hamonis filium falſam Regis contulerant poteſtatem. Quo Duce Regnerus perinde atque locorum perito uſus, edita claſſe, portum, qui Norvicus appellatur, acceſſit, ubi expoſitis copiis, Hellam Gallicana virtute ſubnixum, poſt extractam in triduum pugnam fugæ amantem effecit, eaque res creberrimo Anglorum, rariſſimo Danorum ſangvine conſtitit. Cumque ibidem Regnerus annum victor explaſſet, conſequenter excitis in opem filiis, Hyberniam petit &c. *Et tandem de filiis Regneri paternæ in Hybernia necis ab Hella poenas ſumentibus.*

Hama Rex Angliæ a Regnero proſtratus.

Hella Rex Angliæ a Regnero fugatus.

Ivarus petitis Angliæ partibus, cum claſſem ſuam conſerendi cum hoſte belli impotentem animadverteret, aſtum audaciæ præferens, Hellam acumine tentat, ſpatium arvi quantum equino tergore complecti potuiſſet, in ſequeſtræ pacis pignus expoſtulans. Et quidem quod petiit, impetravit. Rex enim parvo preces ſtare autumans, a tanto hoſte exiguum munus magnæ rei loco expeti gratulatus eſt, ratus perquam breve tergus paululum ruris occupaturum. At Ivarus corio in exiles admodum corrigias ſciſſim extracto, habilem exædificandæ urbi agrum implicuit. Igitur Hella prodigalitatis poenitentia ſuccedente, magnitudinem corii ſeria æſtimatione collegit, diviſam cuticulam rectius quam incolumem menſus. Quam enim exiguum ſoli cincturam credidit, ampliſſima jugera latius occupantem aſpexit. Ivarus vero conditæ urbi abunde ſuffecturos obſidioni commeatus

Ivarus Regneri filius Angliam claſſe petit.

Strategema Ivari Dani.

Origo Londini ex mente nonnullorum, quos

refutat Torfæus Ser. Reg. Dan.

meatus invexit, ab inedia periiſſe atque hoſte defenſum haberi cupiens. Interea Sivardus & Biörnus cum quadringentarum navium claſſe ſupervenientes, bellum Regi manifeſta provocatione ſignificant. Idque ſtatuto tempore executi, comprehenſi ipſius dorſum plaga aquilam figurante affici jubent, ſæviſſimum hoſtem atrociſſimi alitis ſigno profligare gaudentes. Nec vulnus impreſſiſſe contenti, laceratam ſalivere carnem. Taliter perempto Hella, Biörnus & Sivardus regna ſua reduces expetivere. Ivarus Angliam biennio tenuit. *Et poſt nonnulla:* Ivarus atque Syvardus, quo tenaciores rebellibus frenos imponerent, in Dania reſederunt, Agnerum Angliæ præferentes. Qui repulſa provocatus Anglorum, opitulante Sivardo, contemptricem ſui provinciam incolis vacuefaciendo tenacia ſitu jugera cultore carere, quam inſolentem alere maluit, pingviſſimaque inſulæ rura teterrima vaſtitate perfundens, deſertæ quam ſuperbæ regioni imperitare ſatius autumavit &c.

Ivarus Danus Anglis biennio imperitat.

AgnerusDanus Angliæ præficitur.

Anglia ſub eo deſerta.

*Huc ſpectant, quæ ex Annalibus Anglorum* Huitfeldius *adduxit teſtimonia pag. 45. in fol. Autoribus non indicatis.*

Hiſce temporibus (*ſc. circa ann. 867.*) erant crudeliſſimi Principes Danorum, filii Regneri Lodbrog, quorum nomina hæc ſunt: Erich, Ordvig, Godefred, Ingvar, Rodollf, Ivar, Ubbi, Ulff, Biörn. Iſti Fratres, Duce Ingvaro, qui crudeliſſimus omnium Fratrum fuit, primum Norvegiam ſibi ſubjecerant, deinde ad Angliam veniunt, & duos Reges Northumbrorum Ellam videlicet & Osbertum occiderunt & alii duo Ethelvold & Benthivold fugam inierunt. *Et poſtea:* Etiam Edmundus Rex Sanctus ab

Nomina Lodbrochidarum.

Ella & Osbertus Northumbr. Reges a Danis occiſi.

Ethelvold & Benthivold ab iisdem fugati.

Edmundus Rex decollatus.

ab Ingvaro Rege paganiſſimo captus, ligatus & flagellatus, ad ultimum decollatus eſt. Hæc prima Danorum plaga taliter in Anglia geſta eſt. *Hæc Annales illi Anglorum.* Pontanus *Hiſtor. Dan. Libr. IV. pag. 103.* De morte Regneri Lodbrog quæ adfert Saxo, quod nimirum poſt varios rerum eventus multaque diſcrimina carceri apud Hybernos incluſus fame & colubris enectus interierit, non conſentiunt cum Anglorum relatis. Volunt enim illi Regnerum (Lothebrocum vocant) patrem Agneri & Hubonis, cum aucupio plurimum delectaretur, hiberno tempore aſcenſa navicula, dum ſtudio inſectandi *aquatiles aves circa littus* vagatur, ſubita ventorum vi in altum abreptum duasque continuo noctes huc illuc agitatum, tertio tandem die ad Orientalium Anglorum littus perveniſſe, & ibi ob ſcientiam aucupandi ab Edmundo in familiam acceptum & mox a ſervo Edmundi domeſtico accipitrum domitore, qui invidia motus quod ſe peritiorem aucupii Regnerum animadverteret, per inſidias interemptum. Eumque famulum, cum ei a Rege ob commiſſum facinus venia negaretur, in Daniam aufugiſſe, ibique Edmundo infenſum indicaſſe Agnero & Huboni de patre admodum anxiis eum Edmundi juſſu necatum eſſe;

Anglorum relationes de Regnero a Regio aucupe in Anglia occiſo.

Agnerum, cognita patris morte, ira & furore accenſum, ſumptis confeſtim armis, cum haud exigua armatorum manu in inſulam properaſſe ad ulciſcendam paternam necem: cumque ad Anglos Orientales perveniſſet, Edmundum per exploratores compellari curaviſſe, pecuniamque atque alia uſui neceſſaria imperaſſe: Edmundum vero reſpondiſſe, deliberaturum ſe, ſi ſacra Chriſtiana amplecti vellet. Quo accepto, haud multo poſt Edmundi Regiam ab Agnero occupatam ipſumque Edmundum multis ver-

Agnerus paternæ cædis ultor.

Pecuniam ab Edmundo poſtulat.

S. Edmundi ſic dictum martyrium.

verberibus exceptum flagellatumque, ac tandem, amputato capite, veluti martyrio coronatum oppetiiſſe. *Hæc nos inferius, Capite de Danorum in Hibernia geſtis, ubi de Regneri morte agendum erit, ipſis* Polydori Virgilii *verbis expreſſa dabimus. Eandem hiſtoriam adfert* Iohannes Bromton *Abbas Jornalenſis Chronici ſui p. 804.* Lothebrochum *recte nominans, filium vero ejus* Agnerum Ingvaris *nomine appellans, atque eum cum fratre* Hubba S. Edmundum *Orientoal. Angl. Reg. Ann. Chr. DCCCLXX. vel ſecundum alios DCCCLXVI. occidiſſe ait. Pergit deinde* Pontanus *l. c.* Dani, qui jam aliquoties cum Anglis popularibus ſuis (*de quo in rebus Anglorum ſupra actum*) manus conſeruiſſent, modo arte & inſidiis, modo Marte aperto rem agentes, tandem cum Ethelredo Rege collatis ſignis conflixere. Ivarus enim ejusdem ut dictum, Regneri filius, ingenti claſſe delatus in Humbri oſtium hoſtilem in modum terram circumquaque depopulatur. Ei occurrens Ethelredus ſuos confeſtim in aciem eduxit. Dani haud uſpiam loco cedentes, apparatis ſimiliter ordinibus alacres appropinquant, ac ſigno utrinque dato concurſum eſt acriter varieque dimicatum. Periit eo prælio Ivarus. Cujus in locum continuo Agnerum & Hubonem fratres Duces Dani elegerunt. Eorumque animoſitate & ſtudio exercitus extemplo reparari atque in gradum conſtitui cœptus fuit. Decimo enim quinto poſt cladem acceptam die, refecto jam milite, cum Anglis denuo congreſſi haud dubia ſpe ita eos fuderunt, fugaruntque, ut parum abfuerit, quin ille ultimus ipſis dies conſerendi cum Anglis ſigna fuiſſet. Sed mox dum victor exercitus late omnia divaſtare aggreditur, inſidiis Ethelredi interceptus haud exiguam

Conflictus inter Ivarum Danum & Regem Æthelred.

Ivarus cæſus.

Agnerus & Hubo cæſi fratris loco Danorum Duces.

Angli a Danis fuſi fugatique.

guam

quam ſtragem edit: quanquam nec Anglis incruenta victoria fuerit, ac ipſi præſertim Ethelredo Regi, qui vulnere accepto, intolerabili ejus cruciatu brevi poſt extinctus eſt. Tumulus ejus hodieque Winburnæ, in virginum quodam monaſterio, conſpicitur cum hujuſmodi inſcriptione:

Strages Danor. Victoria Angl. cruenta.

Ethelredus Rex vulnere extinctus.

IN HOC LOCO QVIESCIT CORPVS ETHELREDI REGIS WEST SAXONVM MARTYRIS, QVI ANNO DOMINI DCCCLXXII. APRILIS XXIII. PER MANVS DANORVM PAGANORVM OCCVBVIT.

Epitaphium Ethelredi.

Ethelredus fratrem ſucceſſorem Aluredum habuit. Quem circa hæc ipſa tempora Danorum copiæ, quæ Londini morabantur, dum in vicino venationi vacat, circumventum villæ cujuſdam parietibus includunt. Ille re intellecta, perterritus quidem, ſed occurrendum periculo exiſtimans factus eſt irruentibus obviam. Verum a multitudine cum circumveniri ſe intelligeret, fugæ cœpit inſiſtere, collectoque quam celerrime idoneo exercitu iterum ſe Danis objicit. Qui inde vim majorem pertimeſcentes de pace per legatos agere inſtituunt. Pacis conditiones erant, ut res occidentales nullo poſt id tempore infeſtas incurſionibus ſuis redderent, ac pacti ſervandi cauſa obſides darent. At illi haud multo poſt religionem & fidem occaſioni & commodo ſuo poſthabentes Londino movent, maximisque itineribus Exoniam profecti urbem ipſam vi capiunt. Eſt autem Exonia urbs Devoniæ comitatus, loco præcelſo verſus occidentem poſita, abluiturque flumine Exi, a quo & nomen habet, diſtans a mari circiter millia paſſuum tria. Aluredus, intellecto violatum

Aluredus ſucceſſit fratri Ethelredo.

Danorum copiæ Londini moratæ.

Aluredus a Danis fugatus.

Redux ſe Danis objicit.

Pacis conditiones.

Urbs Exonia a Danis occupata.

Aluredus Danos denuo aggreſſus.

latum a Dano milite fœdus, obſidibus pœna afflictis, ſubito in hoſtem vadit. Danus nequaquam Regem expectans, ſed relicta Exonia, præpropere Londinum regreſſus ad Chipenhamum pagum prope Briſtollum caſtra poſuit, ibique circumducto vallo ſe muniit.

*Caſtra & Munimenta Danor. ad Chipenhaum.*

Qua re cognita, Rex de via paulatim divertens hoſtemque ad certamen quaſi provocaturus, juxta eum caſtra poſuit. Dani, quibus ſatis conſtare jam poterat aut pugnandum aut oppetendum eſſe, nihil cunctati ad pugnam ſe expediunt, dato utrinque claſſico, ad arma clamatum.

*Conflictus inter Danos & Anglos.*

Angli ſine ſigno & ordine in aciem tumultuarie irrumpentes, tanto impetu prælium inchoarunt, ut ipſa audaciâ terrorem hoſti injecerint. Deinde rari in confertos illati, cum paucitas parum eſſet tuta, reſpicere alii alios, & undique pulſi coire in orbem cœperunt. Quod quantumvis e re eorum eſſe videbatur, tamen urgentibus undique Danis adeo in arctum compulſi ſunt, ut vix movendis armis ſpatii ſatis eſſet: ita tamen in globum coacti cladem haud exiguam Danis intulerunt.

*Hubo aliique Danorum præfecti cæſi.*

In iis Hubo Agneri frater, de quo diximus, aliique nobiles Duces perierunt. Poſtremo Angli, qui corona hoſtium cincti ad multum diei ex omni parte cædebantur, eruptione facta, ſe in caſtra retulere.

*Aequo ab utrisque Marte pugnatum.*

Fuit eo prælio adeo æquo Marte pugnatum, ut neutra pars cognorit, qui victi aut victores evaſerint. Poſtea fauciatis cura adhibita cæſique ſepulturæ mandati. Dani inprimis corpus Hubbonis magna pompa humandum curarunt. Locum, ubi occubuit, Hubleſton ab Hiſtoricis Anglicanis vocari, Autor eſt Aſſerius Menevenſis: Addens vexillo quoque ejus dicto Raunſan (ita enim legendum non Reoſan, ut eſt in Cambdeno) tum potitos Anglos, idque vexillum

corvi

cervi inſignibus, velut invicto omine, a Lotbrochi filiabus, opere Phrygio, artificioſe intextum fuiſſe. Inde cœptum iter pergentes Abyndoniam (qui locus eſt ad Thameſin Londino circiter milliaria quadraginta diſtans) pervenere, ibique caſtra locarunt; quo & Angli cum acceſſiſſent, ſua caſtra prope hoſtem metati ſunt. Alnredus poſtridie ejus diei quam eodem advéniſſet, copias ſuas ſatis auctas in aciem eduxit, nec Dani detraxerunt pugnam, ſed acriter cœptam viriliter tolerarunt, quippe tanto irarum certamine geſta res eſt, ut neutra a parte emiſſa ſint tela, gladiis pugna cœpiſſet & acerrime commiſſa adeo anceps fuit, ut non cum Danis aut notis adverſariis, ſed cum gente aliqua nova videretur eſſe dimicatio. Jam cruor ubique exundabat, cum nox præliantes oppreſſit, ſimulque certamen diremit. Cui parti victoria ceſſerit, dubium habetur, ita utrinque pari virtute & gloria certatum eſt. Ad extremum debilitatis utriusque viribus ad pactionem deventum, idque hiſce conditionibus, ut nimirum Dani manus ab armis abſtinerent, nullum Anglis aut palam aut clam bellum inferrent, neque ex Dania novam in inſulam militem advocarent. Sunt, qui tradunt, ex eo fœdere cunctos in patriam Danos remigraſſe, quod tam a vero, quam a facto, alienum &c. *Hæc Pontanus.* *De Ivaro Lodbrochide locus ille Snorronis Sturlæi in Chronico Norvegico, ex ſchedis Danicis, pag. 119. videtur addendus:* Ifver hin Beinloſe, Lodbrogs Søn var Konge over Engelland i mange Aar; oc blef en afalde oc blef lagt i en Høy effter Hedenſke Begravelſe, Thi Hand haffde ingen Børn og da vare alle Lodbrogs Sønner døde. *Id eſt:* Ivarus cognomine Exos, Lodbrochi filius, imperitavit in Anglia multos annos. Obiit grandævus,


vus,

vis, inſitato gentilibus ſepeliendi more, in colle ſepultus. Deceſſit improlis, Lodbrochidis omnibus tum extinctis. *Non tamen univerſæ Angliæ, ſed tantummodo Northumbriæ, moderamina tuliſſe Lodbrochidas, inferius patebit* §. 14. *ubi de Northumbria noſtratibus a remotiſſimo ævo inſeſſa complura Autorum loca erunt adducenda.*

Baptiſmus Frothonis VI. & Imper. Gormonis II. filii ejus in Anglia.

§. 9. *Baptiſmum Frothonis VI. & Imperium Gormonis II. cognomento Anglici, filii ejus in Anglia ſequentibus proſequitur* Saxo *libr. IX.*

Qui etiam (*ſc. Frotho*) ſe ipſum apud Angliam jam pridem Chriſtianiſmi peritam, ſolennibus aquis humectandum exhibuit &c. Hujus filius Gormo, cui, quod ex Anglia oriundus extitit, Anglici cognomen inceſſit, patre extincto, promptiore fortuna, quam diuturniore, apud inſulam, Regiam adeptus eſt arcem. Dum enim Daniam diſponendæ ejus gratia petiiſſet, ex Anglia, longam parvuli receſſus jacturam expertus eſt. Quippe Angli libertatis ſuæ fortunam in ejus abſentia reponentes, publicam a Danis defectionem moliendo, præcipitem rebellandi fiduciam induerunt. Sed quo eum Anglia invidentius ſprevit, hoc Dania fidentius coluit. Itaque dum ad duarum provinciarum utramque avidas imperii manus porrexit, altera potitus, alterius irrevocabiliter dominationem amiſit, nihil unquam fortiter pro ipſius recuperatione conatus. Adeo difficile prægrandia continentur imperia. *Hæc Saxo.* Pontanus *libr. V. pag. 127. ſeq.* Canuto ſuperius, qui Parvus itemque Lodnecnudt eſt indigetatus, ſucceſſiſſe Frothonem, memoravimus. Cujus tamen neque Stadenſis Abbas neque Adamus Bremenſis mentionem injiciunt, volentes nimirum poſt cladem,

illam ab Arnulpho Auguſto Normannis Daniſque illatam (*de qua clade nobis inferius fuſè agetur*) ſceptrum apud eos tenuiſſe *Helligonem*, virum ob juſtitiæ & ſanctitatis opinionem populo gratum, atque amabilem &c. Verum Helligonem adverſus Anglos arma, ut plurimum, moventem, in Anglia occubuiſſe auctores alii teſtes ſunt, qui & ibi frequentius, quam in Dania egiſſe, ſimul adjiciunt &c. &c. Frothonis vero adoleſcentia armis belloque exercita, eo felicitatis adolevit, ut provincias, quæ a Danis defecerant, ad priſtinas obſequii leges redegerit. Utriuſque & Angliæ & Daniæ imperio præfuiſſe annales domeſtici ſubindicant. Et in Anglia præſertim, ſuſcepto Baptiſmi lavacro, ſacris Chriſtianis initiatum. &c. Imperitabat autem, ſuperſtite adhuc Frothone, Anglis orientalibus Ericus Danus, Haraldi Gormonis filius: Nam & fratrem ejus, Gormonem, jam ante Alvredus amore filii complexum Northumbris præfecerat, de quo & infra referetur. Verum Alvredo Regi ſuccedens mox Edwardus, ut reipublicæ, ac regno a ſe ſuſcepto, quantum poſſet, conſuleret, loca omnia præſidiis munire, urbes, quas hoſti opportunas duceret, ſingulas obire, ſuorum atque hoſtium res pariter attendere, barbarorum inſidias antevenire magno ſtudio maturat, ut ita & ſuos in officio ac fide retineret, & ipſis Danis, tum adhuc Northumbris & Angliæ Orientali, ut dictum, dominantibus, occaſionem belli movendi utrobique præcideret, &c. &c. &c. Sed tum Edwardi felicitatem proſperoſque ſucceſſus, Danorum præſertim, qui in Northumbria erant, præſidia potentiaque haud leviter fregit & retardavit. Cum enim rebus ſuis minus eos Edwardi progreſſus commodos viderent, diſcordiarum ſeminia inter eum, fratremque ejus Adelwoldum, con-

Helligo ſ. Helgo Danus in Angl.

Ericus Danus in Angl.

dicta Danebod Ethelredi Angliæ Regis filia.

bus ſuis conjugalia ſacra celebrare permonitus, Anglorum Regis Edelradi filiam, Thyram, nuptiali ſtudio inſecutus eſt. (*His adverſatur* Snorro Sturlæus *in Chron. Norv. qui Haraldi, Klackii Comitis Jutici filiam facit:* Hand fick ſig til Huſtru Harald Klackis Daatter Greve udi Jutland, ſom Thyri hed oc blef ſiden kaller Thyri Danebood oc var hun actet for den viiſeſte Quinde, ſom været haver i diſſe Nordiſke Lande, ligeſom og hendes Fader Klackharald var den viiſeſte Mand i Danmarck). Illa (*pergit Saxo*) ut erat gravitate atque induſtria ante alias præſtans, conditionem proco attulit, non ante ſe ei nupturam præfata, quam Daniam ſub dotis nomine recepiſſet. Eoque pacto intercedente, Gormoni deſponſa nocte, qua prima genialem torum conſcendit, ſponſum perſeverantiſſimis precibus aggreſſa, in triduum ſe virilis concubitus expertem dimitti petivit, non ante rebus venereis indulgere conſtituens, quam matrimonium creandis liberis efficax futurum, aliquo per quietem præſagio didiciſſet &c. Alii eam, ut temperantia ſua tori ſocium Chriſtianiſſimi ſacris adſciſceret, maritalis lecti blanditias detrectaſſe conjectant. Verum quanquam juvenis amori ejus flagrantiſſimo animo inhæreret, alienæ tamen continentiæ, quam propriæ voluptati, obſequi prætulit &c. Cæterum ne inconceſſum virginis amorem libidinoſo complexu præripere videretur, vicina latera non ſolum alterius complexibus exuit, ſed etiam adſtricto mucrone ſecrevit &c. Sed voluptatem, quam gratuita humanitate diſtulit, mox læta ſomnii ſpecie delibavit. Quippe profuſo in ſomnum animo, exiſtimavit duos alites conjugis ſuæ genitali parte prolapſos, ſed alterum altero grandiorem, corpora ſuperne librantes, præpeti coelum

Variantes opiniones de patria & patre Thyræ.

Somnium Gormonis.

volatu

volatu petere, exiguoque tempore interjecto reverſos, ſuis altrinſecus manibus inſediſſe &c. Quam ſpeculationem eo percontantibus famulis explicante, Thyra felicem ſe prole futuram autumans, omiſſo differendarum nuptiarum propoſito, caſtimoniam, quam cupida precata fuerat, avidius remiſit &c. Nec fors opinionem ejus fruſtrata eſt. Brevi enim Haraldi atque Kanuti felix prole mater apparuit. Qui cum virilem attigiſſent ætatem, extera claſſe effrenatam Sclavorum inſolentiam domuerunt. Nec Angliam quidem immunem ab hoc vexationis genere reliquerunt. Quorum Edelradus ingeniis delectatus, illatam a nepotibus vim, voluptatis loco habuit &c. Adeo autem injurias officiis anteposuit, ut præterita filia, Angliam iiſdem teſtamento legaret.

Ominatio Thyræ.

Angliæ Haraldo & Canuto, Gormonis filiis, Avi teſtamento legata.

§. III. *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, de irruptione Danorum in Angliam anno quingenteſimo quinquageſimo quinto vel ſexto.*

Converſio Danorum fabuloſa in obſidione Cantoberiæ.

Vulganius, *inquit*, natione Anglus, claris & orthodoxis natus parentibus, vir ſanctitate magnus, plurima patravit miracula &c. Cumque Danorum gens barbara & crudeliſſima Angliam occuparet, ejusque urbem Cantoberiam obſidione premeret, multos ex eis convertit &c.

Diductius hæc proſequitur (*verba ſunt Cel.* Thom. *Bartholini in MSSto, quod aſſervatur in Biblioth. Acad. Hafn.*) Jacobus Malbrancq de Morinis libro 2. & in Legendis Sanctorum augendis ſemper fœcundus notabilibus circumſtantiis, utinam veris, hanc narrationem amplificans ad annum ſupra indicatum (*ſc.* 555.) refert, Danos ſeu Saxones, cum Rege eorum Dano, in Britanniam inſiluiſſe, vaſtatisque fere

omnibus Anglorum Cantianorum ſpatiis, Cantoberiam arcta obſidione cinxiſſe. Civibus dein fame aliisque malis ad deditionem fere compulſis, ſuaviſſe beatum Vulganium, ut extremum ſubirent conflictum. Quo inito, ipſe mœnia urbis conſcendens, irruenti hoſti Chriſti nomen facundo ſermone nunciare cœpit, feroceſque animos adeo mitigavit, ut poſitis armis, benignas aures arrigere, & qui prius Chriſtianorum in necem belluina feritate involabant, ſuo errori veniam poſtulare inciperent. Rex ipſe Danus, poſito diademate, ad omnia paratus, nil ſubire detrectat, modo Divinæ juſtitiæ fulmen Vulganius averruncet. Vulganius propheticis & Apoſtolicis documentis Regium animum inſtruit, regiumque exercitum, cujus pars maxima, cum ſuo capite, ſalutarem Baptiſmi undam ſuſcepit. Sicque ſoluta Cantorberiæ obſidio. Jactat quidem Malbrancq, deſumpta hæc eſſe ex B. Vulganii vita, ex Archivis Canonicorum Lenſenſium, & Monumentis Atrebatenſibus, quæ & Molanus ſe ſecutum profitetur, ſed qui in Anglorum hiſtoria verſatus eſt, pro veris hæc undecunque deſumpta, recipere nequit &c. &c.

Martyrium S. Oſithæ per Danos.

§. 12. *Idem poſtea in eodem MSStorum ſuorum Tomo I.* Anno ſexcenteſimo quinquageſimo tertio Danos Angliam invadentes S. Oſithæ cæde martyrum numerum auxiſſe, Vita ejus ad diem VII. Octobris a Surio edita, commemorat, quam Baronius, Gepes, *Bucelinus*, aliique ſecuti ſunt. Dicitur illic Oſetha ex nobiliſſimis Anglorum natalibus originem duxiſſe, cum eſſet filia Regis Trithewaldi. Hæc apud Maduyennam Abbatiſſam, ſanctitate emi-

nentem

nentem, educata, ejus poſt deceſſum, Regi orienta-
lium Saxonum Sigero invita conjungitur. Sed pre-
cibus apud Deum inſtans, ut ipſam a viri contactu
immaculatam conſervaret, marito cervum, ad fo-
res Regiæ domus forte advenientem, ſectante, reli-
gionis monaſticæ velum ſumit, qui rediens, con-
ſtructis ædificiis, religioni accommodatis, villam
Chichnenſem ei dat poſſidendam, ubi ſacris virgini-
bus adjunctis, vitæ auſterioris propoſitum aggredi-
tur. Cæterum menſe Octobri, gentilium caterva,
a Danorum partibus navibus advecta, apud orien-
tales Saxones ad villam Chichnenſem appulit, atque
ibi e navibus egreſſi rapinis & incendiis in Chriſtia-
nos ſævierunt. Cujus barbaræ gentis conſuetudo
fuit, piraticam exercere, Chriſtianorum cædibus
delectari, rapinis inhiare, otium inane ducere, quo-
ties a ſceleribus & impiis facinoribus manus conti-
nerent. Horum itaque præfectus, beatam Oſi- Præfectus Dan.
tham, blanditiis & minis ad idololatriam per- Oſitham ad ido-
ducere voluit, cui cum nullo pacto aſſentire lolatriam fru-
vellet, illius juſſu capite truncata eſt, mira- ſtra ſollicitat.
culis poſt mortem peractis valde celebris.
Vitæ hujus auctorem in Chronologiam multis pec-
care, demonſtrare ſatagit Alfordus, memoratumq;
martyrium ante anni ſexcenteſ. ſeptuageſ. tertium
peragi non potuiſſe aſſerens, in quem igitur illud
rejicit, & illuſtrat Annal. Eccleſiæ Anglo-Saxonicæ
Tomo ſecundo. *Hactenus ex MSto Bartholiniano.*
*Hujus Martyrii, a Danis piratis patrati, meminit quo-*
*que* Camdenus *pag. 350. in Deſcr. Eſſexiæ*: Sub hoc, ubi
Colnus fluv. mari immiſcetur, S. Oſithæ extat oppidu-
lum, cujus antiquum nomen Chic abolevit Regia illa
virgo Oſitha, quæ ſacrata Deo ſemina, a Danicis piratis ibi
confoſſa, Divæ honores apud majores obtinuit.

cetur, totum furorem in Britannos effuderunt. *Quæ de Danorum Anno DCCLIII. in Anglia geſtis, ſuperius ſe monſtraſſe monet Bartholinus, hæc ſunt.* In Chronologia S. Auguſtini Cantuarienſis, inter Hiſtoriæ Anglicanæ Scriptores antiquos a Rogero Twysdeni edita, ad annum ſeptingenteſimum quinquageſimum tertium habetur: *Prima Danorum rabies in Thaneto.* Erat in Thaneto, agri Cantiani inſula, Cœnobium virginale S. Mildredæ, cujus Abbatiſſa Sigeburtha anno DCCLI. conſecrata eſt. *Tempore hujus Dani ſingulis annis advenientes, Thaneti inſulam devaſtabant, & moniales paucæ factæ ſunt, vexatæ a tribulatione malorum nimium & dolore*, ut loquitur Willielmus Thorne Chronicæ Capite XXIV. Eandem piraticam Danorum cohortem, circumnavigata Anglia, Northumbriæ loca maritima infeſtaſſe, credibile eſt, quorum crudeles manus horrens Ticta anno DCCLIV. e Northumbria aufugit. Hæc aquilonaris inundatio in Vita S. Patricii ita deſcribitur, teſte Alfordo Tom. II. Annal. Eccleſ. Anglo-Saxonic. *Danis Northumbriam igne & ferro vaſtantibus; Ticta illarum partium Abbas, venit Glaſtoniam, & illam Eccleſiam anno Domini DCCLIV. Abbatis jure rexit, & ſecum attulit reliquias S. Adriani. Hactenus Bartholinus. Hinc patet initia Danicæ per Angliam vaſtationis, ad ann. 800. minus accurate a Camdeno referri pag. 76.* Circa Ecberti illius tempora, anno Chriſti 800. noſtra littora primum infeſtarunt Dani, poſtea mare cœlo miſcentes, multos annos per Angliam graſſati, urbibus exciſis, templis ſuccenſis, & agris vaſtatis, omnia barbara immanitate egerunt, rapuerunt, verterunt. Merciorum & orientalium Anglorum Regibus peremptis, eorum regna cum magna Northum-

**Inſula Thaneti a Danis vaſtata.**

**Camdenus notatus.**

hum-

latebrae paste comparant. Tributumque Danegelt dictum, miſello populo, ad horum latrocinia reprimenda impoſitum; quod ut cujusmodi fuerat, intelligas, hæc paucula legas velim, è legibus noſtris antiquis deſcripta. Danigeldi redditio propter piratas primitus ſtatuta eſt. Patriam enim infeſtantes, vaſtationi ejus pro poſſe ſuo inſiſtebant. Ad eorum quidem inſolentiam reprimendam ſtatutum eſt Danigeldum annuatim reddi, ſcilicet xii denarios de unaquaque hida totius patriæ, ad conducendos eos, qui piratarum irruptioni reſiſtendo obviarent. De hoc quoque Danigeldo libera & quieta erat omnis Eccleſia, & etiam omnis terra, quæ in proprio dominio Eccleſiæ erat, ubicunque jacebat, nihil prorſus in tali redditione perſolvens, quia magis in Eccleſiæ confidebant orationibus, quam in armorum defenſionibus.

Danegeldi diverſa interpretatio.

*Sed longe aliter Danigeldum interpretationi nituntur alii, quos inter Pontanus originem ejus Sveno-Othoniana per Angliam graſſationi adſcribit. Libro V. pag. 143.* Quibus denuo motus Ethelredus, miſſis ad eos (*ſc. Danos*) ex optimatibus aliquot, ut ab ulteriori provinciarum depopulatione ſuperſederent, etiam atque etiam orat, addens nec defuturum tributum. Quod uti fuiſſet eo uſque liberaliter perſolutum, ita & porro, quodcunque promitteretur, prompte perſolutum iri. Promiſſa tunc autem quadraginta octo librarum millia. Eoque anno proximo, qui fuit milleſimus duodecimus, à Duce Edrico Streona, cæteriſque regni primoribus, Londini curata perſolutaque his legibus ac conditionibus, ut pacem & ſecuritatem regno incoliſque præſtarent, ut arma ac defenſionem pro iiſdem, ſi a piratis aut aliis invadi hoſtiliter inſulam contingeret, prompte parateque ſuſciperent.

Quas

Quas & illi (*ſc. Dani*) conditiones ita acceperant, ſi vi-ciſſim commeatus & annona à Rege regnoque ſibi præberetur. Quæ cum negata quoque haud eſſent, de-ceſſit è Thameſi claſſis. &c. *Et poſt nonnulla:* Cum jam eo Anglorum res deductas Sveno animadverte-ret, ut ad ignavum reducti ſtipendium, tributo, quod Danegildum vulgo vocabant, pacem quotannis co-gerentur redimere. &c. *Hactenus Pontanus.* Pe-ter Heylin *Coſmography libr. I. p. 271. de tributo Danegeldo ita habet:*

Ethelred the younger ſon of Edgar, an half brother of Edward, enjoyned the crown ungrietly which he got unjuſtly. Oppreſſed and broken by the Danes, he was fain to buy his peace of them at the yearly tribute of 10000 pounds inhanced to 48000 pounds with in ſhort time after; which Monies were raiſed upon the ſubjects by the name of DA-NEGELT.

Concilium Danorum gratia coactum.

*Concilium Finconhalenſe anno DCCLXXXVII. vel DCCLXXXVIII, in Northumbriæ Epiſcopatu Dunelmenſi celebratum, ad comprimendum funeſtiſſi-mas Danorum irruptiones coactum eſſe, cenſet Spel-mannus, Conciliorum Britanniæ evulgator. De Nort-humbria crudeliſſime a Danis An. DCCXCIII vexata, ita Cel. Bartbol. MSSto citat:* Anno incar-nationis Dominicæ ſeptingenteſimo nonageſimo ter-tio Dani in Northumbriam irrumpentes, horribiles hominum ſtrages, vaſtationes miſerabiles agrorum, Eccleſiarum deprædationem, & quæ præterea immi-nis hoſtis, nullo reſiſtente, exercere ſolet, late ede-derunt. Cauſam tantæ calamitatis, irruptione ho-

Northumbria a Danis vaſtata.

ſtium

ſtiana jam inceptæ, & per ſecula aliquot continuatæ, graviſſimam Anglorum impietatem & ſcelera fuiſſe, ipſi fatentur Britannici Scriptores. *Et poſt nonnulla:* Præceſſiſſe narrandam Northumbriæ vaſtationem portenta quædam, in Hiſtor. de Geſtis Regum Anglorum, refert Simeon Dunelmenſis hoc modo: Anno DCCXCIII. qui eſt annus Ethelredi Regis quartus, dira prodigia miſeram Anglorum terruere gentem. Siquidem fulmina abominanda, & dracones per aëra igneique ictus ſæpe vibrare, & volitare videbantur, quæ ſcilicet ſigna famem magnam & multorum hominum ſtragem peſſimam atque inedicibilem, quæ *ſubſecuta eſt*, demonſtravere. Aliud ſignum, prodigium potius, pluviam cruentam hujus calamitatis prænunciam Alcwinus, commemorat in Epiſtola ad Egelredum Regem, cujus laciniam Willielmus Malmesburienſis poſteritati conſervavit: Quid, ait, ſignificat pluvia ſanguinis, quam in quadrageſimali tempore, in Eboraca civitate, quæ eſt caput totius regni, in Eccleſia Beati Petri, Principis Apoſtolorum, vidimus, de Borealibus domus ſereno aëre, de ſummo tecti minaciter cadere? Nonne poteſt putari, a Borealibus partibus venire ſuper terram ſanguinem? Tempus irruptionis Simeon in Hiſtoria Dunelmenſis Eccleſiæ Libro II. Capite V. exacte deſignat. Anno ab incarnatione Domini DCCXCIII. a tranſitu vero *patris Cuthberti CVII. Pontificatus autem Higbaldi XI. qui eſt annus imperii impiiſſimi Regis Ethelredi quintus, vaſtatio miſerrima Lindisfarnenſem Eccleſiam ſanguine & rapina replens, pene usque ad internecionem delevit.* Sed prius generalis vaſtatio Northumbriæ ab eo diſcenda eſt: *Pagani*, ait, *ab aquilonali climate navali exercitu Britanniam venientes, hac illacque diſcurrentes,*

Portenta.

Eccleſ. Lindisfarnenſ. & Dunelm. deſolata.

*prædantes, interficiunt non ſolum jumenta, verum etiam ſacerdotes, Levitas, Chorosque Monachorum atque Sanctimonialium.* Dehinc Tragicam Lindiſfarnenſis Eccleſiæ deſolationem perſequitur: *Veniunt ſeptimo Iduum Juniarum ad Lindiſfarnenſem Eccleſiam, miſerabili prædatione cuncta vaſtant; ſancta pollutis veſtigiis calcant; altaria ſuffodiunt; omnia theſauraria Eccleſiæ rapiunt; quosdam e fratribus interficiunt; nonnullos ſecum vinctos aſſumunt; plurimos opprobriis vexatos nudos projiciunt, aliquos in mare demergunt.* Immixtos fuiſſe Danis Norvegos, ac utramque gentem hæc maleficia patraſſe, Huntindonienſis Hiſt. Libr. IV. eumque exſcribentes Hovedenus, ac Weſtmonaſterienſis, memorant. Verba hæc ſunt: *Viſi ſunt flammei dracones volantes per aëra, quod ſignum duæ peſtes ſecutæ ſunt, prima maxima fames, poſteà gens pagana a Norwagia & Dacia veniens, quæ prius gentem Northumbrenſem miſerè deſtruxerunt, & poſt in Lindiſfarnenſi provincia, Eccleſiam Chriſti cum inhabitantibus horribiliter deſtruxerunt in Idibus Januarii.* Erat autem in inſula Lindiſfarnenſi inſignis Bibliotheca, ſelectiſſimis quibusque libris referta, teſte Pitſeo in Appendice Illuſtrium Angliæ Scriptorum Centuria I. qui hæc mox adjicit. *Dani barbari in inſulam irruunt, omnia flammis & ferro vaſtant, in ipſos libros tanquam in hoſtes ſæviunt,* (nam ſunt quodammodo boni libri barbarorum, uti & barbari bonorum librorum hoſtes) *bibliothecam incendunt, nullo redimendum precio theſaurum abſumunt.* Et vetus ea Anglorum eſt querela, interitum librariæ ſuppellectilis Danicis procellis imputare. *Hactenus MSS. Bartholiniana.*

Dani & Norvegi ſocii.

Bibliotheca a Danis cremata.

Interitus Rei librariæ Anglor. Danis imputatur.

§. 14.

*Hiſce devaſtata à Danis Northumbria ſubjicimus varia Autorum loca; alias majorum noſtrorum in hac ipſa provincia res geſtas exponentia: Camdenus pag. 660.* Hæc provincia (*ſc. Northumbria*) ab Oſcà Hengiſti (*Anglo-Saxonum Ducis ex Anglia provinciola Danica oriundi*) fratre, & filio ejus Jebuſa, in Saxonum poteſtatem redacta, primum ſuos Duces clientelari jure Cantii Regibus obſtrictos habuit. Inde cum regnum Berniciorum, quas Britanni Guira Brinaich, id eſt, quaſi montanos dicunt, conſtitutum eſſet, quod à Teſi ad Scoticum fretum pertingit, pars ejus optima fuit, paruitque Nordanhumbrorum Regibus, qui cum ſuam periodum confeciſſent, quicquid ultra Tuedam erat, in Scoticum nomen ceſſit, hunc autem agrum, Egbertus orientalium Saxonum Rex, ſuo imperio per deditionem adjecit. Alfredus poſtea *Danis* permiſit, quos Athelſtanus pauculos poſt annos exturbavit. *Eilricum* tamen Danum populus poſtea in Regem extulit, quam Ealredus Rex ſtatim expulit.

Complura Autorum loca de Northumbr. noſtratib. a remotiſſ. ævo inſeſſa.

Eilricus Danus Rex Northumbriæ.

*Thormodus Torfæus, in Hiſtoria Hrolfi Krakii Dan. Regis, latine reddita & emendata, Havn. 1705. Cap. III. p. 21. de Hroare & Helgio, Halfdani II. Dan. Regis filiis.*

Hroari & Helgio ut diverſa erant ingenia, ita & ſtudia: ille mitis, clemens, & affabilis, hic militiæ deditus, piraticam exercebat, ideoque fratri prælatus. Interjectu temporis Hroar in Angliam transfretans, ad Nordrium Northumbriæ Regem, longo tempore divertit, tandemque filiam ejus Augnem matrimonio ſibi ſociavit. Aſcitasque in Regni ſocietatem à ſocero, procul à Dania egit. &c. Poſtea Hroar in Daniam navigans, partem regni ſibi

Piratica olim magni habita.

Hroar Danus Rex North.

propriam, cum fratre Helgio, inæſtimabilis pretii armilla, opumque ingenti cumulo permutavit, quod ſuis rebus, ut qui peregre abeſſet, magis conducere credebat, hisque onuſtus domum repetivit. Exceſſerat jam Comes Sævar (*NB. fuit is Helgii Hroarisque ſororius, qui illos educaverat*) relicta uxore vidua, & filio nomine Hroco, viro feroci & avaro. Ei mater multa ſuper armilla illa pretioſa narravit, ſuaſitque, ut lati auxilii in aſſerendo illis (*ſc. Helgio & Hroari*) regno, patruoque occidendo, præmium partem aliquam regni exigeret &c. Itaque ad Helgium profectus, aut trientem totius regni, aut etiam armillam petivit. Helgius ei reſpondit (*inter alia*) armillam non eſſe in ſua poteſtate, quam frater Hroar ſolus poſſideat, haud equidem impetrabilem. His auditis, Hrokus perturbatus domum rediit. Exigua mora interjecta, in Northumbriam ad Hroarem navigans, propenſo animo exceptus eſt. Ubi ad aliquod tempus bene habitus permanſit. Forte littora ſinusque navigiis luſtrando ſe oblectabant, cum Hrocus, ut armillam ſibi donaret, poſtulabat. Hroar pluris conſtitiſſe ait, quam ut donari poſſit. Videndi igitur copiam petebat. Qui, ea facta, cum eam manu teneret, ſubito invidiæ oeſtro percitus, jactu quam longiſſimo in mare projecit, juſtum aſſerens, ut neuter potiretur. Hroar ferociam juvenis miratus, nec inultam paſſus, truncatum altero pede domum remiſit. Qui, ut convaluit, collecto exercitu, claſſe in Northumbriam profectus, avunculum in villa quadam epulantem, de improviſo oppreſſit, occiditque, totamque ditionem ſibi ſubjecit, & ne quid ad fortunæ cumulum deeſſet, Regium etiam nomen aſſumpſit: quoque utrumque ſibi in poſterum confirmaret; Augnia

Hrocus Danus Rex Northum.

avun-

avunculi uxoris nuptias petivit; cujus pater Nordrius, quanquam ad reſiſtendum impar ſibi videretur, honeſtius tamen duxit, mortem pugnando fortiter oppetere, quam cumulatum ſcelere ſcelus approbare. Verum filia arte impetum juvenis infringendum rata, nuptias quidem non abnuit. Cum vero gravida eſſet, pactis induciis, quoad partu levata honeſte ei & ex dignitate jungi poſſet, ſtatim ad levirum in Daniam legatos mittit, &c. Legatis ille dimiſſis, copiis quam maximis collectis, in Angliam transfretat, collatisque ſignis cum Hroko dimicat; victorque vivum in poteſtatem redegit. Supplicium mortis ſcelus æquare negabat, amaram vitam & probroſam graviorem ratus, crura manusque ei perfringi juſſit, atque ita affectum in patriam remiſit. Ante adventum Regis Augn filium enixa, Agnarem appellavit: hic forma, habitu corporis animique, virium etiam præſtantia annos prævertit; ut duodecennis etiam præſtantes viros ſuperaret: bella plurima geſſit, proſpera uſus fortuna, tantamque nominis ſui famam reliquit, ut priſca documenta paſſim ejus mentionem faciant. Fateor quidem, ſæpius Agnaris nomen Antiquitates a præclaris geſtis commendare: quid tamen ex iis huic tribuendum ſit, nusquam obſervavi: præter illud, quod autor hic tradit, quod accurate inquiſiverit ſinum locumque, ubi armillam Hrokus projecerat; quam multi variis artibus expiſcari, ſed fruſtra conati ſint; is vero tertia vice urinando extraxerit; unde nominis illius gloria tantopere aucta eſt, ut patre quoque major haberetur. Horum pars circa prima Anglo-Saxonum tempora regnique Heingeſti in Cantio occupati, contigiſſe videntur; antequam Northumbria in Heptarchiæ partem redacta eſt: pars quoque quæ

Agner Rex Northumbr.

Agnarem attinet, ad poſteriora tempora referenda. In primo Northumbriæ Rege Bromton & Polydorus Virgilius diſſentiunt; ab utroque quoque ſeries Regum Angliæ ad calcem editionis Lugdunenſis Anno 1651 excuſa. Bromton *pag.* 779. primum provinciæ iſtius Regem Occam, Heingeſti filium, recenſet, non indicato anno, quo regnare auſpicatus eſt; Oſcam Polydorus Libr. III. pag. 72. & Otham Heingeſti filios facit, mortuos Anno 492. pag. 81. Si igitur Oſca Northumbrorum Rex fuit, Hroari & Helgio ſynchronus vixit. Sin vero dictam ſeriem ſequemur, quæ Bedæ autoritate nititur, Northumbrorum Regnum ab Ida initium cœpit, ad ann. 547. ex calculatione Polydori pag. 191. ad calculum reducta 537. Hinc perſpicuum, illud ante Heptarchiæ tempora proprios Reges habuiſſe, Nordrium nimirum & Hroarem, forte & alios nobis ignotos. Cumque tam potens Rex, atque erat Helgius, Angliam claſſe peteret, credibile eſt, eum iſtorum temporum occaſionem in ſuos uſus vertiſſe, civibusque ſuis Jutis & Holſatis, ſeu Nordalbingis, quorum regio, teſte Beda, Athelvardo & Malmesburienſi, uno nomine Anglia dicta, ſubveniſſe, plures provincias acquiſiviſſe, iisque præfectos, vel Regum, pro more ſeculi, vel etiam Comitum titulo claros, eodem teſte, ſed fiduciarios, impoſuiſſe, id quod ſubſecuta tempora docent, nam Halfdanus diſertus, Ivar Vidfadmius, Haraldus Hildetann, Sigurdus, Hringus, Ragnar Lodbroch & filii ejus, ad ditiones ſuas in Anglia vindicandas, multas expeditiones ſuſceperunt, ſive dum Præfecti deficerent, vel hoſtium viribus ſuccumberent, vel iis ad reſiſtendum imbelliores eſſent, idque a primis prope Anglo-Saxonum initiis, quæ paucis annis excepptis,

Imper. Halfdani diſerti Dan. R. in Northumbr.

Reges Danor. quib. North. paruit.

ptis,) eum regnorum Hroaris & Helgii initiis, ſecundum noſtrum calculum, concurrunt. Heingeſtum enim, laudata ſeries, Cantii Regem Ann. 455. Anno autem 488 bello cæſum memorat. Hroaris & Helgii regni Danici exordia ad ann. 460 in Ser. Reg. Dan. retulimus. Continuo autem curſu, formicarum ritu, é patria Anglo-Saxones ad eos conceſſiſſe, Polydorus tradit. Ex provinciis itaque Daniæ regno Helgioque ſubjectis, agminatim in Britanniam confluxerunt; inde facile colligitur, auſpicio Daniæ Regum, certe auxiliis, eos (*ſc. Anglo-Saxones*) pugnaſſe, ipſisque provincias vindicaſſe.

*Potentiſſimum vetuſtorum Daniæ Regum Ivarum Vidfadme, ſ. Latipaſſum, aliis Vidfarne, ſ. late digreſſum, ampliſſimo ditionum ſuarum cumulo adjeciſſe Northumbriam, patri Halfdano diſerto olim ſubjectam, autor eſt Snorro Sturlæus.*

Imperium Ivari Latipaſſ. in Northumbria.

Ivar Vidfadmi, *inquit*, lagdi undir ſik allt Sviavelldi, hann eignadiz oc allt Danavelldi, oc mikinn lut Saxlands oc allt auſtr riki, oc enn fimta lut Englandz. Af hans ætt ero komnir Dana Konongar, oc Svia Konongar, their er thar hafa einvalld haft. h. e. Ivar Vidfamius ſ. Latipaſſus (*a dictionis amplitudine ita poſtea dictus*) univerſam Sveciam in ſuam poteſtatem redegit, omnem inſuper Daniam acquiſivit, magnam partem Saxoniæ, totamque Ruſſiam, & quintam partem Angliæ. Ab illo ortum trahunt Daniæ & Sveciæ Reges, qui in illis regnis monarchiam tenuerunt. *Conſentit Hiſtoria Hervoriana edit. Suecic. Cap. XX. ubi inter alia de Ivaro ſplendide dicta.* Ivarr hin Vidfarni vann hlut Englandz, thar er kallat Northumbraland Ivarr lagdi tha undir ſik allt Danavelldi. Sidan ſetti hann thar ifir Valldarkonung oc gipti honum dottur ſina; theirra ſon

Randver in Angliа cæſus.

var Haralldr Hilditonn oc Randver (er ſidan fell a Englandi addit Exemplar Bryn. Svenonii Torfæo citat. in Ser. Reg. Dan. pag. 909.) En Valldar audadiz i Danmørk tok tha Randver Danariki oc giordiz Konungr infir. enn Haralldr Hillditonn let gefa ſer Konungs nafn i Gautlandi oc ſidan lagdi hann undir ſik oll framan nefnd riki er Ivarr Konungr enn Vidfarne hafdi att. i. e. Ivarus Vidfarnius (ſ. Peregrinator) partem Angliæ vicit, quæ Northumbria appellatur. Hinc Ivarus totam Daniam in ſuam poteſtatem redegit, cui deinde Regem Valdarem præfecit, deditque ei in matrimonium filiam ſuam. Eorum filii fuerunt Haraldus Hilditann & Randver, (qui poſtea in Anglia cæſus eſt) Valdar vero in Dania deceſſit. Tunc Randver Daniæ regnum accepit, regiamque ibi dignitatem ſumſit. Haraldus vero Hilditann ſe in Gothia regio nomine inſigniri curavit, & deinde omnia prædicta Regna, quæ Ivarus Rex Vidfarnius poſſederat, ſibi ſubjecit, adeoque etiam Northumbriam. Torfæus Hiſtor. Norv. Part. I. p. 437. de Haraldo Hildetann: Subjecit ſibi partem illam Angliæ, quam proavus ejus Halfdanus diſertus, & poſt eum Ivar Vidfadmius (Northumbriam habet Olavi Trygvini Vita) poſſederant, cui Reges Comitesque tributarios præfecit: Haraldo huic in poſſeſſione Northumbriæ ſucceſſit Succeſſor ejus Siguardus Ring, teſte Regis Olafi Tryggvini vita, his verbis: Thar er Sigurdr Ringr, fadir Ragnars Lodbrokar var Konungr yfir Sviavelldi oc Danavelldi, oc hann hafdi fridat hvartveggia rikit, oc ſett yfir Skattkonunga oc Jarla, tha mintiz hann theſſ rikiſſ er Haralldr Hillditonn frændi hans hafdi att i Englandi, oc fyrir Haralld Ivarr enn Vidfadmi. En that riki hofdu tha Enſkir Konungar. Het ſa Ingialldr er tha red fyrir,

Northumbria Haraldo Hyldetand paret.

rir, oc er ſva ſagt at hann væri brodir Veſtr-Saxa Konungs. Ingialldr var rikr Konungr. Ringr Konungr baud ut leidangri miklum af riki ſinu oc for veſtr til Englandz. En er hann kom til Nordimbralandz, beiddi hann ſer vidtoku, geck thar tha undir hann margt folk. En er Ingialldr Konungr ſpurdi that, tha ſamnadi hann ſaman her miklum, oc for i mot Ringi Konungi, oc attu their ſaman nockurar Orroſtur. En i ſidarſtu fell Ingialldr Konungr oc Ubbi ſon hans, oc mikill luti lids theirra. Eignadiz tha Ringr Konungr Nordimbraland oc thar med allt that riki er att hafdi Ingialldr Konungr. En adr Ringr Konungr færi lidi ſinu veſtan af Englandi, ſetti hann Skattkonung yfir Nordimbraland, ſa er nefndur Olafr. Hann var Son Kinriks theſſ er ſagt er at væri brodurſon Moalldar Digru modur Ivars Vidfadma. For tha Ringr Konungr aptr til rikiſſ ſins. Olafur Konungr red lengi Nordimbralandi. Thar til er ſon Ubba Konungs kom til rikiſſ, ſa er nefndr Eava. Attu their Olafr margar Orroſtur, oc i enni ſidarſtu flydi Olafr Konungr, en Eava lagdi tha rikit undir ſik. Olafur Konungr for tha til Svithiodar a fund Rings Konungs. Setti Ringr Konungr tha Olaf hofdingia yfir Jotland. Var Olafr Konungr lengi ſidan thar Skattkonungr, fyrſt Rings Konungs, en ſidan Ragnars Lodbrokar, hann var kalladr Olafr Enski &c. h. e. Sigurdus Hringus, Ragnaris Lodbrockis pater, Sveciæ & Daniæ Rex, poſtquam utrique regno pacem reddidiſſet, Regesque tributarios, ac Duces præfeciſſet, cogitare cœpit de regno illo, quod Haraldus Hilditann cognatus illius, & ante Haraldum Ivar Vidfamius in Anglia poſſederant; quod regnum tunc temporis Anglicis regibus parebat. Ingialdo nomen erat Regi, qui

Ingialdus Rex Northumbr. cæſus.

Northumbria ad Sigvardum Ring devoluta.

Olavus Vaſallus Sigurdi Ring.

Northumbria Danis erepta.

Olafr Enski i. e. Olaus Anglicus.

regnum iſtud tum gubernavit; hic occidentalium Saxonum Regis frater fuiſſe perhibetur, ipſeque potentia clarus. Hringus Rex, collectis in regno ſuo copiis ingentibus, in Angliam trajecit. Cumque in Northumbriam veniret, incolas monere cœpit, ut debitum ſibi obſequium præſtarent; multique ſe ei ſponte ſubdiderunt. Ingialdus Rex, hoc audito, grandem exercitum collegit, Hringumque adortus, cum eo aliquoties conflixit. Ultimo prælio Rex Ingialldus cum filio Ubbio, & magna militum parte, cæſus eſt. Quo facto Northumbria & inſuper totum illud regnum, quod Ingjalldus poſſederat, in Hringi regis poteſtatem pervenerunt. Qui, antequam copias ſuas ex Anglia educeret, Northumbriæ tributarium Regem præpoſuit, nomine Olaſum, cujus pater Kinricus filius fuiſſe dicitur fratris Moaldæ Craſſæ, quæ Ivaris Vidfadmii mater erat. Hringus Rex in regnum ſuum rediit, Olaſus vero Northumbriæ diu præfuit, donec Ubbii Regis filius, nomine Eava, regnum illud invaderet. Olaſus cum eo multa prælia geſſit, quorum ultimo victus aufugit, Eava vero regnum ſibi ſubjecit. Olaſus in Sveciam ad Hringum Regem ſe contulit, qui eum Jutiæ præfecit. Olaſus ibi tributarius Rex diu fuit, primo ſub Hringo Rege, & deinde ſub Ragnaro Lodbroche. Hic Olaſus Anglus dictus eſt. &c. *Poſtea Northumbriam Regis nomine tenuit Ivarus Exos ſ. Beenloſe, filius Ragnaris Lodbrock, teſte Vita Olafi Tryggvini:* Syner Ragnars Lodbrokar voru her menn miklir their hefndo fodur ſins oc drapu Ello Konung i Englandi. Giordiz Ivarr enn Beinlauſi tha Konungr yfir theim luta Englands er adr hofdu att hans ættmenn oc frændr. Hann jok riki ſitt a marga vega, hann let drepa hinn heilaga Eatmund Konung

Ivarus Exos Danus Rex Northumbriæ.

Konung oc lagdi undir ſik riki hans &c. i. e. Filii Regnaris Lodbrochi ſtrenui bellatores erant, hi patris ſui cædem ulti ſunt, Ellamque Angliæ Regem occiderunt. Tunc Ivarus Exoſillam Angliæ partem, cui majores illius ante præfuerant, regendam accepit. Hic ditionem ſuam variis modis auxit, ſanctumque Edmundum Regem occidi curavit, ac regnum illius ſibi aſſeruit &c. *Hinc Northumbriam, tanquam ſibi hæreditario jure debitam, occupabant filii Gormonis Grandævi Daniæ Regis.* Snorro Sturlæus *in Chron. Norveg. Verſ. Dan.* Ifver hin Beenløſe hafde ingen Børn og da vare alle Lodbrogs Sønner døde, thi tog Emund Jatgerſøn Kongeriget effter hannem over Engeland, hand var Kong Emunds den helliges Broder Søn oc lod hand folcket chriſtne mangeſteds i Engeland, og tog Skat af Northumbreland, ſom de var Hedenſk. Effter hannem bleff Adelbrect Konge i Engeland, oc var en god Konge &c. Udi hans Tid komme Knud oc Harald Gorms-Sønner af Dannemarck med en ſtoer Krigshær til Engeland, oc indtog Nordthumbreland, og ſagde det være deris Arve-Land, ſom Lodbrogs Sønner hafde aat. Kong Adelbrect drog dennem imod met en u-tallig Hær, oc fandt dennem norden for Klyſland, oc der bleve mange ſlagne paa begge ſider. Noget derefter ginge Kong Gorms Sønner op ved Skardeborg oc ſtridde met de Engelſke oc beholde Seier. Dereffter droge de ſynder ved Landet og actede til Jorvig oc meget Folck ginge dennem til haande, de frygtede da ingen, og toge ſig icke pe at være for fienderne. En Dag, ſom Scelen

Idem, occiſo S. Edmundo, Rex Angliæ factus.

Northumbria ab Haraldo Blaatand & fratre Canuto occupata.

Victoria Danorum.

 ſkinde

ſtride heed; vaare de Danſke ude at ſvømme imellem Skibene, og Knud Gormſøn var met dennem, da komme Fienderne paa landet, oc ſkiøde til dennem, ſom ſvømmede, met Buer, og blef Knud ſkiot med en Piil og ført død i Skibet.

Canutus, Gormonis Grandævi filius, ſagitta percuſſus.

*Eandem provinciam Northumbrenſem Erico Blodöxe Secundo Norvegiæ Monarchæ (redeunte ex aula Adelſteini Angliæ Regis, ubi educatus erat, ut infra dicetur, germano Haquino) Norvegia jam profugo, in gratiam Alumni ſui Norvegiam eo quietius poſſeſſuri, indulſiſſe Adalſteinum præter Codicem Flateyenſem aliosque Annales memorat idem Snorro Sturleſonius in Chron. Norg. pag. 68.* Kong Erick forſamlede oc Folck midt i Landet, oc fick onde Raad dertil, thi mange Landſens Hofdinger vigede fra hannem oc til Kong Hagen, derfor rømde Hand af Landet oc ſeylede Veſter til Orcknøy, og tog der med ſig det, ſom Hand kunde faae, og ſeilede ſiden til Engeland oc røfvede udi Skotland og Engeland, hvor ſom hand kom til Landet. Kong Adelſtein i Engeland ſende Erick bud, oc bad hannem tage af ſig en Part i Engelland til Rige oc ſagde derhos, at Kong Harald, K. Ericks Fader, var hans ſynderlige gode ven, thi vilde hand lade hans Søn det nyde. Da droge Sendingebud dennem imellem, indtil de bleffue endelige ſaa fordragne, at Kong Erick tog Nortumbreland udi Læn af Kong Adelſtein, oc at værie og forſvare ſamme Land for de Danſke oc andre Vikinger og Fiender, oc ſkulde Erick lade ſig døbe og Chriſtne, met Huſtru oc Børn, oc alt ſit Folck, hvilcke Vilkor Kong Erick

Ericus Blodöxe ex Rege Norvegiæ Vaſallus Ethelſtani North.

tog

ſig ud oc blef døbt oc annammede den Chri-
ſtne Tro.

Det ſiges at Nortumbreland er den femte Part af Engeland, oc bode hand i Jorvick (ſ. Eboraci) der ſom Kong Lodbrogs Sønner hafde tilforn boet. Nortumbreland var meget bygt oc beſat af Nordmænd ſiden Lodbrogs Sønner hafde vundet landet; Thi Danſke og Norſke røfvede meget der udi Landet, ſiden det var gaaen de Danſke fra haande. Mange Steder oc Ørter udi Landet ere der nafngifne paa Norſk Tungemaal, ſaaſom Grimshammer, Gormßſkiær oc Haankßflet oc mange andre. *Torfæus, qui Hiſtor. Norv. Part. II. Cap. VI. hæc ipſa proſequitur, habet Grimsbær & Hauksfliot, addens de ſuo*: Conſtat tamen ex Daniæ Regum hiſtoriis, longe ante Lodbrochis tempora Northumbriam a Danis fuiſſe inſeſſam. Quin & parum dubito, ipſos Anglo-Saxones Danorum fiduciarios Reges, ſeu Vaſallos fuiſſe. Præter eam multitudinem, ingentem quidem illam, quæ auſpicia Erici ſecuta, e patria in Northumbriam cum illo tranſiit, magnus confluentium amicorum numerus, clientumque e Norvegia quotannis ſupervenit. Quod autem anguſtis imperii terminis preſſus, eis ex dignitate ſuſtentandis, redituum defectu, impar eſſet, excurſionibus, irruptionibusque ſingulis æſtatibus per Scotiam, Hiberniam, Hæbudes inſulas, & Bretlandiam, ſeu Cornaviam, ad ſumptus tantos ſuſtinendos, opesque colligendas, graſſari conſvevit. *Hæc Torfæus.*

Jork ſ. Dan. Jorvik. Eboracum, ſedes Regia Lodbrochidarum, & Erici Blodöxe.

Loca Northumbriæ vocabulis Norvegicis inſignita.

Anglo-Saxones Danorum Vaſalli.

*Nec diuturna Erico Northumbriæ poſſeſſio fuit, morte tandem ipſius redempta, pergente ulterius Sturlæo:*

Kong Adelſtan døde, der hand hafde regie-

rer

ret Riget udi 18 Aar oc 8 Uger oc 3 Dage. Oc hans Broder Jatmund tog Konge-Riget efter hannem, hand var ikke Nordmænds Ven oc Kong Erick ſøgte ikke heller Venſkab hos hannem, oc der gick Ord af, at Kong Jatmund vilde ſette en anden Høfding over Nortumbreland. Der Kong Erick det ſpurde, ſeilede hand i Veſterviking (det er at røfve udi Veſterlandene, oc ſeilede førſt til Ørknøy oc hafde deden med ſig Arnkield og Erland, Grefve Torff Einars Sønner oc meget Folck, oc ſiden hold hand ſin Færd til Suderøier, oc fand der mange Siøkonger oc Søe-Røfvere for ſig, oc gave de dem i Selſkab med Kong Erick. Hand ſeilede dernæſt til Irland oc røfvede der oc tog med ſich huis Krigsfolck hannem følge vilde, oc ſeilede ſiden met alt det Folck til den Part af Engeland, ſom Britannia (Bretland) var kaldet, oc røfvede der ligeſom andreſteds, oc alt Folcket flydde der, ſom hand kom. Siden ſeilede hand ſønder ved Engeland, oc røfvede, oc fordi hand var en driſtig oc god Krigsmand, oc hafde meget Folck, da fortrøſtede hand ſig met ſit Folck, at gaae langt op i Landet at ſtride oc røfve, men Kong Olaff, ſom Kong Jatmund hafde der ſett til Lande-Værn forſamlede ſtraxen utallig hob Folck oc bød ud Mand af Huuſe oc drog mod Kong Erick, oc der de møttes, blefve mange ſlagne aff de Engelſke, men ſaa ſnart ſom en faldt, da komme der tre i Steden igien offuen af Landet oc mod Afftenen blifve Nordmænd for møde og trette, og Erick Blodøxe blef der ſlagen og ſtørſte Parten af

Ericus Blodøxe cæſus.

alt

ok hans Folck oc fem Skiekonger met hannem oc de to Grever Arnkield oc Erland af Orckney. Oc have Engelſkerne regnet denne Slagening met en af de ſtorſte oc ſkarpeſte, ſom de have holdet med Nordmand eller Danſke. De Nordmand, ſom udkomme af Striden, droge ſtrax med Skibene til Norumbreland, oc ſagde Dronning Gundhild og hendes Sønner diſſe Tidende, at Erick var ſlagen oc hafde tilforn røffvet udi Kong Jatmunds Land. Da tanckte de vel, at de ikke længe kunde nyde Fred eller Plads der i Landet, oc toge de alle Ericks Skibe, oc ſaa meget Folck ſom dennem vilde følge, oc droge af Landet met alt det Gods og Pendinge, ſom de hafde ſamlet udi Skat af Engeland, eller aflet i Krig oc ſeilede førſt til Orkney oc toge under ſig Orckney oc Hietland oc toge Skat af Almuen oc bleffve der om Vinteren, men om Sommeren droge de i Vesterviking, oc røffvede udi Skotland, Engeland og Irland udi nogle Aar oc bleve de kallede Gundhilds Sønner.

Acerrima, quæ Anglis cum Norvegis intercesſit, pugna.

NB. *Cum Jorvici, id eſt, vertente Torfæo, Eboraci, Lodbrocbidas Ericumque Bloduxum reſediſſe adducta doceant loca, non incommoda ſuffigenda duximus, quæ de cladibus Eboracenſi Urbi a Dano illatis tradit Camdenus pag. 571.* Sic urbs Saxonico imperio aliquamdiu florentiſſima fuit, donec Danica tempeſtas, ab Aquilone proruens, eam ruinis ingentibus rurſus deformarit, & funeſtis cædibus cruentarit. Maximis enim & miſerrimis ſequenti ſæculo calamitatibus in Danica vaſtatione imbuit. Anno certe ſalutis 867 bellis continuis ita quaſſata erant mœnia, ut Osbrigh-

Urbs Eboracenſis a Danis vexata.

Osbrightus & Ella North. Reges occiſi.

Victoria Danor.

Osbrightus & Ella Nordanhumbrorum Reges, dum Danos perſequerentur, nullo negotio in urbem irrupêrunt. Qui ambo cruentiſſimo prœlio in media urbe interfecti, Danis, qui in urbem ſe receperant, victoriam reliquerunt. Unde Gvil. Malmesburienſis: *Eboracum, furori Aquilonarium gentium prima ſemper obnoxia, barbaricos Danorum motus excepit, & ingemuit, multis ruinis conquaſſata.* Verum ut ipſe idem teſtatur autor, Athelſtanus noſter Danis

Caſtellum Danor. Eboraci.

extorſit, & caſtellum, quod hic firmaverant, funditus ſubvertit. Verum ut his malis finem, ita etiam Eboraco fere excidium intulerunt Normanni, cum

Claſſis Svenonis Eſtrithii.

[illegible] Svenonis filii, Danica claſſe CCXL. navium, in proximo terram conſcendiſſent; præſidiarii Normanni, qui in urbe duo caſtella tenebant, veriti, ne domus ſuburbanæ hoſtibus ad implendas foſſas uſui forent, eas ſuccenderunt, ſed agitantibus ventis diffuſum eſt in univerſam urbem incendium, ut jam tota arderet, cum Dani irruentes miſeranda ubique cæde graſſarentur, Normannis trucidatis, Guilielmo Mallet & Gilberto Gant viris primariis reſervatis, ut cum

Decimatio Danorum.

militibus decimarentur. Decimum enim quemque e Normannis ſorte ad ſupplicium elegerunt. Unde ita in ultionem exarſit Guilielmus primus, ut in cives, quaſi a Danis ſtetiſſent, internecione, in ipſam vero urbem redintegratis flammis ſæviret.

Vindicta S. Cuthberti a Danis ſumpta. Biblioth. Angl. a Danis ſpoliatæ.

§. 15. Simeon Dunelmenſis (*quem reliquias Bibliothecarum a Danis ſpoliatarum anxie diſquiſiviſſe teſtatur* Lelandus *de Vitis Scriptor. Angl.*) *in ſua de geſtis Regum Anglorum hiſtoria, porro de Danis vaſtatoribus.*

Monaſterium a Danis vexatum.

Anno DCCXCIV. prædicti pagani portum Ecgfridi Regis vaſtantes, monaſterium ad oſtium Doni

amnis

omnis prædantur, ſed ſanctus Cuthbertus non ſine punitione eos ſinebat abire. Princeps quippe Danorum ibidem crudeli nece occiſus eſt ab Anglis, & poſt exigui temporis ſpatium vis tempeſtatis eorum naves quaſſavit, perdidit, contrivit, & perplurimos mare operuit. Nonnulli itaque ad littus ſunt ejecti, & mox interfecti abſque miſericordia. *Hæc Dunelmenſis.* Neſcio (*ſubjungit in Ser. Reg. Dan. Torfæus pag. 303.*) an hæc ad Regnerum Lodbrochum, ejusque in Angliam expeditionem pertineant. Tempora certe ſatis concordant, nec multum a Dunelmenſis relatione noſtrates diſcedunt, qui Regnerum naves ad Angliæ littora amiſiſſe, ac poſtea crudeli nece interemtum tradunt.

Vindex S. Cuthbertus.

Princeps Danor. occiſus.

§. 16. *Hinc ad inclytam Rollonis cognomento Pedeſtris* (*qui poſtea Dux Normanniæ*) *in Angliam expeditionem nos convertimus, de qua Polydorus Virgilius hunc in modum:* Nunc autem, *ait*, de adventu Rollonis in Angliam, & inde in Galliam, a quo Duces Normannorum originem habuerunt, qui & ipſam Angliam tenuerunt, dicendum eſt, ut hiſtoria ſuo ordine procedat. Rollo itaque, homo Dacus anno ſalutis humanæ circiter DCCCLXXXVII. cum multitudine juvenum, novas ſedes quærentium, in Angliam venit, ut ſeſe ad ſuos adjungeret, junctisque copiis, genus nomenque Anglicum deleret, verum cum ſuos Dacos, jam longo bello feſſos, in fœdere eſſe cum Anglis accepiſſet, illud iniquo animo tulit, qui tamen nequaquam ab armis abſtinendum ratus, ad laceſſendum hoſtem prælio, cœpit ejus agros, omnia ferro igneque devaſtans. Incidit ea res nonnihil terroris atque moleſtiæ Regi Alvredo, qui jam paulisper ab armis ceſſare ſperabat, ſeque exi-

Expeditio Rollonis Pedeſtris in Angliam.

Rollo homo Dacus ſ. Danus.

Rex Angliæ attonitus.

ſtimans,

ſtatuit, in adventu hoſtis adventu nullam rem celeritate tutiorem, confeſtim ire obviam illius cœptis, atque obſiſtere parat. Itaque conſerta pugna, multi utrinque mortales deſiderati ſunt, ſed minor omnino Danorum jactura fuit. Poſthæc cum Rollo forte ſomno caperetur, veluti accidere ſolet corporibus feſſis, ferunt, eum viſum eſſe ſibi videre examen apium, ſuper ſe atque exercitum ſuum volitare, magnoque clamore tranſmittere mare, ac continentem petere, ibique congregatas varios arborum flores depaſcere, atque inde occidentalem partem littoris Gallici Oceani peragrare, collectosque flores in unum congerere locum; ac ipſum ſtatim experrectum cœpiſſe hujuſmodi rem ſecum reputare, locoque præſagii habere, quaſi certo ſcientem ſibi futuram felicitatem, reqviemque laborum in Gallia portendi. Alii ſunt, qui aliter narrant, traduntque, eum ſomniaſſe, ſe elephantiaſi ſubito correptum, ex fonte cujuſdam montis lotum, ſubito ſanatum, aſcendiſſeque poſtea incolumem in ejus montis verticem, quod ſane ſomnium, ita quidem conjector, interpretatus dicitur, ut elephantiaſis eſſet vana Deorum religio, qua ille tenebatur, & fons baptiſmalis aqua, in qua ablutus, ipſum denique corpus fieret, atque ſic ad montis verticem, hoc eſt ad ſummam gloriam, poſtremo aſpiraret. Hinc igitur Rollo ſpei plenus bonæ, & minus inimico in Chriſtianos homines animo, quod ſomnium in rem ſuam maxime fore ſperabat, velis in altum datis, in Galliam tranſmiſit &c. &c.

Dani bello ſuperiores.

Viſio Rollonis.

1. Gvilielmus Gemmeticenſis in hiſtor. Normannor. *libr. 2. Cap. 4. de alio ſomnio, quo monitus Angliam petiverit Rollo:* Cumque diu Scanza inſula moſtus moraretur, ſolliciteque contorquentis anxietatis cogitatione aſſidue moliretur, ut vindicaret ſe de ini-

Somnium aliud.

inimicis ſuis, plurimique, quos fugarat de Dacia regalis immanitas, ad eum reverterentur, feſſis labore artibus, ſopore oppreſſus, vox divina illi ſonuit, dicens: Rollo, velociter ſurge, ponto feſtinanter navigato transmeans, ad Anglos perge, ibi audies, quod ad patriam ſoſpes reverteris, perpetuaque pace in ea ſine detrimento frueris. Hoc ſomnium cum cuidam ſapienti viro, & Chriſticolæ retuliſſet, hujusmodi ſermone interpretatus eſt: Tu, vergente venturi temporis curſu, ſacroſancto Baptiſmate purificaberis, prædignusque Chriſticola efficieris, & ab errore fluctuantis ſeculi ad Anglos, Angelos ſcilicet, usque olim perveniens, pacemque perennis gloriæ cum illis habebis. Illico vela navibus aptans, remisque eas exornans, atque frumento, vino, tergisque ſuum eas onerans, velivolum mare celeriter permeans, Anglos aggreditur, ibique morari quiete diu ſuſpicatur. Audientes autem illius territorii pagenſes, quod Rollo Dacus adveniret, aciem magnam contra illum conſtruxerunt, eumque ab illis finibus fugare conati ſunt &c.

Ioh. Iſaacius Pontanus *Rer. Danicar. Libr. IV.* Rollo, *inquit*, ingentis animi ac ſpiritus vir, illuſtri natalium ſplendore inter ſuos conſpicuus, ſed ob factiones inteſtinas minus domi tutus, tum & gloria majorum, nec non dolore ex recenti gentilium ſuorum clade, incitatus, adeoque novarum ſedium parandarum percupidus, inſtructiſſima cum claſſe e Dania in altum profectus eſt. Et primo quidem vel conſulto, vel vi ventorum delatus in Angliam, ad littora Northumbriæ appulit, commiſſisque levibus aliquot in exſcenſu ad terram præliis, cum gentis illius Rege, Alfredo, ſocietatis foedus componit, idque eo, ut videtur, animo conſilioque, ut ibi in hibernis perſiſtens impetraret a Rege commeatum, ſuosque ma- **Foedus Rollonis cum Alfredo Angl. Rege.**

nipulos novo militarium virorum ſupplemento adaugeret, quod & ei feliciter ceſſit. Nam actis hibernis, auctusque novis copiis, primo ſtatim vere claſſem ad Franciæ littora deſtinavit, ſomnio, ut volunt, monitus &c.

Rollo Alfredo ſuccurrit.

*De ſuppetiis, quas virtute initi tum foederis, ſoluta tantiſper obſidione Pariſienſi, Alfredo, Angliæ Regi, poſtea tulit, nec non de patria, parentibus, aliisque Rollonis noſtri Perſonalibus conſulantur, quæ Tomo I. in Geſtis ac Veſtigiis Dano-Gallicis fuſe conglomerantur Autorum loca.* Camdenus *in Deſcript. Oxfordſhire pag. Britanniæ ſuæ 285.* Sub hoc (*Monaſterio Einsham*) in Iſidem Evenlode fluviolus emittitur, e Cottexwoldia etiam prolapſus, qui in ipſo agri limite, non longe a ripa, antiquum monumentum relinquit, vaſtos ſcilicet lapides in orbem diſpoſitos, quos Rollerichſtones vulgus appellitat, hominesque olim fuiſſe, qui in ſaxa ſtupenda metamorphoſi riguerunt, ſomniat. Victoriæ autem alicujus monumentum ego crediderim, & forte a Rollone Dano, qui poſtea rerum in Normannia potitus. Quo enim tempore ille cum ſuis Danis & Normannis Angliam bellorum æſtu exagitaret, Danos cum Anglis prælium ad Hokenorton (*viculus eſt vicinus*) conſeruiſſe legimus, & poſtea iterum dimicaſſe ad Sceartane in Huiccia, quem etiam judicarim lapidem eſſe illum terminalem in proximo, qui quatuor Comitatus diſtinguit. Hoc enim Saxonica illa dictio Searſtane planiſſime innuit &c. *Idem de Rollerichſtones ſuſpicatur* Robertus Plot *Natur. Hiſt. of Oxford-ſhire Cap. 10. Nullas vero in Rolloniano iſto Monumento literarum inveniri ductus, oculatus teſtis Radulphus Sheldon laudato Plotto affirmavit.*

Rollerichſtones Monumentum Rollonis.

Prælia Normanno-Anglica.

Veſtig. Norm.

§. 17.

§. 17. Camdenus *in Deſcr. Gloceſtria pag. 176. ſeq.* Nec longo poſt tempore (878.) cum Danicis deprædationibus univerſa Regio exhauſta eſſet, *Dani*, (ut habet Æthelwerdus, autor ille antiquus) *attegias fixerunt in oppido* Gleuu-ceſter *vario ictu &c. Et poſt nonnulla:* Sabrina cum jam Gloceſtriam reliquerit, & ſe collegerit, alterno maris acceſſu receſſuque plenior, more ſævientis pelagi exſurgit, Oceanumque crebro ſinuoſus flexu petit. Nihil vero in itinere viſit, quod memoria dignum, niſi qua Cam amniculum recepit, Cam-bridg ruſticanum viculum vidit, *cujus pontem, quum ordine literato*, ut Æthelwerdus ſcribit, *Dani cum opimis ſpoliis transmeaſſent, exceperunt illos gravi prælio occidentales Saxones, & Mercii in Woddnexfeld, ubi tres eorum reguli ceciderunt, Heatſden, Cinuiſl & Inguar.* Idem Æthelwerdus, teſte Camdeno pag. 266. narrat, Herbythum quendam Ducem a Danis in loco Merſc-uuarum truncatum fuiſſe ad ann. 795.

Vaſtatio Gloceſtriæ a Danis.

Gloceſt. a Danis vaſtatur.

Tres Danor. duces cæſi.

Herbythus Dux a Danis occiſus.

§. 18. *Jam de Haraldo Pulchricomo Norvegiæ, & Adulſteino, Angliæ Regibus, aliquid dicendum erit.* Torfæus *Hiſtor. Norv. Part. 2. Cap. 36. pag. 64.* Anno, ut videtur, CMXXV, cum Adalſteinus Rex factus eſſet, jam victoria clarus, ſed ætate juvenis, legatos in Norvegiam ad Haraldum Regem miſit. Princeps legationis Regi gladium capulo pomoque aureo, vagina auro, argento, interſperſisque gemmis, inſignem dum exhiberet, mucronem manu tenens, manubrium porrexit, & hunc, *inquit*, gladium Adelſteinus Angliæ Rex tibi miſit: qui cum manubrium recte comprehendiſſet, recte, reſpondit legatus, & ex voto Regis noſtri gladium recepiſti, eriſque ejus ſubjectus, cujus gladium geſtas (tactum namque gladii

Commercium Haraldi Pulchricomi Reg. Norveg. cum Adelſtan. Reg. Angl.

Legatio Angl. in Norv.

Techna Adelſt.

 capu-

capulum obſequii ſignum erat). Rex cognito ludibrio, *ira, ut conſuevit, primum impetum coërcuit*; nulli enim homini toto orbe ſubjici volebat, neque ad conſilium relata, placuit Legatos benigne admitti, artemque arti opponi. Æſtate proxima Haraldus Legatos in Angliam miſit, duce Hauko Habroke, exploratæ fidei, experientiæque variarum rerum, longinquis peregrinationibus comparatæ, & ad res arduas, & periculoſas obeundas promptiſſimo viro, athleta inſigni, & Regi in paucis caro, eique filium parvulum Haconem Adalſteino deferendum tradidit. Qui ut Regem Lundoniæ (Londini) magnificum convivium celebrantem accepit, eo ſe contulit. Triginta virorum comitatu aulam ingreſſus, ſingulis gladiis a ſiniſtris dependentibus, ſubque togis talaribus abſconditis, primo ingreſſum, poſtremo, ordine ſervato, egredi mandavit, quod is periculum ſibi deposcebat, gloriæ deinceps palmam relaturus. Ad menſam Regiam pariter omnes conſiſtebant. Haukus parvulum ulnis gerens, Regem ſalutavit. Rex benigno reſponſo excepit: puerum denique genibus Regis impoſuit. Rex inſpecto puero, quid id ſibi velit? quæſivit: Haukus, hunc ancillæ filium, Haraldus Norvegiæ Rex, ut educares, mandavit. Compendium Chronici formulam hoc tenore refert, & quidem remotis menſis palatium ingreſſum, priusquam gremio Regis puerum impoſuiſſet: Haraldus, inquit, Normannorum Rex, amice te ſalutat, albamque hanc avem bene inſtitutam mittit, utque melius deinceps erudias, poſtulat. Atque his verbis genibus ejus puerum impoſuiſſe, ſtetiſſeque gladio acutiſſimo, toga autem velato, accinctum erectum, absque ulla honoris exhibitione coram Rege, quem hoc modo reſpondiſſe: Cujus eſt iſte puer? ancillæ Norvegicæ,

Solita Haraldi moderatio & magnanimitas.

Legatio Norv. in Angl.

Techna Haraldi reciproca.

reges-

regeſſit Haukus, mandavitque Haraldus, ut in ejus gratiam eum enutrias. Non ex illis oculis ſervile quicquam emicat, ait Rex. Serva quidem mater eſt, reſpondit Haukus, quæ tamen Haraldum patrem proli ſuæ profitetur, jamque genibus tuis impoſitus puer eſt, unde obligatio, ut inter patrem & filium, orta eſt. Ne legitimum Haraldi filium educarem, reſpondit Rex, nedum ſerva natum, arreptoque alia manu gladio, alio puero, occiſurum ſimulabat. Aſſumpſiſti, inquit, Haukus, ſimulque foviſti filium Haraldi, hunc igitur nefaria cæde tollere poteris, totam vero ejus maſculam ſobolem haud item: tritum tamen vetiverbium approbaſti, quo is minor ſemper habetur, qui alterius filium educat. His dictis, pallium ſiniſtra, gladium nudatum dextera gerentes Haukus & comites ejus, ordine longo egreſſi ſunt, adque naves profecti, ſecundis ventis uſi, reduces in Norvegiam, Legationis ſeriem Regi expoſuerunt, qui joculare Adalſteini commentum majori ludibrio in ipſum retortum gaviſus eſt, inferioris namque conditionis veteribus educatores habiti ſunt, quam parentes. Magnam Hauko ad priſtinum favorem legationis hujus expeditio acceſſionem, puero autem totius ſubſequentis vitæ fortunæque emolumentum, humanæ conditionis faſtigium, ſalutisque æternæ occaſionem præſtitit. Nam Adalſteinus eum Chriſtianis ſacris initiandum imbuendumque, omnibus etiam eximiis artibus, quæ ſummam fortunam decent, erudiendum curavit, ubi tantos profectus fecit, ut Regi inſtar filii, omnibus aliis etiam conſangvineis, carior. Favorem regium procerumque etiam vulgi ſecutus eſt, unde & *Adelſteini Alumni* (Adelſteins Foſtre) cognomen ſortitus eſt. *Hæc Torfæus. Aſcendebat tandem dictus Hacon ſ. Haquinus, ope Educatoris*

Vetiverbium antiquum.

Haquinus Adelſteini Alumnus.

*ris ſui, expulſo fratre Erico Blodöxe, in thronum Norvegicum, tertius regni Monarcha factus.* De alia *Pulchricomi ad Adalſteinum Legatione, loquitur* Wilhelmus Malmesburienſis *de geſtis Reg. Anglor. Libr. II. Cap. VI.* Propter hoc (*ſc. egregia Adalſteini facta*) tota Europa laudes ejus prædicabat, virtutem in coelum ferebat, felices ſe Reges alienigenæ non falſo putabant, ſi vel affinitate, vel muneribus, ejus amicitias mercarentur. Haraldus quidam Rex Noricorum miſit ei navem, roſtra aurea & velum purpureum habentem, detenſa teſtudine clipeorum inauratorum intrinſecus circumgyratam. Miſſorum Nomina fuerunt Helgrim & Offrid, qui regaliter in urbe Eboraca ſuſcepti, ſudorem peregrinationis præmiis decentibus exterſere.

Alia Haraldi in Angl. Legatio.

Helgrim & Offrid, Legati Norveg.

§. 19. Torfæus *deinceps Hiſt. Norveg. Part. II. Cap. V. agit de Martiis Egilis Norvegi, Skallagrimi filii, in Anglia (intercedente Adalſteino cum Olafo Scotiæ Rege, Northumbriæ invaſore, conflictu) rebus geſtis; Thorolfi fratris cæde, & Adalſteini in Egilem gratia, & munificentia, unde hæc Laconice habeto:*

Martia Egilis Skallagrimidæ in Angl. facinora, & Thorolfi fratris cædes.

Thorolfus prope ſylvam agmen ducens, tam citato gradu ad regiam aciem contendit, ut pauci ſuorum ſequi poſſent, quem, ut agmen prætervectum, paucisque admodum comitatum, Adils Britonum Comes, intra ſylvæ latibula abſconditus, cum ſuis animadvertit, facto impetu, in eum cum delectorum militum numero irruit, priusque, quam ſuccurri poſſet, a multitudine oppreſſus eſt. Thorfinnus autem Strangius ſignifer, cognito Ducis caſu, conſternatus, pedem retulit. Adils fraterna ultione ferox lætusque, multa cæde invehitur. Clamor permiſtus horta-

Thorolfus Skallagrimi fil. cæſus.

hortatione, lætitiaque inter ſtrepitus armorum ad coelum fertur, quem ut *Eigill* audivit, nutantemque fraternam aciem conſpexit, ductu deſtitutam apud ſe reputans, eo ſe celerrime contulit, cognitaque fratris cæde, ſuos ad ſequendum magna voce hortatus, ipſe legionem fraternam ducere coepit. Tum demum Thorſinnus vexillifer ſigna promovit, namque Eigill, velut repentino furore correptus, ambabus manibus, ab utroque latere hoſtes feriebat; mediamque hoſtium aciem penetrans, ad Adilſem pervenit, quem, manus ſecum conferentem, cum multis aliis occidit. Inde fugientibus Britonibus, Duces Scotici prælium paulum ſuſtinuerunt, donec, & ipſi effuſe fugere coeperunt. Interea Eigill nemini parcens, per cædes ſtragemque hoſtium, cæſorumque cadavera, ad regiam Olafi aciem pervaſit. Neque enim Eigill, ut vere tradit Arngrimus, aliter hoſtes, quam lupus in caulam immiſſus, diſcerpſit, & dilaniavit &c. Victor Adalſteinus magno gaudio ad oppidum regreſſus eſt. Eigill cum reliquis præfectis, copiarumque ducibus fugientes longo tempore perſecutus, paſſim cædebat, nec prius receſſit, quam cæde & ſanguine hoſtium, manibus fratris ad ſatietatem usque litaſſet. Inde in locum prælii rediens, cadaver fratris invenit, funereque pro more magnifice facto, abluto corpore, tumulo, terra lapidibus aggeſta excitato, eum univerſa armatura inſtructum intulit, utrumque brachium aureis armillis ornavit, verſuque memoriam ejus celebravit, quod etiamnum extat. Alterum quoque de prælio cum Olafo, auſpiciis ductuque Adalſteini geſto, cecinit. Atque ita juſtis raptim factis, ad Regem Adalſteinum regreſſus, triclinium, ubi cum proceribus accumbebat, intrat. Quo viſo, Rex juſſit, ut qui potiorem locum

Eigill ambabus manibus cædit.

Adils Comes occiſus.

Britones & Scoti fugati.

Virtus Eigilis admiranda.

Victoria Adalſteini.

Sepultura Thorolfi.

Eigil Poëta.

 cepis-

cepiſſent (is Regi ex adverſo ad alium parietem oppoſitus erat, honoratiſſimusque) ei ſociisque ejus cederent. Eigill igitur, ut erat galeatus, aſſedit, ſubſtratoque pedibus clypeo, gladium vagina conditum genibus impoſuit, quem mediotenus per vices, vel eduxit, vel condidit. Ipſe in ſede erectus, facie valde pallida, trucem vultum ſpecies reliqua exaſperavit; inflatæ buccæ & tumidæ, magna ſeque invicem attingentia ſupercilia, pupillæ oculique nigri, naſus brevis & admodum craſſus, eadem mento forma, labra prægrandia, multum barbæ fundamen, craſſa cervix, frons lata, lati humeri, capillus lupino colore, ſtatura ingens, emicabat ex ore, quoties ira incaluit, ferocia. Is talis, ira ſimul & moerore æſtuans; interdum ſupercilia in genam demiſit, interdum in frontem, ad radices usque capillorum, elevabat. Pocula, quæ propinabantur, recuſavit; Hos turbidi excitatique animi motus animadvertens Rex, & ipſe in ſolio reſidens, gladium quoque ſuum genibus imponit, cumque hoc ſitu uterque paulum conſediſſent, tandem Rex eum ſtringens, extractam brachio armillam auream mucroni imponit, magni quidem ponderis pretiique, ſolio excedens, in medium pavimentum progreſſus, gladium ſuper focum extenſum porrigit. Eigill pariter loco diſcedens, gladio quoque extenſo, armillæque inſerto, eam ad ſe trahit, locoque repetito, brachio imponit. Tum primum ſupercilia in ordinem redierunt. Rex tam præſenti remedio lætus, mox aliam ei donat: quo ille munere exhilaratus, poſitis armis, protinus cornu arreptum, uno hauſtu evacuat, verſuque, qui adhuc extat, donum celebrat. Inde Rex ſcrinia duo, quorum ſingula famuli duo portabant, in pavimento ſtatui curabat, argento repleta. Hæc, inquit, ſcrinia

Honor virtuti habitus.

Forma & Statura Eigil terribilis.

Munificentia Adelſteini in Eigilem.

nis accipito, patrique tuo munus a me miſſum in ſolatium orbitatis, redux in patriam referto. Tibi vero damnum, fraterna cæde acceptum, poſtea rependam, nam & agri, opes, officia, honores, tibi in regno meo pro arbitrio patebunt &c. Proximam inde hyemem magno in honore copiis omnibus, quibus Thorolfus prius præfuit, præfectus, apud Regem remanſit, carmenque encomiaſticum in ejus honorem fecit, quod quidem intercidit, intercalari tantum verſu reſtante, cujus hic eſt ſenſus: Egil Archiſtrategus Angl.

Paret Adalſteino mundi flos, Anglica tellus. Egil Adelſteini Encomiaſtes.

Præmium carminis duæ armillæ aureæ, quarum quælibet ſelibram pendebat, inſuper pallium pretioſum, quod Rex ipſe geſtaverat, datum &c. &c. Pretium Carminis.

§. 20. *Hinc ad geſta Olavi Trygvini Norvegiæ Regis, & Martyris feſtinamus, de quibus laudatus* Torfæus *Hiſt. Norv. Part. 2. Cap. XXVI. pag. 339. ſeqv.* Cum ad litora Gallica aliquamdiu piraticam exercuiſſet, inde ad depopulandos Angliæ oras claſſe ſua converſum, æſtus maris, ſævaque tempeſtas curſum ad inſulas Syllingas, (Sillinas, nautis Sorlings) Cornvalliam ab occaſu ſpectantes, flectere coëgit. Ubi cum aliquantiſper ſubſtitiſſet, cognovit in eadem inſula eremitam quendam futurorum præſcium degere, cujus peritiam exploraturus, miſit e comitatu ſuo virum, inter omnes forma ſtaturaque excellentiſſimum, veſte pretioſa ornatum, mandans, ut ſe Regem profiteretur. Celeberrima namque id temporis ubique gentium fuit nominis Olafi fama, a ſpecie & ſtatura, quibus omnes homines præſtabat. Is autem nomen Olafi proprium, levi flectione in *Oli*, ab eo tempore, quo e Ruſſia primum profectus eſt, mutavit OLIVM RV- Baptiſmus Olavi Trygvini, poſtea Norv. Regis, ejusque cum Comitis Anglici vidua connubium. Olavus Trygvinus ſtaturæ inſolitæ. Oli hinn Girſki vocatus.

THENUM (*Græcum* verterunt, neſcio an decepti ſimilitudine nominum Girskii & Griskii, quorum illud a Gardis, quo nomine Ruſſia uſurpatur, hoc a Græcia deſcendit, vel forte quod mediæ ætatis Scriptores Ruſſos Græcos vocarunt) ſe nuncupans. Nuncius anachoretæ Regem profeſſus, reſponſum tulit, haut equidem eum Regem, Regi tamen fidelem eſſe. Hoc ille cum Regi renunciaſſet, haud ultra de ingenii ejus ſagacitate dubitans, ad eum profectus, futuræ ſortis myſteria exploravit: Regnine an aliarum rerum ſe compotem futurum prævideret? ſciſcitatus. Is Regem glorioſiſſimum, Chriſtianique dogmatis præconem feliciſſimum, qui & undis ſalutaribus ſe primo abluendum præbiturus, mox ſuo exemplo ingentem hominum numerum Chriſto lucraturus eſſet. Adjectum vaticinio aliud, exitu propero ſuperiori ad fidem conciliandam idoneum, diſcedentem namque a ſe, dum ad naves pergeret, in latronum turbam, evidensque ſalutis periculum venturum, vulneribus prope lethalibus affligendum, intra tamen ſeptiduum ſanitati reſtituendum, mox etiam ſacro baptiſmi lavacro tingendum. Egreſſus inde incidit in piratas, omniaque divini iſtius ad unguem reſpondebant. Finito ſeptiduo, cum convaluiſſet, ad eundem vatem rediit, ſolliciteque quæſivit, unde ei tanta ſapientia. Quo revelationes divinas, Chriſti indulgentia ſibi factas, memorante, Sacroſancti nominis ejus & potentiæ admiratione afficiebatur, edoctusque avitum Norvegiæ regnum ſibi portendi, cum aliis ejusmodi fatis, quæ ſe poſtmodum manſura eſſent, ad Chriſtianæ religionis profeſſionem facile perſuaſus eſt, regreſſusque ad naves, univerſam claſſem cum copiis omnibus ad monaſterium, illis in inſulis ſitum, direxit.

*Vaticinium Eremitæ de Olavo.*

*Olaus lethaliter fere vulneratus.*

Cui

Cui Abbas (*Theoderico Monacho* nomine Bernhardus) cum omnibus monachis, ordineque Eccleſiaſtico, magno apparatu, ſolennique ritu venerabundus obviam proceſſit, ipſumque cum univerſo comitatu, copiisque militaribus, edita palam Chriſtianæ Religionis profeſſione, ſacro regenerationis fonte abluit. Ibi diutule commoratus, articulis novæ religionis addiſcendis operam dabat. Sub autumnum, aſſumptis ſecum pluribus Verbi Divini Miniſtris, doctisque hominibus, Angliam petivit; ſed ſociæ religionis reſpectu pacate ubique pertranſiens, militem ab omni direptione cohibuit. *Et Cap. XVII.* Maritimis Angliæ oris, ubi Olafus cum claſſe hyemabat, præfuit fœmina princeps. Comite marito nuperrime viduata, Gyda nomine, Olafi Quaranis, Hiberniæ ejus partis, quæ Dublino ſubjacet, Regis ſoror. Hæc Comitatum poſt mariti mortem, amplum ſane diſtrictum, regebat. Ambiebat nuptias ejus athleta mileſque ſtrenuus, nomine Alſvinius, (*Oddo Monacho* Alpin,) ipſa vero mariti e civibus imperio, & jurisdictioni ſuæ ſubjectis eligendi arbitrium in ſua poteſtate præfata, cives ad conventum tota ditione excivit; quo flos juvenum certatim confluxit. Unica illis, qui tantas ſpes concipere poterant, cura, in ornandis corporibus conſiſtebat, inter quos Alſvinius eminebat. Olafus navibus egreſſus, cum ſuis ſeorſim ſtabat, amictus veſte nautica, bardo cucullo tecta. Singulos Gyda, qui tantæ ſpei capaces videbantur, acceſſit, & inſpexit: ut vero in Olafum incidit, attentius intuita, parte veſtis, quæ caput texit, levata, facieque conſpecta, quinam eſſet? interrogat. Is ſe Olium nominari, peregrinum vero eſſe reſpondit. Si tibi (ait illa) placet me ducere, eligo te mihi maritum. Ille nolle ſe oblatam

Baptiſm. Olai Trygvini.

Alpinus Athleta.

Gyda Comitiſſa Anglica Olavo Trygv. ipſa procatur.

tam conditionem detrectare, quæ tamen eſſet? interrogat, Regis filiam, Comiti diſtrictus ejus elocatam, a morte ejus multis petitam procis, Comitatui præfuiſſe, nec in ullius conjugium conſenſiſſe, profeſſa eſt. Erat juvencula formæ decore valde conſpicua, itaque facile Olafum in amorem ſui, conjugalemque conſenſum traxit. Id vero Alfvinium tanta ſpe dejectum male habuit. Mos erat in Anglia, ut ſi duo rem eandem licitarentur, controverſiam duello dirimerent. Itaque Olafum ad ſingulare certamen, duodenorum virorum, pari utriusque partis manu gerendum, provocat. Securibus Olafus cum ſuis, gladiis Alfvinius dimicabat. Vorum primo ictu (*ſimul namque ſe univerſi ſingulatim congreſſi impetebant*) excuſſis gladiis Alfviniani inermes, humique ſtrati in vincula conjecti, verberibusque male multati, in hoſpitium Olafi deducti ſunt. Alfvinius proſcriptus, opes omnes ſuas, & poſſeſſiones Olafo victoriæ præmium, abſciſſa reditus ſpe, reliquit. Inde nuptiæ cum Gyda celebratæ, ſuſceptusque ex ea filius Trygvius, avi nomine, nuncupatus &c.

Duella Anglis judicii loco conſueta.

Certamen Olafi cum Alpino.

Nuptiæ Olafi cum Sponſa, Filius Olai Trygvius.

## SECT. II.

§. 1. *Perſpectis ita potioribus gentilium Danorum, Norvegorumque per Angliam geſtis ac veſtigiis, recentiorem aggredimur periodum, Anglicana noſtratium molimina, poſt invectum Chriſtianiſmum, comprehenſuram. Ad quæ nobis viam ſternat locus* Becmanni *in Hiſt. Orbis terrar. Geograph. & Civil. Francofurti & Lipſ. MDCCIIC. pag. 560.*

Introitus ad recentiorem periodum.

Periodos, *inquit*, Regni Anglorum numeramus I. Britannicam. II. Romanam. III. Saxonicam. IV. Danicam, eam quidem non adeo diuturnam, ſed

Danica regni Anglici periodus, rebus geſtis illuſtris.

tamen rebus geſtis illuſtrem. Dani enim totis CCCXXX. annis Angliam variis invaſionibus turbaverant, adeo, ut certum tributum ab Anglis tandem exigerent, primo XVI. mox C. & plurium librarum quotannis pendendum. Angli etiam e contrario ad reprimendos eos Danegeldum excogitarunt, h. e. pecuniam annuatim pendendam, pro alendis militibus contra Danos, quæ erat XII. denariorum, ex unaquaque decuria, & aliquando una die maximam partem Danorum nationis trucidarunt, tempore Ethelredi Regis. Interim plerumque, non tam dominandi, quam prædandi animo, expeditiones hæ ſuſcipiebantur, donec tandem Sveno, Danorum Rex, Imperii in Anglia initium faceret, circa MIIX. annum, eumque ſecutus Canutus filius, initio dimidia Anglia, ex pacto cum Edmundo Rege Anglo-Saxonum, paulo poſt autem integra, interfecto Edmundo, potiretur; ſed in poſteris ipſorum, jacta hæc fundamenta imperii, continuari non potuerunt. Heraldo & Hardecnuto, ſucceſſoribus Canuti, ſenſim enervatis & extinctis, Regnoque ad Eduardum Confeſſorem, Ethelredi Regis e Saxonum Familia filium, devoluto, ab eoque ad Normannos tranſmiſſo. Vid. Wilhelm. Malmesburienſ. L. II. &c. V. Periodus Normannica &c.

Tributa Danis ſoluta, quæ Danigeldum vocabantur.

Ita Angli Danegeldum non ſine partium ſtudio interpretantur, vid. ſupr. Sect. I. §. 13.

Sveno Barbæ furcatæ Danici per Angl. imperii conditor.

§. 2. *Antequam ulterius pergimus, monendum aliquid erit de Monumentis quibusdam, incerti ut plurimum ævi, a Danis in Anglia erectis, quæ in duplici ſunt diſcrimine, alia illiterata, alia literata. Ad priorem claſſem, præter ſupra memoratum Trophæum Rollonianum Rollerichſtones, ſpectat celeberrimum illud, in planicie Salisburgenſi Monumentum, vulgo Stoneheng., id eſt,* Chorea gigantum, Hen-

Monumenta Danor. in Anglia illiterata.

Rollerichſtones.

Stoneheng. ſ. Chorea gigantum.

Henrico Huntindonienſi *Hiſt. libr. I. unum judicatum ex quatuor, quæ mira videntur in Anglia.* *De auctoribus ejus inter eruditos Anglos acriter diſputatum, Danicum vero opus eſſe evicit* Walterus Charleton *in Scripto, quod inſcribitur*: Chorea gigantum or the moſt famous antiquity of Great-Britan vulgarly called Stone-henge, reſtored to the Danes. London 1663. *Cui uſui Monumentum hocce Stone-hengianum, judice doct. Charletonio, olim inſervierit, ſcilicet aut Sedi Danorum Regiæ, aut loco Regum inaugurali, aperit ipſe Auctor doctiſſ. in præfixa ad Regem Angliæ epiſtola dedicatoria, his verbis:*

De auctoribus diſputatum.

Having diligently compared Stone-Heng with other Antiquities of the ſame kind, at this day, ſtanding in Denmark and finding a perfect Reſemblance in moſt, if not in all Particulars obſervable, on both ſides, and acquainting my ſelf moreover with the Uſes of thoſe rudely-magnificent Structures, for many hundreds of years together: I now at length conceive it to have been erected by the DANES, when They had this Nation in ſubjection; and principally, if not wholly deſign'd to be a Court Royal, or place for the Election and Inauguration of their Kings; according to a certain ſtrange Cuſtome, yet of eldeſt Date, moſt ſacred Eſteem, and but late Diſcontinuance among that Martial People. Olaus Wormius *Aras, aut forum judiciis deputatum fuiſſe, exiſtimat, Mon. Dan. Libr. I. Cap. 9. pag. 67.* In Anglia, *inquit*, etiam a Danis erecta ejus generis inveniuntur ſaxa. Refert namque Cambdenus in Cornwallia, prope Neoteſtov, magnam

ex-

exſtare cautium congeriem, quibus ſaxum ſubjicitur, ita in caſei ſimilitudinem a natura efformatum, ut inſtar caſei premi videatur, unde nomen Wring-cheeſe: Saxa etiam plura, quodammodo quadrata, in eadem planitie cerni, e quibus ſeptem vel octo æqua inter ſe diſtantia erigantur, de quibus recte judicare mihi videtur, in alicujus prælii memoriam, quaſi trophæum poſita eſſe. Sic eodem referente, *Septentrionem verſus ad VI. plus minus a Sarisburia milliaria, inſana conſpicitur ſubſtructio. Intra foſſam enim ingentia & rudia ſaxa, quorum nonnulla XXVIII. pedes altitudine, VII. latitudine colligunt, coronæ in modum, triplici ſerie eriguntur, quibus alia quaſi transverſaria, ſic innituntur, ut penſile videatur opus, unde* Stonehenge *nobis nuncupatur, uti antiquis Hiſtoricis gigantea chorea, a magnitudine.* Ego aras, aut forum judiciis deputatum eſſe, arbitror. *Hæc Wormius. Qui Charletonium majore forte libri, quam monumentorum mole, refellere aggreſſus eſt, ut ad illorum ſcilicet ſe componeret palatum, quibus nihil memorabile, dignumve habetur, niſi quod a Romanis, orbis Dominis, vel tantilla ſpecie derivetur,* Johannes Webbius, *in Scripto, quod ejusmodi gaudet titulo:* A Vindication of Stone-Heng reſtored: *ſeu* Stone-heng a Roman-work and Temple, London MDCLXV. *inter alia, animum Danis minus propitium fere ubique ſpirantia, meminit loci in Anglia, a lapideo Hubbæ Dani monumento, a Hubbeſtone dicti ſecus ac Bromton, cui Hubbelowe & Camdeno, cui Habbleſtowe ſalutatur. Verba* Webbii *hæc ſunt. p. 210.* But, whatever the Ancients omitted of either Saxon or Roman affairs, certain it is, that both in general and particular they have been very ſuperfluous in commemorating the Actions Hubleſtone.

of

of the Danes. Hence, they tell us particulary, that in the very ſame year, that King Alfred put Gurmunds Army to the Sword, Hubba being ſlain in Devonshire, was huddled under a Conelike heap of pibble ſtones, and from thence the place is called Hubbeſtone to this day. *Loca Bromtonis & Camdeni quærantur ultima hujus Sect. paragrapho, ubi de pluribus Danicæ originis in Anglia nominibus agitur.*

*De Gurmundi Dani Tumulo lapideo loquitur citatus* Webbius *pag. 205.* Or ſo wanted they ſtones in Glouceſterſhire, as to caſt up a Tumulus of Turffs in Circnceſter in memory of theirs and this Doctors (*ſc. Charletonii)* Gurmund &c. *de hoc plura inferius.*

*Hiſce accedit aliud, de quo Cel.* Olaus Borrichius *in literis ad* Thomam Bartholinum *dat. Londini d. 10 Aug. 1663. de variis in itinere Anglico obſervationibus curioſis, quæ extant inter* Thom. Barth. *Epiſtol. Medicas. Centur. IV.*

D. D. Gu. Charleton aliud adhuc & luculentius Danicæ Antiquitatis monumentum in Comitatu Wiltonienſi obſervavit, alteri Salisburienſi pene gemellum, ſed gigantei magis laboris, in quo erecta ſaxa ad 36 pedes in altitudinem porriguntur, quoddam etiam ad 40, cui Kong - Stool nomenclatura, plane ad genium linguæ noſtræ Topographiam mihi oſtendit. Stant in orbem diſpoſitæ cautes (Ætnæos fratres diceres) ſed certa lege, circulus minor majori incluſus, in quo Regum noſtrorum quendam tumulatum ſuſpicabatur Vir ingenioſus. *Hæc Borrichius.*

Kongſtool ſ. Sedes Regia.

Danici Regis ſepulchrum exiſtimatur.

*Dari*

*Dari alia Danorum in Anglia trophæa* literata, *auctor eſt* Johannes Spedus *in Theatro Brit. Lib. I. cap. 10.* ... Upon Exmore certain monuments of antick work are erected, which are ſtones picked in order, ſome trianglewiſe, and ſome in round compaſs: These no doubt were trophies of victories there obtained, either by the Romans, Saxons, or Danes, and with Daniſh letters one of them is inſcribed, giving direction to ſuch as ſhould travel that way. Literata. Trophæa Danor. Literatura Danica.

Olaus Wormius *Mon. Dan. Libr. I. Cap. 9. pag. 67.* Johannes Spedus, *inquit*, in Devoniæ Deſcriptione narrat, ad Exmore quædam antiqui operis veſtigia cerni, ſaxa videlicet, alia in triangulum, alia in orbem erecta, & ordine diſpoſita. Trophæa certe victoriarum, quas Romani, Saxones vel Dani obtinuerunt. Ac Danicis quidem literis unum eorum inſcribi refert. Quod utinam bono publico communicaſſet, forſan de rebus præclaris, a noſtratibus ibidem geſtis, teſtaretur.

*Memorat ibidem* Wormius *ex Camdeno*, Saxa Stiperſtons Haraldi victoria clara. Quæ omnia, concludit, nil niſi trophæa & rerum a Danis præclare ibidem geſtarum ſunt monumenta. *Stiperſtoniana hæc Saxa ad literatorum monumentorum claſſem referendam monet locus iſte laudati Charletonii cit. Tract. pag. 47. Giraldi Cambrenſis auctoritati innixus:* To theſe may be annexed another eminent Trophy, known by the name of Stipperſtones, ſtanding upon Huckstowe Forreſt in Shropſhire, conſiſting of great piles of ſtones, and others like Rocks perpendicularly erected thickly together, and ſet up to perpetuate the Renown of a fatal Defeat given to the Stiperſtons Haraldi trophæa.

Britans by Harald. Concerning which Giraldus Cambrenſis hath this clear teſtimony. Harald in perſon being himſelf the laſt Footman, with Footmen and light arms, and victuals anſwerable for ſuch an Expedition in Wales, valiantly went round about through all Wales, ſo as that he left few or none alive. And for a perpetual memory of this Victory, you may find very many great ſtones in that country erected after the antique manner upon hillocks, in thoſe places, wherein He had been Conqueror, with theſe words engraven: HIC FVIT VICTOR HARALDVS, Here was Harald Conqueror. Now theſe being ſufficient inſtances of Danique Triumphal Monuments, it remains onely, that we ſearch after ſome of their Loca Comitialia.

Geſta ac imp. Svenon. Barbæ furc. in Angl. Cauſa præcipua expedit. Svenonian.

§. 3. *His præmiſſis, ad ipſas Svenonis Barbe furcatæ expeditiones Anglicanas enarrandas accingimur. Quid Svenonem in Anglos præcipue armaverit, ſatis notum eſt, alteræ ſcilicet, quas in Anglia inſtituerat Rex Ethelredus, Siculæ veſperæ, univerſo Danorum ibidem ſanguine cruentiſſimæ.*

Laniena Danor.

Rogerius de Hoveden *Annal. part. poſter.* Adelfredus Rex fecit occidere omnes Danos in Anglia, ob quam rem Svenus, Danorum Rex, Angliam invaſit, & obtinuit &c. *Quid vero ferrum Anglorum in jugula Danica adeo exacuerit, nec intactum voluit idem Hovedenus, Danos nimirum Regis Procerumque Anglorum meditatos perniciem adhibito, ad tantæ immanitatis infamiam quodammodo colorandam, pigmento conſueto, quaſi non tantopere Anglis vitio vertendum eſſet, quod imminens capitibus ſuis periculum, nefariumque Danorum antevertiſſent propoſitum.*

Pigmentum immanitatis.

ſitum. *Verba ejus hæc ſunt Annal. Part. I.* Quo etiam anno (*ſc. 1002.*) Egelredus (*alibi Adelfredum levi variatione nominat*) omnes Danos, Angliam incolentes, majores & minores, utriusque ſexus juſſit occidi, quod illum, ſuosque primates vita regnoque privare, & totius Angliæ dominium ſuæ ditioni conati ſunt ſubdere. *Sed recte hic Pontanus:* Ethelredus, qui iſta ſanguinis effuſione, Danicum incendium ſe reſtincturum exiſtimabat, id potius effecit, ut in multo majorem, magisque exitialem flammam exarſerit. *Torfæus Hiſt. Norv. Part. 3. pag. 14.* Laniénam illam Radolfus de Diceto ad annum milleſimum, Bromton ad milleſimum ſecundum referunt. Henricus de Knygthon annum non addit, omnes in feſto S. Bricii, quod in nonum Julii incidit, factam tradunt (diverſam ab ea, in cujus memoriam feſtivitas Hocday quotannis poſtea celebrabatur, quæ nec hodie, apud mediterraneos Anglos, penitus exoleviſſe dicitur, quæ ſub Ethelredo perpetrata, in XIII. Novembris incidiſſe fertur, de quo videri poterit Hofmannus in voce Hocday). Codex Flategenſis nequaquam deſcribit, ſed aliam ab ea diverſam, quam ipſius Codicis verbis hic ſubjungam. Pag. 192. Suenus Rex Saumæſæ filius in Anglia permanſit &c. Deinde Suenus Ethelredi Regis regnum infeſtabat, eumque in fugam trans oceanum compulit. Deinde præſidiariam militum claſſem duobus in Anglia locis conſtituit. Londini aliam, navium ſexaginta, in flumine Thameſi natantem, cui Eyliſus, Thorgilſis filius, Ulfi frater (Sveni Eſtridii Daniæ poſtea Regis patruum intelligit) præfuit. Pari numero aliam Sleſvici (Slesfort in boreali Angliæ parte) cui Comitem Hemingum, Thorkelis Proceri fratrem, præfecit.

Hocday feſtum in memoriam alius laniena.

Mater Svenonis Barbæ furcat. Saumæſa.

Præſidiarii Danici Thingmanni.

Sleſvicum Angliæ Slesfort, ita forte ab Anglo-Saxonibus

vel Danis in memoriam Slesvici Danici vocatum.

Præſidia hæc uno nomine **Thingamanna Lið** (quod forenſes copias denotat) vocabantur. Nemini abnoctare, rumoresque ſpargere, lege prohibente, licebat.

Leges & Statuta Thingmannorum.

Sacris in templo Burienſi peragendis omnes intereſſe tenebantur. Campana ingens ſub extremum cujuslibet noctis trientem ſonare conſuevit, quo ſigno ad templum evocati adeſſe, ſed inermes, tenebantur.

Templum Burienſe a Thingmannis frequentatum.

Iisdem legibus, qui Slesvici degebant, obligabantur. (Thorkelis (*ſeu Torchilli*) Eilifi & Hemmingi Simon Dunelmenſis de geſtis Regum Anglorum ad ann. MIX. meminit, ſingulosque magnas claſſes eo anno advexiſſe perhibet) *Et poſt nonnulla:* Rex Suenus in Anglia fato functus eſt, funus ejus Dani in Daniam deportarunt, Roſchildæque apud patrem ſepeliverunt. Knuto tum decem annos agente.

Sueno Barbæ furc. Roſch. ſepelitur.

Magna tum Thingamannorum in Anglia poteſtas fuit. Nundinæ bis quotannis per Angliam, circa mediam hyemen & æſtatem, celebrabantur. Non alia ad tollendos Thingamannos occaſio magis opportuna Anglis viſa eſt, Sueno mortuo, Succeſſoreque Knuto tenello relicto.

Poteſtas Thingmannor. in Anglia.

Qualibet hyeme, cum feſtum Jolenſe immineret, res venales opertis plauſtris in civitatem vehebantur. Idem hac hyeme fiebat, conſilio doloque Ulfkelis Snillingi, filiorumque Adalradi (Ethelredi).

Feſtum Julium in Angl.

Inter Thingamannos duo memorantur, Thordus nimirum & Audunus, quorum prior ſeptimo feriæ Jolenſis die urbe egreſſus eſt, ad domum concubinæ ſuæ, quæ eum orabat, ut ibi noctem tranſigeret. Ille, cur ea peteret, quibus impetratis mulcta ſibi irrogaretur, quæſivit, quia multum intereſt, reſpondit. Ille ſi ediceret, morem ſe ei geſturum affirmavit. Hac, reſpondit, nocte omnes Thingamanni trucidabuntur, plauſtra enim omnia, mercium ſpecie, armatos ho-

Thordus & Audunus Thingmanni.

Stratagema Anglor.

homines vexerunt. Idem Sleſvici (Slesfort) factum. Primo noctis triente, ad ſignum campanæ, pars civitatis armabitur, alia autem pars ſub mediam noctem: extremo autem noctis triente, ad templum Burii (Burienſe habet Hofmannus in Lexico, in voce Anglia) ſigno dato, cum inermes Thingmanni progrediuntur, derepente ab armatis undique ſepti opprimentur. Thordus, laudata ejus fide, præmium, prædium, quod incoluit, dono accipere juſſit, accedensque ad ſocium ſuum Audunum, eum ſecum ad Ducem Eyliſum duxit, ſingulaque ordine enarravit. Is convocato exercitu, omnia expoſuit; quidam fidem dictis habuerunt, maxima autem pars nugas exiſtimabat. Cum autem ſonus campanarum pro more audiretur, imperio ſacerdotum id fieri ſtatuebant. Quotquot verbis Thordi fidem habuerant, armati procedebant, reliqui inermes. Ut vero in cœmeterium ventum eſt, illico ab armatis, in ſe certatim ex omni angulo irruentibus, impetebantur, nec in tam ſubita trepidatione ad arma conquirenda, vel ſpatium, vel tutus regreſſus patebat. Solus Eyliſus conſilium fugæ a neceſſitate mutuatus: haud conſultum, inquiebat, videtur ad templum confugere, unde mox extracti pecudum in morem mactabimur, *nec ſine infamia*, proditis ad extremum metus pavorisque notis, nobis penitus indignis: per hoſtes effugia ad naves quærenda ſunt: cum autem armis viam facere nequeamus, ex aggere cœmiterii humeros hoſtium unusquisque inſiliat, adque naves ſe curſu quam effuſiſſimo proripiat. Id cum tentatum eſſet, ex parte quidem proceſſit. Verum quanto magis claſſi appropinquabant, tanto major hoſtium, aditum iis præcludentium, numerus augebatur, cædesque ingens fuit;

**Meretriciæ fidei præmium.**

**Laniena Thingmannorum.**

**Magnanimitas Eyliſi.**

**Sagax in arcta conſilium.**

Londinenſes ſe tuentur.

ſuos, & jam quaſi adeptam victoriam retinere fatagit, ab hoſte propemodum circumventus, inter infeſta tela erumpit, ac dato receptui ſigno, cum exercitu toto Bathoniam verſus concedit. Hinc in Eſſexiam & Sudeſexiam impetu facto, utramque ſuis ſubjecit legibus. Cantium deinde & Sudhamthoniam, aliaque in vicino loca, eodem adegit &c. Ethelredus, intellecta ſuorum ſtrage, miſit, qui cenſum, & commeatum promitterent. Poſita tunc erant juxta Sudhamtoniam Danorum hibernacula. Atque ibi dum agunt, Veſtſaxia ceterique fere Anglorum tota Britannia, quod erat pactum conventum, detulere ſtipendium. Idque fuiſſe librarum circiter ſedecim millium chronologi referunt. Agebat in comitatu Regis Svenonis Anſlavus, ſive Olaus potius, Norvagiæ princeps &c. &c. Sveno non diu moratus ad ſua abiit. Claſſem interea omniaque præſidia idoneis locis relinquens &c. Horum dum aliqui ad Normannos Galliæ hoſtiliter procinctum moviſſent, Ethelredus Rex, Cumbris vaſtatis, Monam inſulam vi occupat. Alii non hoſtiliter, ſed amice profectos ad Normannos volunt, ut nimirum veterem neceſſitudinem, & cum poſteris Rollonis, conſanguineis & popularibus ſuis, amicitiam inſtaurarent. Inter hos fuiſſe Olaum, qui poſtea Norvagiæ Rex, inter Divos relatus eſt, ſunt, qui exiſtimant. Et eſſe fortaſſe eundem, qui ſupra Comes Svenonis minus recte Anslavus eſt nominatus, haud abs re nonnemo ſuſpicetur. Hæc ad annum fere Chriſti milleſimum referuntur a Chronologis. *Et multis interjectis.* Mox ab eorum, quos diximus, plerisque, ubi e Galliæ Normannia in Angliam eſſent reverſi, obſidium continuo Exſonienſis oppidi tentatum eſt &c. Vectam inſulam claſſis ſuæ perfugium & velut aſylum habebant.

Eſſexia, Sudſexia.

Cantium, & Sudhamthonia ſubact.

Solutio Danegeldi.

Olaus Trygvinus.

Præſidia Danica in Angl. relicta.

Conſanguinitas Danor. cum Normannis Galliæ.

Olaus Trygv.

Exſonia a præſidiis Dan. obſeſſa.

Expe-

Expeditiones quoque & procinctus inde, ut plurimum, moti. Dorſetania itaque & Suthamthonia, omnisque ille, qui Vectæ objicitur, maritimus inſulæ tractus, partim in poteſtatem redactus, partim igne ferroque vaſtatus eſt. Ethelredus Rex, ut pace potiretur, cum armis non poſſet, pecunia evicit. Solutaque tunc conſtat quatuor & viginta librarum millia. Hoc lutro depoſito, ille jam omnium quaſi ſecurus, ducta etiam in conjugem Richardi Primi Normanniæ Ducis filia, Emma, liberius coepit agere. Quin & nefarium iniit conſilium, clanculumque mandavit, ut quicquid ſupereſſet in Anglia Danici nominis, illi, ſive viri ſive fœminæ eſſent, ætatis quoque aut ſexus nullo habito diſcrimine, una nocte tollerentur. Tradunt annales hujus tragoediæ prologum acturum ipſum Ethelredum, Danorum Duces Oxoniam ad colloquium pellectos, perfide interfeciſſe, reliquorum magnam multitudinem Frideſnidæ, ejusque munimenti patrocinio ſe concredentem, una cum ſumma Eccleſiæ turri, qua ſe tuebantur, concremaſſe. Et autor eſt Gulielmus Gemmeticenſis, ut ejus verbis utar, Danos unanimi concordia per omne regnum agentes, ſubito furore perimi juſſos, mulieres alvotenus terræ eſſe defoſſas, & concitatis ferociſſimis canibus, mamillas ab earum pectoribus divulſas, puerosque lactentes ad poſtes ædium alliſos, nullis criminum exiſtentibus cauſis. At ille, perpetrato hoc facinore, evulgari nomenque præberi mox fecit, quaſi detecta conjuratione, regnum prodere, & ad populares ſuos transferre, conſilia agitaſſent. Verum Ethelredus, qui iſta ſangvinis effuſione Danicum incendium ſe reſtincturum exiſtimabat, id potius effecit, ut in multo majorem magisque exitialem flammam exarſerit. Sveno enim hac ſuorum laniena (in

Dorſetania &c. ſubact.

Solutio Danegeldi ingens.

Laniena Danor. horribilis.

Duces Danor. Oxoniæ circumventi.

Dani in Angl. pacate degunt.

Immanitas inaudita.

Dani immerentes.

Ficta Danor. Conjuratio.

Cauſa præcipua furoris Sven. in Angl.

Gunilda Soror Svenonis decollata.

(in qua & ſoror ejus Gunilda, Palingo Comiti nupta, quæ & pacis ſæpenumero inter Anglos & Danos ſequeſtra fuerat, capitis ſupplicio affecta) irritatus, numeroſo cum exercitu Angliam iterato invadit. Primoque ſtatim ingreſſu Exencaſtriam ſuæ poteſtatis fecit, adminiculante limitis Comite Hugone Normanno, quem Domnaniæ præfecerat Regina Emma. Hic rebus Danorum ſtudens, recluſis oppidi portis, Svenonem admiſerat. Admiſſus deſtruxit moenia valloſque &c. Oram deinde univerſam Viltonienſis provinciæ plurimum diuque infeſtam habuit &c. &c. Erat tum totius Angliæ orientalis Dux Ullſchetillus &c. &c. Ullſchetillus ad claſſem (*ſc. Svenonis*) invadendam nonnullos ex ſuis demittit. Sed hi, cum re infecta, aut parum feliciter tentata, eſſent reverſi, ipſe collectis copiis in hoſtem movit, datoque claſſico, adeo ab utraque parte immaniter ac diu dimicatum, ut ex Danica nobilitate plurimos, ex Anglis vero univerſos pene, acies abſumpſerit. Nec illo fuiſſe acriorem inter utramque gentem conflictum, Danorum ipſorum confeſſione proditum. Anno deinde milleſimo ac quinto, maxima annonæ charitas, univerſam inſulam afflixit. Tum evocatus ad regni negotia Sveno, domum cum paucis maturat, ſed expeditis quam celerrime regni rebus, ad deſtinata mox revolat. Immiſſaque Sandvico claſſe, miles, qui in terram expoſitus, obvia quæcunque habuit, cæde atque incendio complevit &c. &c. &c. Ethelredus, quod unum dabatur, tributum denuo offert, idque ea viciſſim lege, ſi a direptionibus temperaturos ſe promitterent. Illi ut prius, prolixe omnia polliciti, librarum tunc acceperunt triginta ſex millium pondo. Et reſpirare aliquantulum jam Anglia coeperat &c. cum ecce, ſub annum milleſimum ſeptim.

Sveno rurſus in Angl. movit.

Exencaſtria ſubacta.

Hugonis Normanni in Danos ſtudium.

Strages Nobilitat. Dan. Victoria Danor.

Acerrimus, qui Danis unquam cum Anglis intercesſit, conflictus.

Sveno Angl. repetit.

Tributum ingens Danis ſolutum.

Dani-

Danicus Comes Torchillus, quem aliquot inſtructum prætoriis navibus, ſubſecutus continuo eſt Hemmingus & Eigenulphus, ſuæ quisque claſſi præfectus, inſulæ appropinquant. Hi in unum junctis viribus, Sandvici portum intrant, ibique facta in terram exſcenſione, Cantuariorum oppidum adeunt, hoſtilia minantes, niſi imperata facerent. Illi cum obſiſtere non auderent, confeſtim, ut ſibi ac ſuis parceretur, librarum tria millia promittunt, penduntque. His acceptis, Vectam verſus progreſſi, maritimam nihilomius Suthamthoniæ Suthſexiæque oram depopulari, omniaque flammis exurere, inſiſtunt. Rex Ethelredus videns, exactionibus ac tributis exhauriri cives, hoſtiumque animos efferari potius, quam mitigari, iraque atque indignatione identidem ſuccenſus, univerſam Anglorum gentem in arma rapit. Quibus & ſua junxiſſe tum auxilia Scotos, fruſtra diſſvadente ac hoſtilia comminante, ſi id facerent, Svenone, annales ipſorum indicio ſunt. Hisque præſidiis, cum paſſim provincias ac loca, quæ erant mari vicina, Ethelredus communiſſet, magna vi, magnisque animis irrumpenti hoſti manipulos ſuos objicit. Dani nihilominus, capta occaſione ac tempore, prædas agere, proque locorum ſitu, irruptiones tentare haudquaquam deſinebant. Cumque aliquando longius a litore ad interiora penetraſſent, onuſtisque ingenti præda reverti ad naves difficulter concederetur, quod itinera, quæ ad mare & claſſem ducebant, Rex undique milite ſepſiſſet, unum tunc illis ſaluti fuit; Dux enim Edricus Streona, qui Adgitham Regis filiam ſibi connubio ſociarat, ſocero Regi perſvadet, ne teneret abeuntes, aut prælium adverſus deſperabundos committeret. Quo conſilio, aut ut Anglici interpretantur autores, perfidia ducis, erepti, quod dicitur,

Tres Danorum claſſes, Ducibus Torchillo Comite, Hemmingo, & Eigenulpho.

Vectigal a Cantuariis ſolutum.

Univerſa Anglia armata.
Scoti Anglorum auxiliares.

Conſilium Edrici Streonæ Danis proficuum.

Dani ingens ſalutis periculum evadunt.

dicitur, ex orci tum faucibus Dani. Nam ſane, quod Rex decreverat, aut oppreſſi fuiſſent univerſi, aut ingens periculum incurriſſent, ſi hinc Ethelredus, inde Edricus, motis utrimque copiis, medios clauſiſſent. Verum Dani, digreſſis Anglis, ovantes ac multis ditati manubiis, ad claſſem incolumes redierunt. Eoque ſucceſſu animis aucti, ſtatim exinde, flexo Cantii promontorio, Thameſin ſubeunt, atque ibi locatis hibernis, totam Eſſexiam, vicinasque ripæ fluminis provincias, aut armis aut depopulationibus infeſtas faciunt. Londinenſem quoque civitatem ſemel atque iterum aggreſſi, re tamen infecta deſiſtere coacti ſunt. Agebatur jam annus milleſimus ac decimus, cum iterum ad interiora progreſſi, Oxonium vi magna diripiunt, direptumque flammis admotis incendunt. Et mox acceptis opimis ſpoliis, cum intellexiſſent, cogi adverſus ſe Londini exercitum, qui tranſitu prohiberet, continuo cum parte copiarum ripam Thameſis borealem emenſi, juxta locum, qui *Stane* dictus, flumen tranſierunt. Atque ibi in unum denuo collecti, multa cum præda, pervaſtato ſimul Suthregiæ territorio, reditum ad naves paraverunt. Dum etiam in Cantio circa quadrageſimam conſiſtunt, refectis obiter navibus, a Paſchatis mox feſto Angliam orientalem advecti, ac prope Gibiſvicum claſſe egreſſi, Ducem Ullfchetillum, qui ibi tuendo limiti conſederat, expoſitis inopinato in terram copiis, invadunt, dubioque utrimque commiſſo prælio, terga tandem Anglos dare coegerunt. Illisque fugatis, univerſa, qua patet orientalis Anglia, ad imperata conceſſit. Nec multo exinde tempore, ceteræ quoque provinciæ, aut dicto obedientes, aut nutantes redditæ. Præcipue autem Cantuariæ oppidum, accedente defectione Almeari Archidiaconi, miſerum in

Dani ovantes.

Eſſexia infeſtata.

Londinum fruſtra oppugnatum.

Oxonium incenſum.

Victoria Danor. Orientalis Anglia &c. ſubact.

Cantuaria expugnata.

in modum expugnatum, direptum atque exuſtum eſt. Præter alia, quæ in victos vis hoſtilis perpetrat, Archiepiſcopus Alfegus, cum redemtionis pretium, quod erat imperatum, gravaretur perſolvere, a milite trucidatus occubuit. Ceterorum tam civium, quam monaſticorum, cum frequens ac numeroſus intra urbem eſſet populus, ne occidione omnes interirent, novam, nec priſcis notam, aut uſurpatam decimationem inſtituunt. Apud Romanos enim veteres, cum decimarentur legiones, decimus quisque ſupplicio aſſignabatur, reliqui demittebantur liberi. At hi, more & exemplo plane contrario, ſolum decimum quemque, teſtante Vigornienſi, vitæ reſervabant, reliquis, qui ſuperant novem, neci deditis. Unde ex univerſa, qui decimati ſunt, civitate, quatuor tantum & octuaginta ſalvos ac ſoſpites dimiſſos Anglici Annales referunt. Quibus denuo motus Ethelredus, miſſis ad eos ex optimatibus aliquot, ut ab ulteriori provinciarum depopulatione ſuperſederent, etiam atque etiam orat, addens, nec defuturum tributum. Quod uti fuiſſet eo usque liberaliter perſolutum, ita & porro, quodcunque promitteretur, prompte perſolutum iri. Promiſſa tunc autem quadraginta octo librarum millia: Eaque anno proximo, qui fuit milleſimus duodecimus, a Duce Edrico Streona, ceterisque regni primoribus Londini curata, perſolutaque his legibus, ac conditionibus, ut pacem ac ſecuritatem regno incolisque præſtarent, ut arma ad defenſionem pro iisdem, ſi a piratis aut alias invadi hoſtiliter inſulam contingeret, prompte parateque ſuſciperent. Quas & illi conditiones ita acceperunt, ſi viciſſim commeatus & annona a Rege regnoque ſibi præberetur. Quæ cum negata quoque haud eſſent, deceſſit e Thamaſi claſſis,

Alfegus Arch. a Danis occiſus.

Novum decimationis genus a Danis inventum.

Crudelitas Danor.

Angli Danis ſupplices.

Tributum magnum, Danis certa lege ſolutum.

Naves Dan. 45. in uſum Angl. relict.

ſis, relictis in uſum & obſequium Regis navibus quadraginta quinque &c. &c. Anno, qui ſuperiorem ſecutus eſt, milleſimus decimus tertius, cum jam eo Anglorum res deductas Sveno animadverteret, ut ad ignavum redacti ſtipendium, tributo, quod *Danegildum* vulgo vocabant, pacem quotannis cogerentur redimere. Et anno ſuperiori immenſo ære pacatis, qui cum navibus ſuis, duce Torchilſo, Comite Danico, Thameſim erant ingreſſi, ſatis oſtenderint, non niſi ipſorum Danorum armis aut ſtare ſe, aut opprimi poſſe, tum atroci illa, gentis ſuæ ac propriæ ſororis cæde, ac ſupplicio commotus, univerſa bellorum mole in Angliam verſa, infeſtam Sandvico claſſem intulit. Nec ibi diu moratus, ſed Angliam orientalem mox circumvectus, Humbri fluminis oſtium intravit. Inde Trentam ſubiens, ibi vires ſuas explicaturus conſedit. Hinc ſi Gemmeticenſem ſequimur, paucis cum navibus Rothomagum profectus eſt, ut pacem cum Richardo Duce (ſc. II.) conſtitueret. Quem & Richardus regaliter acceptum, benigne apud ſe aliquamdiu detinuit, ac foedus ea lege ac conditionibus utrimque firmatum, ut id per ſuccedentia Danorum Regum (ſunt verba Gemmeticenſis) Normannorumque Ducum, eorumque heredum tempora, firmum maneret; & quæ Dani hoſtibus abſtuliſſent, ea diſtrahenda Normannis, inque portus eorum libere transferrent. Si qui vero eorundem valetudinarii, aut alias vulneribus ſaucii, manum medicam aut ſolatia poſcerent; iis tutum acceſſum & velut lares proprios Normannia concederet. Hæ conditiones, ut ratæ inque perpetuum firmæ manerent, utriusque Sacramento ſignatæ. (*Provide hic Pontanus phraſi iſta dubitativa uſus eſt:* Si Gemmeticenſem ſequimur. *Fidem enim*

Tributum annuum ſ. Danegildum ordinarium.

Sveno 4ta vice in Angl. movit.

Sveno Rothomagum profectus.

Foedus Svenonis cum Richardo II. Normanniæ Duce, in poſteros utrinque propagandum.

*fere*

*ſere ſupergreditur, Richardum, cujus Sororem in matrimonio habebat Ethelredus, tantum cognationi Normanno-Danicæ tribuiſſe, ut hoſtilia Svenonis adverſus Germanæ maritum regnumque Angliæ ſibi arcta adeo affinitate conjunctum, adjuvatum iret molimina, niſi dixeris, prævidiſſe Richardum, eo usque incitatarum jam redactas eſſe Anglorum res, ut omnis generi ſervandi decollaſſet ſpecula, ideoque ſe Svenonem, gliſcente jam potentia metuendum, ſi difficilem inveniſſet, fruſtra tantum irritaturum*) Quibus ex voto peractis, *pergit Pontanus*, confeſtim ad ſuos rediit Sveno. Ac primo omnium Canuto filio claſſis ac oræ maritimæ cuſtodiam demandans, tum ipſe cum robore militum in terram progreſſus, proxima omnia ferro flammisque vaſtavit. Inter primos Northumbri, Lindeſii, Sisburii deditionem fecerunt, præeunte præſertim Northumbrorum principe Uthredo. Hinc ſubſecuta univerſa pene, qua ſpectat Aquilonem, Anglia, tributum & obſides detulit, adjecto præterea fidei Sacramento. A borea ad Auſtrum deinde converſus, pari modo graſſatus eſt &c. Mox Oxonium ubi deventum, levi ſimiliter conamine, & oppidum, & oppidanos ſibi ſubjecit. Hinc Vintoniam tranſiens, eam quoque leges ſuas accipere, civesque ac ſubditos obſequii juramentum præſtare coegit. Totque jam adoreis ac proſperis elatus, Londinum aggredi, & caſtra moenibus admovere properat &c. Primo acceſſu multi ex militibus, dum nec ponti, nec vado inſiſtere curæ habent, flumine abſorpti ſunt. Regi Ethelredo, qui intra civitatem cum Danico Comite Torchillo ſe continebat, id graviter curatum, ut una cum oppidanis moenia urbis adverſus vim hoſtilem viriliter defenderentur; idque cum tanta quoque animoſitate fieret,

Mirus cognationis Normanno Danicæ effectus.

Northumbri Lindeſii, Sisburii deditionem faciunt.

Aquilonaris & auſtralis, Angl. Sacramento Svenoni obſtricta.

Oxonium, & in Vintonia in obſeqv. Svenonis jurant.

Obſidio Londini fruſtranea.

ret,

ret, ut adipiſcendæ civitatis ereptam ſibi ſpem omnem Sveno videret, ſubito motis caſtris, Valingfordam & Bathoniam conceſſit. Ubi, dum exercitum reficit, ſponte ſe obtulit Domnaniæ Comes, Athalmarus, qui obſides & fidem promittens, pacem cum eo pepigit. Hinc ad claſſem & filium Canutum recedens, ab omnibus Angliæ Rex ſalutatus eſt. Cives etiam ac civitas Londinenſis, poſt longas deliberationum moras, miſſis obſidibus, ejus ſe tandem fidei ac poteſtati ſimiliter permiſit. Ethelredus comperiens, undiquaque ſe deſeri &c. miſit confeſtim ad Richardum affinem ſuum, Normanniæ Ducem, Emmam conjugem, cum Alphredo & Eduardo liberis &c. Ethelredus, qui in flumine Thameſi juxta Grenvicum, extremum & unicum refugium, Danicam Torchilli claſſem, magno, ut ante diximus, ære pactam, ad manus & nutum ſuum retinebat, datis ſtatim vento velis, ad inſulam Vectam profectus, ibique paulisper ſubſiſtens, recta ad Galliæ Normannos, ſuumque affinem Richardum delatus eſt. Sveno interea ſub pellibus ſe continens, id inter cetera curabat, ut vicini, omnisque Angliæ populus, qui juſſa atque imperium ſuum eſſent ſecuti, ad perſolvendum, quod erat imperatum, ſtipendium, parati adeſſent. Torchillus quoque claſſi ſuæ, quæ in Thameſi juxta Grenvicum conſiſtebat, quod pactum fuerat, ut tempeſtive redderetur, ſimiliter ſtudio habuit. Hic Torchillus, etiamſi a partibus Ethelredi Regis, ex pacto ac promiſſo, ut ſupra patuit, tum ſtaret, Svenoni tamen, utpote populari ac Regi ſuo fidelior, ei præſertim (quod notat Malmesburienſis) & auctor & adhortator eſſe non deſiit, ut aliud tum agente Ethelredo, Angliæ occupandæ occaſionem haud intermitteret &c. &c.

*Athalmarus Comes Svenoni adſtipulatur.*

*Sveno Rex Angliæ ſalutatur. Londinum Svenoni ſuccumbit.*

*Ethelredus in Normanniam fugit.*

*Tributum Danis redditur.*

Cam-

Camdenus, *in Britannia pag.* 243. Grenovicum, vulgo Groenewich, id eſt, Sinus viridis (fluminis enim ſinus Wic Germanice dicitur) Danicæ claſſis ſtatione, & Danica in Ealphegum, Archiepiſcopum Cantuarienſem, quem anno Chriſti 1011. equiſitis tormentis trucidarunt, immanitate olim notiſſimus.

Ealphegus Archiep. a Danis trucidatus.

*Idem pag.* 207. *de oppido Wallengford.* Incolæ conſtructum a Danis credunt, ego potius a Romanis aliquid hic poſitum, a Saxonibus poſtea & Danis exciſum judicarim: cum Sveno Danus hac populabundus vagaretur &c. *Idem pag. 385. de Cantabrigia.* Poſtea Danicis procellis ſubinde everſa, diu neglecta jacuit &c. *Et poſt nonnulla:* Nec a martis tamen furore, quamvis Muſis ſacrata, omnino libera fuit. Cum enim Dani paſſim latrocinia agitarent, ſæpius hic hibernarunt, & anno Salutis decimo ſupra milleſimum, cum Sveno Danus omnia acerbiſſimo tyrannidis terrore opprimeret, nihil famæ & Muſis donarunt: quod tamen Sullam Athenis feciſſe legimus, ſed totam incendio miſere deformarunt.

Wallengford oppidum, a Danis conditum & exciſum.

Cantabrigia a Danis everſa.

Nulla Muſis a Danis reverentia.

*Hinc de morte & ſepultura Svenonis nonnulla adducenda veniunt teſtimonia:*

Wilhelmus Malmesbur. *de geſt. Reg. Angl. de Svenone, quem Swanum vocat:* Non diu propitia Divinitas in tanta miſeria ſivit fluctuare Angliam, ſiquidem pervaſor continuo ad Purificationem Sanctæ Mariæ, ambiguum qua morte, vitam effudit. Dicitur, quod terram St. Edmundi Regis & Martyris depopulanti, idem Martyr per viſum apparuerit, leniterque de miſeria ſuorum conventum, inſolentiusque reſpondentem, in capite perculerit, quo dolore tactum in proximo obiiſſe. *Eandem fabulam repetit*

Fabella de morte Svenonis.

*idem* Malmesbur. *de geſt. Pontif. Anglor: Libr. 2.* Foſſatum Cnuto Rex præcepit fieri circa monaſterium Sancti Edmundi, patris ſui Swani miſerabili fine edoctus ad bonum. Nam cum ille, tempore Ethelredi, totam Angliam devaſtans, in terra St. Edmundi nihilo refractiores minas anhelaret, (NB. Rogerius de Hoveden *addit, Svenonem blaſpheme dixiſſe, quod nihil ſanctitatis habuiſſet Edmundus*) a Martyre leviter admonitum per ſomnium ferunt, ſed barbarica ineptia durius reſpondentem, Conto percuſſit, & exanimavit. Tantum moræ in medio, quod excuſſus ſopore authorem, & modum mortis aſtantibus patefecerit. Confabulationes enim altercantium, & ſonum ictus cuſtodes corporis mirum in modum audierant. Sciebat hæc Cnuto, ideoque nihil non effecit, ut Sancto blandiretur. Andreas Vellejus *in Hiſtoria vernacula Svenonis barbæ furcatæ pag. 202.*

Blaſphemia Svenonis in S. Edmund.

Nogle ſige, at Kong Svend ſkulde et Fierding Aars Tid effter at hand hafde tvungen Engelland under ſig være hendød og begraven i den nafnkundige Stad Eborack. Vore egne gamle Danſke Skraaer give tilkiende, at hand er død i Engelland og hans Liig er hiemført til Dannemarck og med ſtoer Herlighed og Pragt begravet i Roeskilde. Dette ſætter jeg ſaa at være ſteed udi Sandhed, beſynderligen efftersdi jeg finder at den widt berømte og høylærde Mand Ditmar, Biſkop af Mersborg hiſt. lib. 7. pag. 94. ſkriver udtrykkelig, at Kong Svends Legem er flytt fra Engelland ved Danſk Folck, udi Synderlighed, at en fiine Adels Qvinde haver taget ſig det an, at beſkikke detmed aldting hæderligen, ſaa Kong Edelraad, ſom ſtrax faldt ind i Landet, ikke har funden det, der hand

Svenonem Eboraci ſepultum volunt nonnulli.

Funus Svenonis Roſchildiam translatum.

hand ſøgte at optage det, og hefne ſig paa den døde. Fabulam de morte Svenonis etiam tangit Vellejus, ſed paulo aliter. pag. 201. Og ſom hand ſkulde have berøvet Bure Cloſter, i hvilcket den hell. Martyrs Kong Edmunds Liig var begravet og ſad i ſin gladeſte Maade, da ſkulde ſamme Kong Edmunds Knif, ſom hand var vant daglig at bære, kommen af Lufften og giordt ham ſit Bane ſaar. Vergilius Polydorus og andre ſandfærdige Hiſtorie-Skrivere holder ſligt for Muncke-Fabel.

Monaſt. Burienſe a Svenone direptum.

Rogerius ab Hoveden: Svenus Danorum Rex Angliam invaſit, & obtinuit, non multo poſt moritur, & in Daciam fertur tumulandus. Codex Flategenſis, *vertente Torfæo:* Rex Svenus in Anglia fato functus eſt, funus ejus Dani in Daniam deportarunt, Roſchildæque apud patrem ſepeliverunt, Knuto tum decem annos agente. Pontanus *l. c. p. 145.* Tradunt præterea (*ſcriptores Anglici*) Coenob. Burienſe, in quo Edmundi Reg. & Mart. corpus ſepultum jacebat, diripuiſſe, ac paulo poſt inter ſuos, de Regno adepto exultantem, velut pugionis ſuperne demiſſi ictu confoſſum, in terram corruiſſe, ac voce elata proclamaſſe, manus ſibi ac mortem inferri, nullis tamen ex iis, qui aderant, percuſſorem uſpiam cernentibus. Saxo ab his haud parum divertens, nec de expeditionibus ejus Anglicanis exacta referens, Angliam tamen ab eo devictam obiter dicit, & mox ſenilis animæ laboribus feſſum, & ab omni humana perturbatione vacuum, ſoliſque operantem Divinis ad vitam meliorem deceſſiſſe &c. Sunt, qui ſepultum Eboraci, alii ex Anglia in Daniam reductum funus volunt, & mortem ejus incidiſſe in annum MXII. cum alii in ann. MXIV. rejiciant &c. &c. Quamvis Emmæ Reginæ

Diſſenſus Saxonis ab Anglicis ſcriptor.

Elogia Svenonis.

Encomiaſtes omnia de eo magnifica memoret, cum ſcilicet, domitis Anglis, exiguo quidem ſupervixiſſe tempore, ſed ſumma cum gloria. Et mox præſentiſcentem vitæ finem, advocaſſe Canutum filium, atque ei multa de regnorum gubernatione, multaque de Chriſtianitatis ſtudio coram commonuiſſe, hoc addito veluti ultimo voto, ut quandocunque in patriam reditum inſtitueret, eodem quoque paterna oſſa deportari curaret. Quod ſcilicet haud ignoraret, ſe in Anglia terra alienigenam, & populum, quem ſubjugarat, ipſi aliquando minus futurum propitium. Memorat hinc idem Encomiaſtes, id quoque diligenter curatum: Et corpus mox ejus aromatibus ſuffuſum, a quadam Anglicarum matronarum magna cum cura in Daniam navigio delatum, atque ibi in monaſterio S. Trinitatis, ab ipſo quondam Roſchildiæ exſtructo, præſentibus filio, & regni primoribus, honorifice tumulatum. Operæ pretium erit, verba etiam alia Encomiaſtæ, quatenus ea Regem Svenonem tangunt, hic proxime ſubjicere, & præcipue, quia autor is eſt eorum temporum, quique de rebus ſui ſeculi loquitur. Initio igitur Laudationis, quam de Emma inſtituit, Svenonis ſtatim mentionem injicit, utpote patris Canuti Regis, cui Emma nupſerat: Eumque a natalium regii ſtemmatis vetuſtate, a moribus, & manſuetudine, tum & charitate, qua eum cuncti, & præſertim miles complectebatur, dilaudans, tandem & odii inter eum & parentem Haraldum occaſiones recenſens, cuncta quæ ad Svenonem in partem benigniorem rejicit, in modum ut ſequitur:

Monita Svenonis morientis filio Canuto data.

Sepelitur in Monaſt S. Trinit. Roeſkildiæ

Sveno omnium ſui temp. Reg. fortunatiſſimus.

Regem Danorum Sveinum, veridica comperi relatione, omnium ſui temporis Regum ferme fortunatiſſimum extitiſſe, adeo ut (quod raro contigit) principiis felicibus ſecundum Deum & ſeculum multo felicior

licior reſponderet exitus. Hic denique a nobiliſſimis, quod primum eſt inter homines, duxit originem, magnumque ſibi decus ſecundum ſeculum peperit imperii, quod adminiſtrabat, regimen. Tantam deinde illi gratiam divina conceſſit virtus, ut etiam puerulus intimo affectu diligeretur ab omnibus: tantum patri proprio inviſus, nulla hoc promerente puerili culpa, ſed ſola turbante invidia. Qui factus juvenis, in amore quotidie creſcebat populi, unde magis magisque invidia augebatur patri &c. &c. *Et tandem* Rex videns populum innumerabilem voce præconiaria juſſit ſuam patefieri voluntatem, ſe velle ſcilicet claſſem adverſum Anglos armare, ditionique ſuæ omnem hanc patriam ferro dolisque ſubjicere, quod ubi omnibus viſum eſſet laudabile, elegit primum, qui regnum ſuum deberent cuſtodire, ne dum alienum incaute appeteret, illud, quod ſecurus tenebat, amitteret, & intentus in utroque, neutri imperaret. Habebat enim filios duos bonæ indolis, ex quibus primogenitum ſuo junxit comitatui, natu vero minorem præfecit univerſo dominatui, adjuncta ei copia militari, paucisque primatum, qui puerulum ſagaciter inſtituerent, & qui huic conſiliis armisque pro muro eſſent &c.

§. 4. *Devolvimur jam ad Canutum, cui rerum geſtarum magnitudo Magni cognomen impoſuit.* Geſta ac Imp. Can. Magni in Angl.

Codex Flategenſis, *vertente* Torfæo *Hiſtor. Norv. Part. 2. pag. 16. poſt enarratam Thingamannorum ſeu præſidiariorum in Anglia Danicorum lanienam, nobis ſuperius relatam.* Compendium rerum a Canuto M. in Angl. geſtar. ex Codd. Flategens.

Deinde Edmundus in Anglia Rex creatus eſt, novemque menſes imperabat. Interea quinquies col-

latis ſignis, cum Knuto Sveni filio pugnavit. Alrecus, quem alii Eiricum Strionam (Edricum Streonam intelligit) appellant, Edmundum enutriverat. Thorkelis Proceri id temporis in Dania maxima autoritas fuit: Vere, quod proxime Thingamannorum ſtragem ſequebatur, in Dania Comitia habebantur. Eyliſus ad ulciſcendos Thingamannos omnes vehementer hortabatur. Thorkell autem, reſpondit: Teneræ ætatis Regem quidem habemus, absque tamen ejus autoritate bella gerere non oportet: poſt triennium autem neque animum, vel vires, vel etiam copias eum defectura ſpero. Eyliſus ad hæc reſpondit: Dubitandum ejus rei recordationem poſt triennium ſubituram, quæ recens vileſcit, neminemque movet. Exinde Eyliſus Conſtantinopolim profectus, Væringis præficiebatur, ubi etiam ad extremum prælio cæſus eſt. Poſt elapſum triennium, Knutus, Thorkell Procerus, & Eiricus (Norvegiæ Comitem intelligit) octingentarum navium claſſe in Angliam transfretarunt, triginta Thorkell Procerus duxit, Ulfkelemque Snillingum occidit, atque ita fratrem ſuum Hemmingum ultus eſt, duxitque uxorem ejus Ulfhildem, Adalradi (ſeu Ethelredi) Regis filiam. Cum Ulfkele (ſeu Ulfketillo) quotquot ſexaginta navium claſſem illo duce propugnabant, ad unum omnes occiſi ſunt: Knutus autem Rex Londinum expugnabat. Thorkell litora Angliæ claſſe prætervectus, Emmam Reginam, unica nave vectam nactus, ad Regem Knutum ducebat, hortatus ut in uxorem adſciſceret. Eam igitur matrimonio ſibi junxit. Sequenti hyeme prolem peperit. Haraldum vocitabant imputatum Knuto filium. Horda-Knutus eorum filius fuit. Svenus etiam Knuti ex Alfiva filius fuit. Gunnhildis vocabatur

De Thingmannor. laniena vid. ſup. Sect. 2. §. 3.

Eyliſus ultionem Thingmannorum urget.

Eyliſus Danus Conſtantinopolim abit, factus Varingarum ſ. Imperatorii Corp. Cuſtod. Præfectus.

Expeditio Canuti M. in Angl.

Ulfketillus cum ſuis occiſus.

Thorkillus Comes Dan. ducit Ulfhilden filiam Ethelredi Regis.

Londinum expugnatum.

Canutus duxit Emmam Ethelredi Viduam.

batur Knuti filia, eam duxit Henricus Cæſar, Conradi filius, qui Knutum Romam deducebat. Poſt longi temporis intervallum, Knutus convivio a Thorkele Procero exceptus, Ulfhildem vidit, indignatusque ſibi in fæminarum electione impoſuiſſe, occidi fecit. Knutus & Edmundus aliquoties pugnabant, poſtea tum Dani, tum Angli, ut pacem facerent, utrinque orarunt, & exorarunt conſenſum, ut qui alteri ſuperviveret, terram utriusque teneret. Menſe peracto, Edmundus a nutritio ſuo Alrecas Streone occiſus eſt. Exinde Knutus, univerſam Angliam adeptus, viginti quatuor hyemes rexit.

Comes Torchillus ob præreptam Regi Ulfhildem occiſus.

Foedus inter Canut. & Edmund. & poſterioris cædes.

*De Anglicorum Scriptorum ab his diſſenſu agit* Torfæus *ſubſequenti Capite XI.*

Pontanus *Libr. V. pag.* 147. Angli, intellecto Svenonis obitu, nihil habuere antiquius, quam ut Ethelredus, a Svenone paternis ditionibus in Normanniam, olim Neuſtriam dictam pulſus, regno quamprimum redderetur. Itaque de proximo Galliarum littore præmiſſus in Angliam Eduardus, filius ejus natu major, animos & vota ſingulorum præſens explorat, omniaque ſecunda cognoſcens, ac magna uſus celeritate, ad patrem continuo regreditur, ſingula tuta nuncians. Ethelredus tam læto accepto nuncio, in ſpem bonam erectus, ſtatuit fortunæ aleam jacere, acceptisque cum a Richardo Normanniæ Duce affine ſuo, auxiliaribus copiis, tum fide ſuorum fretus, præpropere in Angliam enavigavit. Angli adventu illius majorem in modum lætati, Regem eum confeſtim ſalutant. Et Canutus quidem, etiamſi in Anglia tum adhuc claſſem validiſſimam, obſidesque patri traditos retineret, tempori tamen cedens, nec univerſum ſuorum robur inter initia rerum periclitandum ratus,

Ethelredus in regnum revocatus.

Canutus tempori cedit.

diſſimulandum tum potius, quam omittendam regni recuperationem, ad alia ſcilicet prævertens, conſultius judicavit. Itaque relicta Anglia, ante omnia in Daniam, ad res ejus diſponendas, digreſſus eſt. Referunt chronologi, priusquam Anglia excederet, ubi accepiſſet, ſe præterito, Regem ab Anglis pronunciatum Ethelredum, tumultuariam ad ulciſcendum ſe manum paraſſe, ſed ab Ethelredo præventum, ac tota Lindeſia, indigenis ſevere prius multatis, ac trucidatis, fuiſſe profligatum. Indeque ad claſſem, quæ in portu Sandvicenſi ſtabat, cum ira & minis de reditu ſuo, digreſſum, ac obſides quoscunque regni habebat, miſerum in modum ora mutilatos in terram remiſiſſe, atque ita datis vento velis domum feſtinaſſe &c. &c. Numerabatur eo tempore annus Chriſti milleſimus & decimus quartus, quo & varia apud Anglos animadverſa prodigia, quæ regni mutationem ſolent portendere. Inter cetera Oceanus præcipue fuit, qui ſine ulla evidenti cauſa eo altitudinis exſurrexit, ut pagos, multosque mortales abſorpſerit. Ethelredus interea otio potius, quam ulli honeſtæ rei, deditus, nec de exercitu conſcribendo, nec bello gerendo, quæ opus eſſent, curæ magnopere habuit. Unum vel maxime viſus agere, quod ipſi tandem in perniciem, vertit. Nam Danos, quicunque in inſula lares ſuos, liberosque ex Anglicanis conjugibus ſuſceptos habebant, ita oppreſſit, ut plurimi paſſim capti, alii per varios cruciatus miſere necati interierint, interque eos Sigefredus, & Morgandus Danorum nobiliſſimi, qui ab Edrico Streona, homine doloſo, apud Regem falſi criminis inſimulati. Cui ſceleri & aliud acceſſit. Nam uxor Sigefridi, quæ inter captivos habebatur, mulier, ut forma elegantiſſima, ita ſingulari pudicitia, poſtquam ab Edmundo, filio

*Daniam repetit.*

*Reditum minatur.*

*Prodigia in Anglia.*

*Dani in Angl. oppreſſi.*

*Sigefridus & Morgandus Nobiles Dani occiſi.*

*Uxor Sigefridi ab Edmundo ſtuprata & ducta.*

filio Regis, eſſet ſtuprata, ab eodem, poſt necem mariti, in matrimonium aſſumpta eſt. Quæ omnia, ut Canuto rumore famæ nunciata ſunt, ita illius animum haud leviter irritarunt. Et oportune eodem tempore Danicus Comes Torchillus, qui, ut ſupra memoratum, relicta in Anglia claſſis ſuæ parte, qualecunque cum Ethelredo pactum inierat, cum navibus novem in Daniam advenit. Nec injuſſus exire in littus auſus, utpote, qui Rege inconſulto, in Anglia ſe remanſiſſe non ignorabat, præmiſit, qui portus ſubeundi veniam poſtularent. Quo conceſſo, cum gratiam ac benevolentiam Regis ſummo cum ſtudio emeruiſſet, dato confeſtim ſacramento, obſequium ei atque officia ſua deinceps obtulit, adhortatus ſimul, ut ſine mora Angliam repeteret, eſſe ibi ac præſtolari ejus adventum valido cum milite triginta navium ſuarum claſſem, notos utrique, ac patere jam regni aditus ſinuumque anfractus, tantum rem alacriter aggrederetur &c. Itaque rebus, quantum licuit, domi cum fratre Haraldo diſpoſitis, tum & inito cum Sueonum Rege Olavo, uterino ſibi fratre, nec non Olavo, Norvagiæ Rege, fœdere, confeſtim in Angliam ad cauſam ſuorum vindicandam, cum claſſe, quæ ſufficere viſa, mille, ut habet Adamus Bremenſis, navium, ſub annum milleſimum decimum quintum, occupato Sandvici portu, rediit. Autor, qui Emmam Reginam encomio, quod inter hiſtoriæ Normannicæ ſcripta habetur, eo ævo celebravit, præcipue ducentarum navium mentionem injiciens: eas omni telorum ac commeatuum genere, tum & viris ac milite longe inſtructiſſimas fuiſſe refert, tantumque fulgoris arma & apparatum eminus intuentibus objeciſſe, ut igneæ potius, quam ligneæ, viderentur. Puppesque leones inaurates

Torchillus Comes Canuto obſequium jurat.

Canutus M. in Angl. movet.

Claſſis Canutinæ magnificentia.

Veſtigia artificum ſub id ævi in Dania.

ratos terribili ſpecie, alias humanis vultibus e metallo ſimulachra oſtentaſſe, & alias viciſſim radiantibus cornibus, tauros effigiatos draconesque exhibuiſſe, obrizo inardentes, omnesque velis habiles ac remiscitas, tum & auctas alacritate militum ac legionum, quas vehebant, in ſpeciem ac terrorem. Hic primo Canutus relictis, qui navibus eſſent præſidio, populabundus Cantium invadit.

Prærogativa Cantiæ ob antiquam adverſus Danos fortitudinem.

(NB. *Hic inſerere libet verba* Joannis Sarisburienſis *in ſuo Polycratio.* Ob egregiæ, *inquit*, virtutis meritum, quam potenter & patienter contra Danos exercuit Cantia noſtra, primæ cohortis honorem, & primos congreſſus hoſtium, usque in hodiernum diem in omnibus præliis obtinet.) Inde ad Saxones (*pergit Pontanus*) occiduos copias vertens, ferro omnia flammisque involvit. Præ ceteris eminebat Torchillus, qui fidem ſuam Canuto probaturus, expedita cum manu in terram progreſſus, prope locum, qui Scoraſtan dictus, hoſtem invaſit. Qui cum numero & vi majore, quam Torchillus eſſet, tanta ſtrage Danos affecit, ut jam de fuga cogitarent, niſi Ducis alloquium fugibundos ſtitiſſet. Ille enim declarans, evadendi locum non dari, urgente præſertim a tergo hoſte, & navibus quam longiſſime a littore ſtantibus, vincendum eſſe aut occumbendum oſtendebat. Unde animoſiores facti, inque hoſtem de novo ducentes, pulcherrimam victoriam maximaque ad ſuos ſpolia retulerunt. Quod primum adoreæ decus Torchillus promeritus, haud leve momentum occupatæ deinceps Britanniæ attulit. Et ejus exemplo exciti alii, & inter primos Norvagorum princeps Ericus, vir armis ſtrenuus, qui accepta a Rege laceſſendi hoſtem copia, cum aliquot ſuorum manipulis excurſionem inſtituit, ac paſſim dire-

Prælium ad Scoraſtan.

Strages Danor.

Fortitudo Ducis Danici Torchilli.

Victoria Dan.

direptis atque incenſis vicis, cum præda opima, ac multis captivis ad claſſem rediit. Decumbebat id temporis æger Ethelredus, itaque Edmundum filium, de exercitu cogendo, inque hoſtem ducendo, ſolicitat. Erat Edmundus cum animi tum corporis viribus ferox, unde & ferreum latus (Iernſide eſt in Wilhelmo Malmesburienſi) vulgo nominabatur. Eum Ethelredus non ex Emma, ſed alia conjuge Ethelgina, ignobili genere orta, ſuſceperat. Ipſe igitur exploratis hoſtium itineribus, quam maximas poteſt, copias parat, id præcipue animo volvens, ut præventis ex occulto Danis, inopinantes ac derepente opprimeret. Erat ei conſiliorum omnium ac belli ſocius Edricus Streona, vir callidi magis quam recti animi, & qui Edmundum, quamvis ſana volentem, perpetuo dehortatus, alioque abducens, id nimirum ſpectabat, ut eo ſubverſo, ipſe aut domi aut apud hoſtem clarus potensque haberetur. Ac tandem cum multa ſed fruſtra tentaſſet, poſtremo haud amplius diſſimulandum ratus, Canuto palam ſacramentum dixit. Quo factum, ut ingens inſulanorum multitudo idem exemplum ſecuta, ultro datis obſidibus, in fœdus ac pacta Danorum conſenſerit. Soli Mercii cum Anglis perſiſtentes declarabant, ſe nequaquam defecturos, modo ducem haberent. Inter hæc Ethelredus morbo paulisper levatus, videbatur in hoſtem ipſe ducturus, ſed accepto adverſæ rei nuncio, deflexit Londinum. Ubi cum gravius ſolito malum invaleſceret, Edmundus magno animo rem agens, optimum factu arbitratus eſt, ſi omiſſo hoſte, urbes, quæ metu defecerant, aut vi aut arte recuperaret. Unde & loca nonnulla, duce Utredo, Northumbriæ Comite, aggreſſus ſubito cepit, alia, poſtquam expugnaſſet, ſolo

*Edmundus ferreum latus exercitui Anglico præficitur.*

*Perfidia Edrici Streonæ.*

*Edrici exemplo plurimi ad Canutum deficiunt.*

*Merciorum conſtantia.*

lo æquavit. In eos quoque, qui ſtudio deſciverant, animadvertens id obtinuit, ut ceteri ſupplicii metu deterriti, in officio permanerent. Canutus intellecto conſilium id hoſtis ſibi ſummopere detrimento futurum &c. continuo copiarum partem in Northumbriam transfert &c. Nec fefellit ſpes Canutum, Utredus enim, accepto injuriæ ſibi illatæ nuncio, præpropere in Northumbriam ad ſua revolavit. Et licet fortiſſime aliquamdiu reſtiterit, ad ultimum tamen, vi majore ſuperatus, cum tota Northumbria Canuto ſe dedidit &c. &c. Ethelredus inter hæc, qui annus fuit milleſimus decimus ſextus, morbo pariter ac mœrore contabeſcens, vita exceſſit, cum annum circiter ætat. quadrageſ. octav. compleviſſet, quod & indicat ejus in æde Paulina epicedium ac tumulus, quæ hodieque adhuc apud Weſtmonaſterienſes ſervari inviolata Londini conſtat. Eſt autem illud ejusmodi, ſeculi ſui genium referens:

*Sagacitas Canuti.*

*Utredus Northumbriæ Comes, cum tota Northumbr. Canuto ſuccumbit.*

*Ethelredus moritur.*

*Epitaphium Ethelredi.*

IN ISTO TVMVLO JACET ETHELREDVS, QVONDAM REX ANGLIAE DE GENERE SAXONICO, FILIVS REGIS EDGARI, DICTI PACIFICI, ET PATER SANCTI EDVARDI REGIS ET CONFESSORIS. FVIT ETIAM PATER EDMVNDI REGIS. POSTQVAM AVTEM REGNAVERAT ANNOS XXXVIII. IN MAGNA TRIBVLATIONE DANORVM OBIIT XXIII. DIE MENSIS APRILIS, ANNO DOMINI MXVI, AETATIS SVAE XLVIII. ET HIC SEPVLTVRAM PROMERVIT. &c.

*Canutus M. a plerisque Rex Angl. declaratur.*

Poſt obitum Ethelredi, potiſſima regni pars unanimi conſenſu ſceptrum Canuto detulit, ſolis Londinen-

dinenſibus, præter paucos alios, Edmundo adhærentibus. At Emmæ Encomiaſtes refert, defuncto ac ſepulturæ mandato Ethelredo, cives Londinenſes, miſſis ad Canutum nuntiis, ei obſequium pollicitos, & Canutum quoque firmato cum iis fœdere, urbem ingreſſum, ſed cum animadverteret, exercitum Ethelredi Edmundo adhærere, & oppido jam ante egreſſum, de vi majore conſilia agitare, tum & dubitaret de fide civium, ceſſiſſe ad tempus, & aſcenſis navibus inſulam Scepei dictam petiiſſe, atque ibi in hibernis conſtituta claſſe, rei eventum expectaſſe. Edmundum autem, regrediente Canuto, magna cum manu Londinum, volentibus civibus, intraſſe, ac mox ſingulare ei certamen detuliſſe, ſed Canutum reſponſum dediſſe, ut qui hic hiemali die duellum expeteret, videret, ne ſub æſtatem, & tempore commodiori id detrectaret. Canutus itaque, coactis exinde copiis, Londinum petit, & mox ſubvecta eodem per Thameſin flumen claſſe, urbem obſidione circumdat. Londinenſes, quibus de commeatu & annona ſatis erat proſpectum, tum & armis, & viris muniti, obſidionem, licet arctiſſimam, animoſe tolerarunt, tentatis fere indies novis irruptionibus, dum tandem feſtinante Canuto cum Edmundo confligere, obſeſſis nonnihil quietis ac pauſæ conceſſum. Edmundus autem, qui ad pagum Andoveram, prope Sarisberiam, caſtra locaret, ubi ſigna Danorum efferri animadvertit, ſe quoque certamini accingit. Inde ab hora tertia ad noctem fere uſque extractum prælium, cum in neutram adhuc partem inclinata acies conſiſteret. Quod animadvertens Edricus, prælio egreſſus eſt, ac tumulo conſcenſo, gladium cruore manantem vibrans, tali voce perclamavit: *Fugite Angli, fugite, Edmundus extinctus eſt.* Habent

Londinenſes obſequium Canuto polliciti.

Canutus Londin. ingreditur, mox inde regreſſus.

Edmundus Londinum intrat & Canut. ad duellum provocat.

Canutus Londinum obſidet.

Londinenſes ſe ſtrenue defendunt.

Prælium acre.

Strategema.

Habent annales Anglici, idiomate gentis in hæc fere verba id ipſum prolatum: *Flet Engle, flet Engle, ded is Edmund.* Alii volunt, caput gregarii militis cervice reciſum, pro capite Edmundi oſtentatum, atque eo veluti panico terrore commotum exercitum de fuga cogitaſſe, niſi dolus extemplo omnibus innotuiſſet. Itaque Anglus ea indignatione magis magisque commotus, tanto poſt id impetu in hoſtem prorupit, ut eum loco primum moverit, atque inde in fugam conjecerit. Canutus commiſſo prælio, ad urbem propius movens, aciem de novo inſtruxit, factaque tum pugna atrox recentibus animis corporibusque, quam æquo utrimque Marte diu commiſſam nox tandem diremit. Similiter & aliquot deinceps diebus dimicatum, donec ultra viginti hominum millia utrinque deſiderata. Poſthæc Canutus circa Roceſtriam dies aliquot moratus, partim ut majorem exercitum faceret, partim ut hoſtium conſilia per exploratores intelligeret. Quod & facili negotio obtinuit. Nam Edmundus haud patiens moræ, iterum fortunæ aleam tentare auſus, caſtra ſua Danorum caſtris quam proxime locavit. Priusquam vero committeretur acies, alloquitur militem, monetque, ut memor tot antea commiſſorum præliorum, fortiter in adverſum iret, quo tandem aliquando tantis laboribus optatus finis imponeretur. Canutus itidem, qui ſuos in dies horasque eſſe paratos juſſerat, alacris ex adverſo in arenam deſcendit. Pugnatum eſt amplius horis quatuor, cum cadere Dani cœperint. Quod ubi vidit Canutus, equitem in primam aciem ire juſſit. Sed dum alii trepidi cedunt, alii ſegniter ſubeunt, turbata eſt acies, & fuga ſecuta omnium. Multi nihilominus ex Anglis cæſi, quamvis major Danorum ſtrages fuerit.

Dani fugati.

Prælium a Danis iteratum.

Strages utrimque ingens.

Oratio Edmundi ad milites.

Prælium.

Victoria Anglorum.

Multi Anglor. cæſi, ſed plures Dani.

Cla-

Clariſſimus Cambdenus, Brentfordiæ ſitum commemorans, ait, ad ejus amniculum, qui & urbi nomen dederit, Edmundum Danos, quos a Londini obſidione gradum referre coëgerat, ita adortum, ut effuſis habenis fugam non ſine magna cæde capeſſerent. Ac mox de ipſo Londino idem agens refert, Canutum, dum urbem obſidet, effoſſo canali, Tamiſin avertere molitum, ſed operam luſiſſe, dum impetum hoſtilem cives fortiſſime propulſarent. Poſtridie ejus diei Edmundus, orto ſole ad ſpolia colligenda intentus, ſuos expediebat, ut hoſtium deinde tergis inſiſteret, cum ecce diſſipatos antea, tum vero in unum collectos, Thameſi transmiſſo, in Anglos orientales arma vertiſſe certior redditur. Ille nihilo ſegnius veſtigia eorum legens, flumen quoque tranſiit, & aſſecutus, dato confeſtim ſigno, ad pugnam provocat. Tum prælium adeo atrox, exarſerit, ut cedere jam jam Dani viderentur. Sed Canutus, intellecta ſuorum trepidatione, illico in cornu ſiniſtrum, unde præcipue periculum impendebat, impreſſione facta, it ſuis ſubſidio, atque obvios quosque vi magna proſternit. Quo perterriti Angli, facto impetu, fugam capeſſere inſtituunt. Verum Edmundus ſiſtere, ac velut ſufflaminare fugientes, quantum in ſe erat, anniſus, id effecit, ut ordinibus disjectis, cum reſtitui acies haud poſſet, undique a Danis intercluſi, ad unum fere omnes occidione occiderint. Concidiſſe in eo prælio florem pene univerſum nobilitatis Anglicanæ, ac robur militum, notant chronologi. Inter ceteros, addit Malmesburienſis, Edricum Streonam, perfidiæ notæ hominem, & ſupra quoque eodem elogio non ſemel nominatum, paulo ante pugnam commiſſam, deſertis ex compoſito Canuti partibus, ad Edmundum

*Fruſtranea Canuti circa Tamiſim molimina.*

*Prælium.*

*Angli fugati.*

*Victoria Danor. illuſtris.*

*Flos Nobilitat. Angl. concidit. Perfidia Edrici Streonæ.*

dum, a quo defecerat, denuo tranſiiſſe, ac primum fuiſſe, qui ſe cum ſuis in fugam conjecerit. Alii, & præſertim Autor encomii Emmæ Reginæ, nihil de tranſito Thameſi aut clade Canuti injiciens, refert victoriæ auſpicium Danis factum ex eo, quod tempore prælii corvus, vexillo candido quaſi intextus, a milite ſit animadverſus modo aſſilire, modo ſe demittere, primumque fuiſſe Torchillum, qui eodem conſpecto, militem bono animo eſſe juſſerit, ac ſimul in hoſtem duxiſſe circa Eſcedunum, quod *montem fraxinorum* interpretatur: Ac tum defeciſſe ab Edmundo Edricum: Verum Edmundum ſuos nihilominus cohortatum, ut pro patria, pro libertate, proque liberis & conjugibus animoſe pugnarent, nec moverentur meticuloſorum quorundam diſceſſu, qui impedimento magis quam adjumento fortibus erant futuri: atque ita in medios hoſtes progreſſum, ſed Danos cedere neſcios, ad necem potius, quam ad fugam paratos, ab hora diei nona in veſperam uſque prælium extraxiſſe, & ne tunc quidem ceſſaſſe, ſed luna lumen præbente, in hoſtem irruiſſe, dum tandem fatigati Angli, & ſtrage ſuorum numeroſa compulſi, fuga ſibi conſuluerint, relicta penes Canutum victoria. Edmundus igitur rem conclamatam videns, magnis itineribus ad Anglos occiduos contendit, ſeque Gloceſtriam recepit. Et licet fracti (*pergit Pontanus*) ea clade jam Angli viderentur, ac paſſim oppida ipſumque Londinum Canuto obſequium ac fidem pollicerentur, tamen Edmundus iterum exercitum parare, & Canuto, qui victum victor inſequebatur, ſe opponere, ſeque extremo committere periculo nequaquam dubitabat. Jamque operiebatur haud procul Sabrinæ ripa ad pugnam ineundam expeditus utrimque exercitus, cum repente ſuaſu Edri-

Portentum corvi in prælio animadverſum, victoriæ Danicæ auſpicium, Dani enim corvo pro inſignibus uſi. Eſcedunum ſ. Danice Øſte-Bierg.

Hortatio Edmundi ad milites.

Lumine lunæ pugnatum.

Res Edmundi conclamata.

Londin. Canuto obſequium ſpondet.

Edmundus extrema tentare parat.

Edrici, qui, poſt varias technas, pacis demum ſequeſtrum ſe offerebat, inſtitutum fuit inter Reges colloquium. Quo conventum, exque fœdere pactum, (ita enim traditur) ut poſitis utrimque armis, Mercia, & quicquid a Thameſi eſt Angliæ, ortum & boream verſus, Canuto cederetur, Edmundus inſulæ partem, quæ Auſtrum & occidentem ſpectat, teneret. Alii produnt, unum ex Ducibus, is Anglusne an Danus fuerit, non memoratur, impetrata loquendi facultate, ita coram Regibus verba feciſſe: Satis, o fortiſſimi imperatores, armis utrimque certatum, ſatis utriusque gentis fuſum ſanguinis, ſatis etiam veſtra ac militum veſtrorum virtus perſpecta. Si pro regno belligeratis, dividite inter vos opulentiſſimum regnum, quod olim ſeptem Regibus ſatis fuit: Sin vero gloria ad incerta vos ducit, & unus præeſſe velit omnibus, inite rationem, qua ſine magna clade, ſine tanto utriusque populi cruore, decerni poſſit, uter alteri præſtet. Et addunt, placuiſſe poſteriorem ſententiam Edmundo, eamque nec Canuto improbatam. Itaque decretum, ut Reges inter ſe duello certarent, quorum qui viciſſet, is ſeorſim, & ſolus regnum obtineret. Erat in medio Sabrinæ flumine perexigua inſula (ita porro tradunt) Olvea dicta, in hanc uterque regum armatus deſcendit. (NB. *Compoſuerunt ſe hic ſingulari certamine, dimicaturi Reges, ad uſitatum quondam pugilibus Borealibus morem, qui in parvis plerumque, ne elabendi via eſſet, congrediebantur inſulis, circumfluam fugæ aquam valli inſtar objecturis, quas hodiedum* Holme *vocitamus. Hinc* Olaus Wormius *in Lexico Runico* pag. 55. *Holmur, holms in genit. m. g. ſpacium, in quo pugiles dimicabant. Holmganga f. g. ſingulare certamen. Adganga a hólm*

Colloquium inter Canutum & Edmundum.

Oratio unius ex Ducibus coram Regibus habita.

Anglia olim ſeptem Reges habuit.

Mos pugilum borealium antiquus, quoad locum certaminis.

*in arenam deſcendere vel certare. Einvïige fere idem & Holmganga. Hölmgongu Lög, leges dimicationis.*) Ac dato extemplo (*pergit iterum Pontanus*) per tubicinem ſigno, armis infeſtis concurſum. Edmundus, cujus corpus erat mole & magnitudine ſpectabile, ingenti cum pondere, magnoque fragore in adverſum ruebat. Canutus vero ſtatura mediocri, quod deerat corpori, viribus atque animo penſans, *& exire, & reddere ictus paratum ſe oſtentabat.* (NB. *Ad hæc Pontani verba illuſtranda faciat locus* Saxonis *de pugnandi ratione veteribus uſitata Libr.* 2. *Qua convivii*, inquit, *injuria permotus ſponſus, ferro cum Biarcone decernere ſtatuit, violatæ hilaritatis ultionem duelli nomine quæſiturus. In cujus ingreſſu, utri prior feriendi copia deberetur, diutule certatum eſt. Non enim antiquitus in edendis agonibus crebræ ictuum viciſſitudines petebantur, ſed erat cum intervallo temporis etiam feriendi diſtincta ſucceſſio, rarisque ſed atrocibus plagis certamina gerebantur, ut gloria potius percuſſionum magnitudini, quam numero, deferretur*). Cumque cominus (*rurſus Pontanus*) aliquamdiu, & æquo ſic eſſet marte pugnatum, ſpesque victoriæ appareret dubia. Tum Canutus, ecquid juvabit, vir fortiſſime, immaturam pro regno oppetere mortem. Quin potius diſpoſitis cum odio armis, pacem inter nos colimus. Sane tu, prout lubet, utere Canuto tuo, quem vides præſentem, tuique faventem. Quibus verbis dilinitus Edmundus, e veſtigio, projectis armis, porrigit adverſario dextram. Secutusque exemplum exercitus. Inde pace firmata, ac multos in annos ſancito fœdere, regnum, ut modo eſt memoratum, partiuntur. Et ita quidem nonnulli traditum memoriæ reliquere. (NB. *Abruptis*

Reges duello congreſſi.

Edmundus giganteus.

Canutus ſtatura mediocri.

Mos pugilum Boreal. antiqv. quoad pugnandi rationem.

Subita Rivalium reconciliatio, & regni partitio.

*pauli-*

*paulisper* Pontani *verbis*, *operæ pretium erit*, *audire Ethelredum*, *Abbatem Rievallis*, *de Regio hoc duello disserentem ad ann. MXVI. pag.* 364. Convenientibus itaque, *inquit*, utrisque (*Canuto ſc. & Edmundo*) cum exercitu ſuo ſuper ripam Sabrinæ fluminis, Edmundus cum ſuis in occidentali, Cnuth cum ſuis in orientali ripa conſedit. Eſt autem inſula in ipſius fluminis medio ſita, quæ Holenghege appellabatur, ad quam Reges transvecti, ſplendidiſſimis protecti armis, utroque ſpectante populo, ineunt ſingulare certamen. At ubi haſtarum robur, tam virtute impingentium, quam fortiſſimorum objectu clypeorum, deperiit, extractis gladiis ſeſe cominus impetunt. Pugnatum eſt acriter, dum Eadmundum virtus, Cnuth fortuna juvaret: circa galeata capita gladii tinniunt, colliſione metallorum ſcintillæ prorumpunt: ubi vero robuſtiſſimum illud pectus Eadmundi, ex ipſo, ut aſſolet, bellandi more, ita incanduit, ſanguine incaleſcente fit robuſtior, dexteram elevat, vibrat enſem, ac tanta vehementia in caput obſtantis ictus iterat, ut ſpectantibus non tam percutere, quam fulminare videtur. Ad ſingulos enim ictus, inter enſem & galeam ignis erumpens, non modo apparere, ſed inſuper accendere videbatur. Sentiens autem Cnuth breviori habitu ſibi vires deficere, cogitat de pace juvenem convenire, ſed ut erat aſtutus, timens, ne ſi defectus ſuus innoteſceret juveni, pacis verbum nec audiret quidem, totum intra ſe colligens ſpiritum, & quicquid habuit virium omni conatu intendens, virtute mirabili, uno impetu, irruit in Eadmundum, & mox ſe paululum retrahens, rogat juvenem ſubſiſtere modicum, & ſibi dicere volenti præſtare auditum. Ille, ut erat ſuavis animi, demiſſa ad terram ſcuti parte inferiori, leniter in ſuperiori procubuit, ac ſupina-

to in dextera gladio, ad verba loquentis intendit. Tunc Cnuth: Hactenus, inquit, regni tui cupidus, nunc virorum fortiſſime, tui certe ipſius cupidior ſum, quem non dico regno Anglorum, ſed univerſo utique orbi video præferendum. Mihi Dacia ceſſit, mihi ſuccubuit Norvegia, mihi Rex Suevorum (NB. *ita veteribus ſcriptoribus ſubinde vocantur Sveci, quorum ſe propaginem, dicente Peringſkioldio, gloriantur Suevi*) manus dedit, & mei conatus impetum, quem nullum mortalium ſuſtinere poſſe credebam, tua mirabilis virtus jam plus ſemel eluſit. Quocirca licet me ubique victorem futurum fortuna promiſerit, ita tamen me tua mirabilis probitas illexit ad gratiam, ut ſupra modum te & amicum cupiam, & regni conſortem exoptem: utinam & tu mihi cupidus ſis, ut ego tecum in Anglia, tu mecum in Dacia regnes. Certe, ſi fortunæ meæ tua virtus acceſſerit, pavebit Norvegia, tremebit Svævia (ſ. Svecia) ipſa aſſueta bellis Gallia trepidabit. Quid plura? Annuit Eadmundus, & Cnutho de regni diviſione conſentit. Ceſſit enim verbis, qui non ceſſerat gladiis, & oratione flectitur, qui armis flecti non poterat. Depoſitis itaque armis, in oſcula ruunt, utroque exercitu exultante, clero etiam: Te Deum laudamus, clara voce perſonante. Deinde in ſignum fœderis veſtem mutant & arma, reverſique ad ſuos, modum amicitiæ, paciſque præſcribunt, & ſic cum gaudio ad ſua quisque revertitur. *Hæc Ethelredus Abbas, ex cujus verbis, cujas fuerit, facile intelligas. Septendecennem tantum fuiſſe Canutum, cum Edmundo, homine ad ſtuporem robuſto, digladiatum, docet* Torfæus *Hiſtor. Norveg. Part. 2. pag. 18.* Anno, *inquit*, CMXCIX. Annalibus id atteſtantibus, natus eſt Knutus, nec infra id tempus nati-

Oratio Canuti ad Edmundum.

Potentia Canuti.

Conſortium regni Danici Edmundo a Canuto oblatum, ſi fides Autori.

Studium partium in Ethelredo Abbate.

naſtivitas ejus tuto deprimitur, nec enim minorem ſeptendecenni, cum inuſitati roboris juvene Edmundo, Ferreum latus dicto, ſingulari certamine congredi, uti id Henricus de Knygthon, Canonicus Leyceſtrenſis &c. teſtantur, potuiſſe, quivis intelligit.) At Emmæ Reginæ Encomiaſtes (*iterum Pontanus*) æqualis eorum temporum, & quem ideo ſequendum potius exiſtimem, duelli hujus non meminit, tantum de Edrico refert, eum inter Canutum & Edmundum pacis ſequeſtrum fuiſſe. Sed fluxæ ſunt oppidoque caducæ res mortalium. Nam Edmundus integra jam pace fruens, atque animo ſecurus, haud multo poſt humanis exemptus eſt. Sunt, qui tradunt, Edrici filium, impulſore parente, Regem, dum alvum exonerat, furtim adortum, atque ferro ventrem ac inguina interſcidiſſe. Alii, quibus fabellæ cordi ſunt, perhibent, ipſum Edricum ita domi ſuæ aptaſſe imaginem, tenentem dextra mucronem, ut quoties vellet, accedentem ad eam feriret. Et forte fortuna Edmundum, dum imaginem propius contemplatur, eo mucrone confoſſum. Alii morbo obiiſſe volunt. Plurium interim ſtat ſententia, Edricum ſceleris auctorem fuiſſe, ideoque & ſtatim poſt extinctum Edmundum, ſalutaſſe Canutum Angliæ totius Regem, ac poſtea cum ſuo id ei obveniſſe beneficio profiteretur, Canutum facinus deteſtatum, atque Edricum, proditionum artiumque talium veterem ac peritum, merito affeciſſe ſupplicio. (*Lubet hic inſerere verba* Henrici Huntindonienſ. *hiſt. libr. I.* Edmundus Rex poſt paucos exhinc dies (*ſcil. a diviſo inter eum & Cnutonem Angliæ regno*) proditione occiſus eſt apud Oxineford. Ivit nimirum nocte quadam in domum evacuationis ad requiſita naturæ, ubi filius Edrici, Ducis in fovea ſecretaria de-

**Duellum iſtud Regium in dubium vocatur.**

**Edmundus inſidiis Edrici Streonæ tollitur.**

**Fabella de cæde Edmundi.**

tarant amiſſos, omnes recognoſcerent &c. Eundem quoque in finem paſſim per Angliam monaſteria, bellis ſuperioribus aut diruta, aut fœdata, reparavit. Quædam etiam ex ipſis fundamentis de novo excitata, additis præfectis, & reditibus ampliſſimis locupletavit. Baſilicam præterea in honorem & memoriam Edmundi Martyris, a popularibus ejus, ac milite graſſante olim trucidati, regia plane magnificentia exſtrui curavit. Quam & ſuo adhuc tempore perduraſſe integram, Malmesburienſis ait, & cetera omnia Anglicana Cœnobia, cum elegantia, tum amplitudine domorum, multis paraſangis ſuperaſſe. Quin etiam curæ habuit, ut Epiſcopi, pietate & doctrina commendati, ex Anglia in Daniam tranſmitterentur. &c. *Hactenus ex Pontano. Addamus quædam Scriptorum Anglorum loca, virtutes Canuti Magni, ulterius explanantia.* Wilhelmus Malmesburienſis *de geſtis Reg. Angl. de Canuto inter alia hæc habet.* Monaſteria per Angliam ſuis & patris excurſionibus partim fœdata, partim diruta reparavit. Loca omnia, in quibus pugnaverat, & præcipue Aſchendune Eccleſiis inſignivit, miniſtros inſtituit, qui per ſuccidua ſeculorum volumina Deo ſupplicarent, pro animabus ibi occiſorum. Ad conſecrationem illius Baſilicæ, & ipſe affuit, & optimates Anglorum & Danorum donaria porrexerunt. Nunc, ut fertur, modica eſt Eccleſia, presbytero parochiano delegata. Supra corpus beatiſſimi Edmundi, quem antiquiores Dani interfecerant, Baſilicam animoſitate regia conſtruxit, Abbatem & Monachos inſtituit, prædia multa & magna contulit. Præſtat hodieque donorum ejus amplitudo integra, quod locus ille infra ſe aſpiciat omnia pene Angliæ cœnobia. Corpus beati Alphegi, apud Sanctum Paulum Londoniæ tumu-

Pietas Canuti.

Baſilica S. Edmundi a Canuto fundata.

Epiſcopi ex Anglia in Daniam miſſi.

Religio Canuti.

Eccleſ. Aſchendunenſ. a Canut. fund.

Veneratio S. Alphegi a Can.

tumulatum, ipſe ſuis manibus inde levavit, & ad propria remiſſum, dignis aſſentationibus veneratus eſt. Ita omnia, quæ ipſe, & anteceſſores ejus deliquerant, corrigere ſatagens, prioris injuſtitiæ nævum, apud Deum fortaſſis, apud homines certe abſterſit &c. &c. Decimo quinto anno Regni ſui Romam profectus eſt, ibi aliquantis diebus commoratus, & eleemoſynis per Eccleſias peccata redimens, navigio Angliam rediit &c. &c. Glaſtonienſem Eccleſiam, ut fratris ſui Edmundi manes viſeret, (ſic enim eum vocare ſolitus fuerat) feſtinat, factaque oratione, ſuper ſepulchrum pallium miſit, verſicoloribus figuris pavonum, ut videtur, intextum. Aſtabat Regio lateri Edelnothus, qui ſeptimus Glaſtonienſis Coenobii, præſidebat Cathedræ Cantuarienſi &c. *Idem* Malmesburienſ. *in Hiſt. Novella libr.* 2. Erat, *inquit*, ibi (in Coenobio quod dicitur ad Hidam extra Wintoniam) imago crucifixi Domini, magna mole auri & argenti, ſimulque gemmarum dono Cnutonis quondam Regis operoſa devotione fabrefacta.

Iter Canuti Romanum.

Canutus Edmundum fratrem ſuum vocare ſolitus.

Imago Crucifixi à Canuto donata.

Henricus Huntindonienſ. *hiſt. l.* I. Cnut Rex Romam ſplendide perrexit, & eleemoſynam, quæ vocatur Romſcot, quam anteceſſores ſui dederant, Eccleſiæ Romanæ perenniter aſſignavit. Quis autem numeret eleemoſynas ejus, & dapſilitates ejus, & magnalia, quæ geſſit Rex magnus in peregrinatione illa? Non fuit Rex ſub occidentali limite, qui tam ſplendide, tam famoſe Romæ loca ſancta petiiſſet &c. &c. Imperatori Romano (ſc. Henrico IV.) filiam Cunigundam (*Alii Gunildem vocant, de cujus, utpote Brugis Flandrorum ſepulta, infra aliquid monebimus fatis*) ineffabilibus divitiis maritavit.

Romſcot.

Peregrinatio religioſa Canuti.

Canutus filiam Imperatori elocat.

*Idem relatam, quæ ſat trita eſt, de Canuto narratiunculam, impatientiſſimum nempe adulationis*

Canutus adulationis oſor.

 *Regem,*

*Regem, ut ſuis, qui potentiam ejus fere adorarent, quanta etiam longiſſime Regum manus laborent imbecillitate, egregie oſtenderet admiratoribus, fluctibus maris, ne regias attingerent plantas, in conſpectu Gnatborum fruſtra imperaſſe, ita claudit:*

Pulchrum devotionis religioſæ exemplum.

Rex igitur Cnut nunquam poſtea coronam auream cervici ſuæ impoſuit, ſed ſuper imaginem Domini, quæ cruci affixa erat, poſuit eam in æternum, in laudem Dei Regis magni.

Sacra Canuti munificentia.

Angli Romæ ſtudentes a telone liberati.

Rogerius de Hoveden *Annal. Part. I. ad ann. 1031.* Canutus Rex Anglorum, & Danorum, & Norreganorum, de Denemercia magno cum honore Romam ivit, & Sancto Petro, Apoſtolorum Principi, ingentia dona, in auro & argento, aliiſque rebus pretioſis, obtulit, & a Johanne Papa, ut ſcholam Anglorum in Roma morantium, ab omni tributo & telone liberaret, impetravit, & in eundo, & redeundo largas pauperibus eleemoſynas erogavit, ac multas per viam clauſuras, ubi telon a peregrinis exigebatur, ingenti pretio dato diſſipavit, vitæque ſuæ & morum emendationem ante ſepulchrum Apoſtolorum devovit.

Canutus Regum Danor. primus habetur, qui in Diplomat. regnorum titulo uſus eſt.

Dania ob Rationem Status Angliæ poſtpoſita.

Studium Canuti religioſum.

Ingulphus, *Abbas Croylandenſis, Hiſtoriar. libr. ſiſtit Privilegium, Monaſterio Croylandenſi a Canuto Magno datum, Londini Anno 1032. memorabili illo prologo:* Cnutus Rex totius Angliæ, & Danmarchiæ, & Norvegiæ, & magnæ partis Swavorum (*l.* Svecorum) omnibus provinciis, & populis poteſtati meæ ſubjectis ſalutem. Cum terram Angliæ progenitores mei & parentes, duris extorſionibus, & diris deprædationibus ſæpius oppreſſerunt, &, fateor, innocentem ſanguinem ſequenter in ea effuderunt: Studium meum a principio regni mei fuit, & ſemper erit in futurum,

turum, tam penes coelum, quam penes ſeculum, propter hæc mea peccata, & parentum meorum ſatisfacere, & ſtatum totius ſanctæ matris Eccleſiæ, & uniuscujusque Monaſterii, devotione debita emendare, omnesque Sanctos Dei per hæc & alia bona opera mihi reddere benignos, favorabiles, & placatos &c.

Simeon Dunelmenſis *Hiſtor. Libr. I. Cap. 8.* Hujus Sancti Præſulis Cuthberti eccleſiam, etiam pius & religioſus Rex Anglorum Cnut, multo venerabatur honore, in tantum, ut ad ipſius ſacratiſſimum corpus nudis pedibus a loco, qui via Gurmundi dicitur, id eſt per quinque milliaria incedens veniret &c. Summa Canuti in S. Cutbertum veneratio.

Florentius Wigornienſ. *Chron. libr. ad ann. 1027.* Cum Regi Canuto intimatum fuiſſet, quod Norregani Regem ſuum, Olavum, propter ejus ſimplicitatem & manſuetudinem, æquitatem & religioſitatem, nimis vilipenderent, multum auri & argenti quibusdam illorum miſit, multis rogans petitionibus, ut illo ſpreto & abjecto, deditionem illi facerent, ac illum ſuper ſe regnare permitterent. Qui cum ea, quæ miſerat, aviditate magna ſuſcepiſſent, ei remandari juſſerunt, ad illum recipiendum paratos ſe fore. Canutus 50 navibus magnis Norvegiam devectus, Olavum Regem de illa expulit, ſibique eam ſubjugavit ann. 1028. adeoque Imperatorium illud probaſſe videtur: Si jus violandum eſt, regni cauſa violandum eſt, in ceteris omnibus pietatem colas.

Sveno Aggonis *de Legibus Caſtrenſibus ſive Curialibus* (*Witherlog*) *Kanuti Magni, Daniæ & Angliæ Regis: Hiſtoria ejus Danicæ a* Stephanio *edita ſubnexis Cap. IV.* Quum igitur in Anglia, omni exercitu ſuo collecto, Kanutus Rex defeſſa bellicis operibus membra quietis tranquillitate recrearet, accer- Leges Caſtr. ſ. Witherlog a Canuto latæ.

ſitis

ſitis ad ſe viris ſapientioribus, & quos ante alios prudentia pollere noverat, Opone videlicet Sialandenſi, cognomento Sapiente, & Eſkillo ejus filio, quibus potiſſimum conſiliorum ſuorum arcana, propter multarum rerum experientiam, communicare, & concredere ſolebat, quos etiam ſuos conſtituerat Secretarios, cum iis ſeriam ſuſcepit habuitque deliberationem, quonam diſciplinæ rigore, juvenilem coherceret inſolentiam, firmamque in poſterum inter milites pacem & concordiam ſanciret. Quocirca, eorum ſvaſu atque conſilio Leges promulgavit Caſtrenſes, quarum formidine nullus alterum quibuslibet injuriis laceſſere auderet, & quia ad transgreſſionis præcipitium humana ſit proclivis conditio: opus erat, ut ſingulis quibusque prævaricationis caſibus, accurata adhiberentur remedia. Propterea tam in minutos, quam graviores exceſſus, exquiſita cautione animadvertendum ſtatuit &c. &c. *Ubi* Stephanius *in Notis*: Viginti duntaxat annos Canutus Rex in Anglia rerum ſumma potitus eſt; ab Anno videlicet Chriſti MXVII. ad Ann. MXXXVI. quo apud Seafresbiriam vita deceſſit, Wintoniæ ſepultus 2. Id. Novembr. Leges autem haſce Caſtrenſes ab eo latas eſſe arbitror Anno MXX. quo Kanutus in Paſchali feſtivitate, apud Cirenceſter magnum Concilium habuit, cujus meminit Rogerius de Hoveden Annalium Parte priore: vel forte Anno MXXVIII. quo Norvegiam Canutus, expulſo Olavo, ſuam in poteſtatem redegerat. *Hæc ille: Legibus hiſce, commiſſo in Anglia homicidio, ſe ipſum ſubjectum voluit Legislator. Hinc de morte & ſepultura laudatiſſimi hujus, longeque ſapientiſſimi Regis paucis agendum.*

Opo ſapiens Sialandus, & Eſchillus ejus filius, Canuto a Secretis.

Concil. Cirenceſtr. a Canuto coact.

Hen-

Henricus Huntindonienſ. *hiſtor. libr. I.* Canutus Rex cum viginti annis regnaſſet, vivere deſtitit apud Scafresbirh, & ſepultus eſt apud Winceſtre, in veteri Monaſterio. Nec ante eum tantæ magnitudinis Rex fuerat in Anglia, erat enim Dominus totius Daciæ, Angliæ, Norvegiæ & Scotiæ.

Mors & ſepultura Canuti.

Canutus Anglor. Regum maximus.

Canutus imperitavit Scotiæ.

Rogerius de Hoveden *addit ann. diemque emortual:* Anno 1035, *inquit*, ſecundo Idus Novembr. feria quarta, apud Scafresbiriam vita deceſſit, ſed Wintoniæ, in veteri monaſterio, ſatis honorifice tumulatur.

Pontanus *Rer. Dan. libr. V.* Ultimam Canuti expeditionem referunt auctores in annum MXXXVI. eamque ſuſceptam tradunt adverſus Richardum Normanniæ Ducem, ejus nominis II. Cum enim, ut ſupra ad annum 1017. eſt memoratum, uxorem ille accepiſſet Eſtritam, Canuti ſororem germanam, Margaretam alii vocant, eamque levi de cauſa poſtmodum repudiaſſet, a Richardo poenas repetiturus Canutus, claſſe multarum navium in littus illud Galliarum trajecit. Sed Richardus, cognito Canuti adventu, oculis ſe affinis ſui ſubduxit, ſuſcepta in Siciliam aut terras Sanctas, ubi & fatis conceſſerit, longinqua peregrinatione. Vix autem in hoſtico militem Canutus expoſuerat, cum de rebus & obitu filii ſui, non ut eſt in Saxone, Haraldi, qui parenti ſuperſtes, Angliam ultra biennium tenuit, ſed Svenonis Norvagiæ præfecti, factus eſt certior. Eoque nuntio ſicuti haud leviter perculſum, par eſt credere, ita accedente adverſa mox valetudine, tam gravis & diuturnæ militiæ laboribus preſſus ac veluti conſumptus, in ipſa, quod dicitur, ſtatione, & quomodo mori oportere imperatorem ipſe Imp. Veſpaſianus olim dicebat, e vita migravit. Corpus ejus tribunorum, ac cen-

Expeditio Canuti Normanno-Gallica.

Saxo notatus.

Canutus ſtans moritur.

centurionum humeris tumulo illatum Vintoniæ, ductumque magnifice funus, poſtquam annos viginti ſeptem Daniæ, Angliæ vero quatuor & viginti, ac denique ſeptem Norvegiæ præfuiſſet. Præter faces, ac ſimiles funerum apparatus, conſpecta incomta ſigna, verſi faſces, ac plebs proceresque atrati trabeatique, dolorem vultu ac voce teſtantes. Saxo Grammaticus non quidem Vintoniæ Anglorum, ſed Rothomagi ut defunctum, ita etiam funeratum memorat, addito elogio, quod verbis ipſius ſubjeci: Hunc Canutus exitum habuit, quo nemo noſtrorum Regum, tametſi plura alii victoriis illuſtraverint, ſplendidior fuit. Adeo enim operum ejus magnitudinem propitia famæ fides auxerat, ut quos rerum geſtarum gloria pares habuerit, amplitudine claritatis excellat. Cumque aliorum ſplendorem ignorantiæ obſcuritas, ac vetuſtatis rubigo perederit, hujus decus longæ famæ uſurpatione ſubnixum, perpetuis memoriæ fructibus revireſcit &c. &c. &c.

Saxo Rothomagi ſepultum refert.

Regum aliquot Dan. Genealog. *quam ex Cod. Mſſ. Laudunenſi edidit* Henricus Ernſtius *Soræ 1646. Cap. III.* Kanutus iſte cognomento Magnus, patre defuncto, Angliam ex integro ſubjugavit, cujus virtus & magnificentia tanta extitit, ut trium regnorum Monarchiam teneret, Angliæ ſc. Daciæ, & Norvagiæ. Bojanos quoque, Pomeranos, Slavos, Savios, Herminos ſubjugavit &c.

*Addamus verba* Svenonis Aggonis *Cap. V.* Mortuo Svenone filius ejus Canutus in regno ſucceſſit, quem & Senem (*Danice, Gamle Knud*) cognominabant: Hic regni ſui terminos miræ virtutis potentia dilatavit. Nam ab ultima Thyle usque ad Græcorum ferme imperium, virtute multiplici circumjacentis

Elog. Canuti.

centia regna ſuo aggregavit imperio. Quippe Hyberniam, Angliam, Galliam, Italiam, Longobardiam, Teotoniam, Norvagiam, Sclaviam cum Sembia ſibi ſubjugavit. *Ubi tamen Hyperbolen quandam agnoſcimus. Ceterum ex latiſſimo Canuti imperio Dives* (Kong Knud den Rige) *ut ex rerum geſtarum magnitudine Magnus, & diuturnitate regiminis, qua Canutum I. longe ſuperavit, Senex cognominatur eſt.*

Latiſſimum Canuti Imperium.

Cognomina Canuti.

NB. Ericus Pomeranus *in Chron. de Canuto Secundo ſ. Magno.* Hic primus religioſos in Daniam induxit. *Conſpirat poſterior* Regum Daniæ Series Runica *ad calcem* Monum. Dan. Worm. Da var Knut Gamble Kunung, hann förde förſt Kloſtermenn i Thanmark. *Adeoque huc refero iſtud* Orderici Vitalis *libr. 8. pag. 650.* Monachi qui primi in Dania fuere, ab Caveshamio in Anglia fuere.

Canutus primos Monachos in Dan. induxit.

Unde primi Danorum Monachi.

*Finimus hacce* Canuti Magni *Perſonalia verſibus iſtis, quæ de eo extant, haud inelegantibus.*

Deſine mirari, quos garrula laudibus effert
Græcia, quos jactat Roma ſuperba Duces.
Dania non ulli veterum virtute ſecundum
Edidit, hiberno terra propinqua freto.
Facta mihi *Magni* pepererunt inclyta nomen,
Quinque ſub imperio regna fuere meo.
Juſtitia præclarus eram, Regesque potentes
Subjectos docui legibus eſſe ſuis.

Elogia Canuti M.

*Concinente adhuc elegantius* Reginæ Emmæ Encomiaſte: Cum, *inquit*, Rex Cnuto ſolum inprimis Danorum obtineret regimen, quinque regnorum, ſcilicet, Danomarchiæ, Angliæ, Britanniæ, Scotiæ, Nord-

Nordwegæ, vendicato dominio, Imperator extitit. Ut de eo illud Maronicum dici poſſet, niſi extra Catholicam fidem hoc fuiſſet:

> Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane
> Diviſum imperium cum Jove Cæſar habet.

Imp. Haraldi Can. M. fil. in Angl.

§. 5. *Poſt Canutum Magnum Anglis triennio imperitavit Haraldus, ut nonnulli volunt, ſpurius, docente* Florentio Wigornienſi *Chronic. lib. 2.* Haraldus dixit ſe filium eſſe Canuti Regis & Alfgivæ, licet id verum eſſet minime, dicunt enim nonnulli, filium cujuſdam ſutoris illum fuiſſe, ſed Alfgivam eodem modo de illo feciſſe, quo de Svano fertur egiſſe (NB. *Narraverat in anteceſſum:* Canutus ante obitum ſuum ſuper Norreganos Regem conſtituit Svanum; qui ſuus & Northamtonenſis Alfgivæ, filiæ videlicet Alfhelmi Ducis & nobilis matronæ Wulfrunæ, dicebatur filius, quem tamen nonnulli aſſerebant non Regis & Alfgifvæ filium extitiſſe, ſed eandem Alfgifvam ex Rege filium habere voluiſſe, & idcirco recenter natum infantem cujuſdam presbyteri ſibi afferri juſſiſſe, Regemque omnino credulum feciſſe, ſe filium illi jam peperiſſe) *Concludit vero, dubios hos fuiſſe rumores:* Nos vero, *inquit*, quia res in dubio agitur, de neutrorum genitura quid certi ſcivimus definire. *Eadem habet* Radulphus de Diceto *ad ann. 1036. Citatus nuper* Reginæ Emmæ Encomiaſtes, *tum de natalibus, tum regno Haraldi diſſerit hunc in modum:* Mortuo Cnutone Rege, honorificeque ſepulto in Monaſterio in honore ſancti Petri conſtructo, Domina Regina Emma ſola remanſit in regno, dolens de Domini ſui morte amara, & ſollicita pro filiorum abſentia. Namque unus eorum, Hardecnuto ſcilicet, quem pater Regem Danorum conſtituit, ibi morabatur

Rumores populares de natalib. Haraldi & fratris Svenonis Norv. Reg.

batur in regno: Duo alii in Normanniæ finibus ad nutriendum traditi, cum propinquo ſuo degebant Roberto. Unde factum eſt, ut quidam Anglorum, pietatem Regis ſui jam defuncti obliti, mallent regnum ſuum dedecorare, quam ornare, relinquentes nobiles filios inſignis Reginæ Emmæ, & eligentes ſibi in Regem quendam Haraldum, qui eſſe filium falſa æſtimatione aſſeritur cujusdam ejusdem Regis Cnutonis concubinæ. Plurimorum vero aſſertio perhibet, eundem Haraldum furtim fuiſſe ſubreptum parturienti ancillæ, impoſitum autem cameræ languentis concubinæ. Quod veracius credi poteſt. Qui electus, metuensque futuri, advocat mox Archiepiſcopum Ælnotum, virum omni virtute & ſapientia præditum: imperatque & orat, ſe benedici in Regem, ſibique tradi cum corona regale ſuæ cuſtodiæ commiſſum ſceptrum, & ſe duci ab eodem, quia ab alio non fas fuerat, in ſublime regni ſolium. Abnegat Archiepiſcopus, ſub jurejurando aſſerens, ſe neminem alium in Regem, filiis Emmæ Reginæ viventibus, laudare vel benedicere. Hos meæ fidei Cnuto commiſit, his fidem debeo, & his fidelitatem ſervabo. Sceptrum & coronam ſacro altari impono, & hoc tibi nec denego, nec trado: ſed Epiſcopis omnibus, ne quis eorum ea tollat, tibive tradat, teve benedicat, Apoſtolica autoritate interdico. Tu vero, ſi præſumis, quod Deo menſæque ejus commiſi, invadito. Quid miſer ageret, quo ſe verteret, ignorabat. Intentabat minas, & nihil profecit. Expendebat munera, & nil lucratus &c. Tandem deſperatus abſceſſit, & Epiſcopalem benedictionem adeo ſprevit, ut non ſolum ipſam odiret benedictionem, verum etiam univerſam fugeret Chriſtianitatis Religionem. Namque dum alii Eccleſiam Chriſtiano more Miſſam audire ſubin-

Inauguratio Haraldo negata.

Mores Haraldi notati.

trarent, ipſe aut ſaltus canibus ad venandum cinxit; aut quibuslibet aliis viliſſimis rebus ſeſe occupavit, ut tantum declinare poſſet, quod odivit. Quod Angli videntes dolebant, ſed quia hunc ſibi Regem elegerant, hunc erubuerunt dejicere, ideoque diſpoſuerunt hunc ſibi Regem finitenus eſſe &c. *Pluribus deinde perſequitur martyrium, ut vocat, Alfridi, ſive tyrannidem Haraldi in hunc minorem natu Ethelredi Regis ex Emma filium, crudeliter necatum.*

Crudelitas Haraldi in Alfridum.

Pontanus *Libr. V.* Interea apud Anglos regni primores concilium de Rege creando coegerant, in quo Haraldum, quem pater, ad bellum Normannicum proficiſcens, inſulæ præfecerat, plurium ſuffragiis, morante in Dania diutius Canuto, Regem pronuntiant. Alii tradunt, ita inter utrumque diviſum regnum, ut Thameſis fluvius fratribus regni fines herciſceretur. Borealis ab eo fluvio pars Haraldo, auſtralis Hardecanuto cederet, ſed in Daniam proficiſcente Canuto, totius Angliæ Regem proclamatum Haraldum &c. Sed ipſe exinde Haraldus, poſt annum quam regnare coeperat tertium, e vita demigrans, anno ſcilicet ſalutis humanæ milleſimo quadrageſimo, ipſa imperii brevitate famæ ſuæ conſuluit. *Hæc Pontanus.*

Partitio Angliæ inter Harald. & Canut. Durum.

Ericus Pomeranus *in Chron.* Harald vero 4 tantum annis regnavit, & mortuus eſt. *Conſpirat hic* Henricus Huntindonienſis *hiſt. libr. I.* Haraldus Rex, *inquit*, cum regnaſſet 4 annis, & totidem menſibus, mortem ſenſit apud Oxenford, & ſepultus eſt apud Weſtminſter. *Diſſentit quoad locum obitus* Rogerius de Hoveden *Annal. part. I.* Haraldus 1039 obiit Lundoniæ, & in Weſtmonaſterio ſepelitur. *Idem poſtea de cadavere Haraldi effoſſo:* Harde-Cnutus, ut regnare coepit, injuriarum, quas vel ſibi, vel ſuæ genitrici ſuus anteceſſor fecerat Rex Haroldus, (qui frater

Mors & ſepultura Haraldi.

frater ſuus putabatur) non immemor, Alfricum Eboracenſem Archiepiſcopum, Godwinum Comitem, Stir majorem domus, Edricum diſpenſatorem, Thrond ſuum carnificem, & alios magnæ dignitatis viros (NB. *Carnifex hic ponitur inter viros præcipuos, recte igitur monet* Cornelius Nepos, *non omnibus eadem eſſe honeſta & turpia*) Lundoniam miſit, & ipſius Haroldi corpus effodere, & in Gronnam projicere juſſit, quod cum projectum fuiſſet, præcepit illud extrahi, & in flumen Tameſen mandavit projici. Brevi autem poſt tempore a quodam captum eſt piſcatore, & ad Danos allatum ſub feſtinatione eſt, & in Coemiterio, quod habuerunt Londoniæ, ſepultum eſt ab ipſis cum honore. NB. *Quodnam hoc fuit coemeterium Danorum Londini, ſcilicet Clementino-Danum, vulgo Sanct Clemen Danes, indicat* Radulphus de Diceto, *qui habet:* In Coemiterio apud Sanctum Clementem.

Cadaver Haraldi dehoneſtatum.

Cadaver Haraldi denuo ſepultum.

§ 16. Haraldo *in imperio Angliæ ſucceſſit Hardecanutus, Canuti Magni ex Emma filius.*

Geſta & Imp. Canuti Duri in Angl.

*Citatus ſæpius* Reginæ Emmæ Encomiaſtes: Nuncios Hardecnutoni filio ſuo legat (*Emma*), qui tunc temporis regimen Danorum obtinebat, per quos ſui doloris novitatem aperit, & ut ad ſe venire (*ſc. in Flandriam*) quantocyus maturet, petit: Cujus aures ut tanti ſceleris (NB. *loquitur de cæde Alfredi ab Haraldo commiſſa*) horror incuſſit, primo omnium mens ejus intolerabili obtuſa dolore in condolendo fatiſcit. Ardebat enim animo, fratris injurias ultum ire, imo etiam matris legationi parere. Hinc utrique rei prævidens, quam maximas poteſt navium militumque parat, quorum ampliorem numerum quodam maris in anfractu collocat: qui, ſi inter eundum ſibi copia pugnandi, ſeu etiam neceſſi-

tas repugnandi accideret, præſidio adventaret. Ceterum non amplius decem navibus ſe comitantibus ad matrem proficiſcitur &c. Dum igitur proſpero curſui intenti, non modo certatim ſpumas ſalis ære ruebant, verum etiam ſuppara velorum ſecundis flatibus attollebant, ut maris facies non unquam certa, ſed ſemper mobilitate flatuum dubitanda habetur & infida, repente foeda tempeſtas ventorum nubiumque a tergo glomeratur, & ponti ſuperficies jam ſupervenientibus auſtris turbatur. Itaque quod in tam atroci negotio ſolet fieri, anchoræ de proris jactæ arenis affiguntur fundi. Quæ res, tametſi tum illis fuerit importuna, tamen non abſque Dei nutu cuncta diſponentis eſſe creditur acta &c. Nam poſtera nocte, eodem Hardecnutone in ſtratu quieſcente, divinitus quædam oſtenditur viſio, quæ eum confortans & conſolans, forti jubet eſſe animo. Hortatur præterea, ne ab incoepto deſiſteret, quia paucorum dierum intervallo, injuſtus regni invaſor, Haraldus ſcilicet, occideret, & regnum, patriis viribus domitum, ſibi, juſto heredi, juſtiſſima ſucceſſione incolume rediret. Evigilans igitur ſomniator talibus indiciis certior fit, & Deo omnipotenti tantæ conſolationis cauſa gratias reddidit: ſimulque futura nullatenus dubitat, quæ ſibi memorata viſio prædixerat. Denique maris ira pacata, proſperis flatibus ſinus pandit velorum: ſicque ſecundo uſus curſu, ad Brugenſem ſeſe applicuit portum. Hic anchoris rudibusque navibus & nautis, qui eas ſervarent, expeditis, recta ſe via, cum delectis, ad hoſpitium dirigit matris. Qualis ergo moeror, qualisque lætitia in ejus adventu fuerit exorta, nulla tibi unquam explicabit pagina &c. Nec longo poſt filio cum matre morante, & memoratæ viſionis promiſſa expectante, nuncii læta ferentes

Iter Canuti Duri ad matrem in Flandriam.

Viſio Harde-Canuti.

Anglicana ad Canutum Du-

tes nuncia adventant, qui videlicet Haraldum mortuum nunciant: qui etiam referunt, Anglicos ei Principes nolle adverſari. Unde regnum, hereditario jure ſibi debitum, non dedignetur repetere, & ſuæ dignitati, eorumque ſaluti juxta in medium conſulere. His Hardecnuto materque animati, repetere ſtatuunt oras aviti regni &c. &c. Igitur Principes Anglici parum prævenifſe fidentes legatione, antequam ab illis (*ſc. Brugenſibus*) transfretaretur, obvii ſunt facti, optimum factu rati, ut & Regi & Reginæ ſatisfacerent, & ſe devotos eorum dominationi ſubderent. His Hardecnuto cum matre certus factus, & transmarini littoris tandem portum nactus, a cunctis incolis ejusdem terræ glorioſiſſime recipitur. His ita peractis, & omnibus in pacis tranquillitate compoſitis, fraterno correptus amore, nuncios mittit ad Eduardum, rogans, ut veniens ſecum obtineret regnum. Qui fratris juſſioni obediens, Anglicas partes advehitur, & mater amboque filii regni paratis commodis, nulla lite intercedente, utuntur. *Hæc ille ſcriptor coævus, cui fides maxime habenda.*

rum in regnum vocandum Legatio.

Honorifice ab Anglis recipitur.

Conſortium Regni Eduardo fratri oblatum.

*Chronicon* Erici Pomerani: Iſte Hartheknut regnavit ſuper Daniam, Sveciam, Slaviam & Angliam. Qui præter quotidianam familiam ſuam 6 millia armatorum continue tenuit. Qui cum 60 longis navibus ad domandum regna æſtate discurrebant, hyeme vero in caſtris manebant, quibus, quaſi religioſis, leges & ſtatuta præſcribebat honeſtatis: unde tempore ſuo ſuper omnes reges mundi terribilis & laudabilis extitit. Tranſivit etiam cum Imperatore in Italiam, ad domandum nationes exteras. Obiit autem in Anglia. *Recte hic monet* Pontanus *pag. 175. poſteriora illa de legibus & ſtatutis militi latis, deque laude, qua temporum ſuorum Reges omnes ſupergreſſus Canutus*

*nutus formidabilis ubivis extiterit, ac demum, quod cum Imperatore in Italiam tranſierit, ea non Canuto Duro, ſed parenti ejus Canuto Magno convenire, ſingula ex memoratis ſuperius facile intelligi, adeoque huc perperam irrepſiſſe, & loco non ſuo poſita eſſe. Per Leg. iſtas militares intelligitur Witherlags* Retten.

Errores Erici Pomerani in Chronico.

Genealog. Reg. Dan. ab Henr. Ernſtio *edita Cap. IV. ad Ann. Chr.* CIƆXXXVII. Kanutus iſte filius ſuperioris, cognomento Durus, Dacia & Norwagia contentus, Angliam fratri ſuo conceſſit. Hic ſine prole obiit &c. *Ubi* Ernſtius *in Notis:* Non ipſe Angliam Haraldo fratri ſuo naturali conceſſit, ſed pater ejus Canutus Magnus tria regna ante inter filios diviſerat: ut Haraldus natu maximus haberet Angliam, Canutus III. Daniam, & Sveno Norvegiam. E quibus duos in Angliæ regno ſucceſſores habuit, Haraldum & Canutum, ut recte tradidit Camdenus, cujus mens non eſt, Canutum Magnum duos tantum habuiſſe filios. Neſcio quid Hectori Boethio libr. XII. Hiſtor. Scot. in mentem venerit, quando ſcripſit: tres hos Reges Canuti Magni filios, Svenonem II. habuiſſe patrem. Svenonis, inquit, qui primus ex gente Danica regnum Angliæ occupavit, tres habuit filios, Haraldum, Svenonem, & Canutum. Sed falſus eſt Boethius ignoratione hiſtoriæ noſtræ, quæ ipſum detruſit in alium craſſum errorem, ut putaret, Canutum M. Svenonis fuiſſe fratrem, & non filium. Neque Wolfgango Lazio hiſtoriarum ſtudioſi credant, qui libr. IX. de Marcomannis pag. 517. dicit: Canutum Magnum ex Gemilde, Henrici quarti filia, progenuiſſe filios, Haraldum Regem Angliæ, Svenonem Regem Nordwegiæ, & Canutum Regem Daniæ. Diviſionem illam, ut ad eam revertar, contra fidem Reginæ Emmæ, tum temporis Canuti M. ſponſæ,

Hector. Boëthii &

Wolfg. Lazii detecti.

ſponſæ, a Sponſo ſuo datam, eſſe factam, Anonymus Encomii autor nobis fere perſuadet, apud quem Canutus addito jurejurando promiſit: nunquam alterius conjugis filium poſt ſe regnaturum, niſi Emmæ, ſi forte illi Deus ex eo conjugio filium dediſſet. Non deſunt, qui arbitrantur, Haraldum non a ſuo patre, ſed poſt, eo defuncto, ab Angliæ proceribus ad regnum fuiſſe vocatum, cum prius Angliæ tantum, ſicut Sveno Norwagiæ, Proconſul a patre eſſet conſtitutus. Haraldum etiam a Danis in Regem fuiſſe electum, Malmesburienſ. lib. II. de geſt. Reg. Angl. c. XII. μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt. Quod vero autor noſter ſcribit Canut. Durum Angliam fratri ſuo conceſſiſſe, de Eduardo, fratre ejus uterino (& non germano, ut falſo referunt Malmesburienſ. & incertus autor Continuat. Bedæ de Hiſtor. Eccl. gentis Anglor. lib. II. Cap. XX.) ex Ethelredo, & Emma Regina, communi matre nato, accipiendum eſt. Sine prole obiiſſe veriſſimum eſt, & e contrario falſum, quod Thomas Bozius libr. XXI. de ſignis Eccleſ. Dei eum Magni Svenoniſque parentem facit, & paulo poſt addit: Magnus Canuti ſoboles. Male. Magnus enim Olai Norvagi erat filius. *Hæc Ernſtius.* Pontanus *l. c.* Factus Rex, initium regnandi a vindicta fecit. Memor enim injuriæ, ſibi pariter ac Emmæ matri illatæ, Haraldi cadaver, quod apud Veſtmonaſterienſes, paucis ante diebus, ſepulturæ mandatum fuerat, exhumari, ac capite truncato in Thameſin jubet projici &c. &c. Anno poſthæc milleſimo quadrageſimo primo, imperato in uſum claſſiariorum ingenti vectigali, eoque paulo inclementius exacto, haud parum ſibi Canutus odii conciliavit. (NB. *Fuerunt & alia, quibus odium Anglorum provocavit Canutus v. g. permiſſa Danorum per Angliam inſolen-*

Jusjurandum Canuti Magni de ſucceſſore.

Malmesburienſis notatus.

Autor Contin. Bedæ notatus.

Canut. Durus ἄπαις.

Bozius notatus.

Aſpera Imperii Canutini initia.

Tributum ingens Anglis imperatum.

Inſolentia Danorum in Angl. ſub Can. Duro.

*tia Scriptoribus Anglicis paſſim notata;* Hinc Abbas Iornalenſis *in Harde-Kanuto:* Si, *inquit*, Dacus Anglico ſuper pontem aliquem occurriſſet, Anglicus pedem movere auſus non fuiſſet, donec Dacus pontem pertranſiſſet, & ulterius, niſi Angli in honorem Dacorum capita inclinaſſent, graves poenas & verbera cito ſentirent. *Quam igitur deſtitutus fuit Canutus noſter paterna illa regnandi prudentia, qua, ut ſupra meminimus, ſine diſcrimine Danos Anglosque habendos cenſuit, idem utrisque in conſeſſibus, in caſtris & Conciliis, omnibusque in locis ac rebus, jus ac praerogativam concedens.* Henricus de Knygthon *Canonicus Leyceſtrenſis, de eventibus Angliae Libr. I. de eodem Hardecanuto.* Iſte ſuſtinuit Danos in Anglia in tantum dominari, donec hoſpitium quodlibet per regnum habuit unum Danum cuſtodem, & magiſtrum domus ſuper omnes alios hoſpicii, & ſic defloraverunt uxores, & filias, & ancillas, & multa alia opprobria, & contumelias ingeſſerunt noſtris, in vituperium & dedecus Anglorum, donec Anglici, neceſſitate coacti, acceperunt audaciam, reſumpſerunt vires, & collegerunt magnum exercitum, qui Hovneker appellabatur, a quodam Hovne, qui ſe ad hoc conſilium dederat, & ductor eorum extiterat, & ſic Danos occiderunt in magnum ruborem, & de partibus Angliae totaliter fugarunt. *Diſſolutis hiſce Danorum in Anglia moribus, originem debet* τὸ Lord-dean, *quod Anglis voluptarium notat. Quid quod eo inſolentiae olim progreſſos Danos Angliae dominatores author eſt* Pufendorfius in Introduct. ad Hiſtor. Europ. *ut Lord-Danes ſeu Domini Dani omnino appellari voluerint.* *Verum neſcio, qua ratione Anglicam vocem Lord a Danis repetat Illuſtriſſ.* Gundlingius *in Diſcurſ. de Statib. Europ. Cap.*

Conniventia Can. Duri ad inſolent. Danor.

Exercitus Hovneker.

Dani in Angl. denuo occiſi.

Origo vocis Anglicae Lord-Dean.

Dani ab Anglis Lord-Danes ſ. Domini Dani ſalutari voluerunt.

*Cap. VIII.* Von den Dänen, *inquit*, kommt auch das Wort Lord, ein Herr &c. *Nec accurate magis in proximis ſequentibus procedit* Gundlingius, *confundens* Harte-Canutum *noſtrum cum parente ejus* Canuto Magno: Die Normänner waren ſchon ziemlich *façonni*ret. Denn Suen-Ottonis (*Sven-Otto*) hatte einen Sohn, Harte Cnut, i. e. Canutus fortis (Harte heiſt durus, bello induratus) der hatte Norwegen, Jütland, und alle Däniſche Inſuln, das war ein Monarch und formidabler Herr, dergeſtalt, daß ſich Conradus Salicus um die Däniſche Prinzeßin Cunigundam für ſeinen Sohn Henricum III. beworben. Wie der Harte Cnut geſtorben, ſo hatte Teutſchland von den Dänen nichts mehr zu befürchten. Denn ſeine Söhne theileten das Land. So lange ein Land ungetheilet iſt, bleibet die Force beyſammen &c. Engelland gieng verlohren. Herald, Canuti Magni Sohn, wurde daraus verjaget &c. *Cum tamen conſtet, quod Canutus Durus fuerit ἄπαις & Haraldus Canuti M. filius in imperio Anglico obierit. Ut vero ad Cunigundam ſ. Gunildem revertamur, diſſentit ab aliis* Malmesburienſis, *nuptias inter eam &* Henricum III. *non factas eſſe ab ipſo* Canuto Magno, *ſed filio ejus* Canuto Duro, *referens: Lib. II. cap. XII. pag. 77.* Canutus Durus, *inquit*, Gunhildam ſororem, ſpectatiſſimæ ſpeciei puellam, a multis procis tempore patris ſuſpiratam, nec impetratam, Henrico Imperatori Alemannorum nuptum miſit. *Cui adſtipulantur* Matth. Weſtmonaſterienſis *ad ann. Chr.* cIↄ x L I. Arnoldus Abbas *in Continuat. Chronici Slavorum Helmoldi Lib. III. Cap. II. &* incertus author *Continuationis Hiſtor. Eccleſiaſt.* Bedæ *Libr. II. Cap. XX.*

Gundlingius notatus.

Cunigunda utrum a patre an fratre Canuto Duro Imperatori elocata.

*Noſtrates vero in itinere Canuti Magni Romano, fabricatum volunt hoc matrimonium, & locus ſuperius adductus* Henrici Huntindonienſ. *hiſt. libr. I. auctorem conjugii ipſum Patrem agnoſcit Canutum Magnum, quando de illa dicitur:* Imperatori Romano filiam ineffabilibus divitiis maritavit. *Sed de hac materia alio loco.*

*Hinc de morte & ſepultura Canuti Duri aliquid addendum:* Rogerius de Hoveden. *Annal. part. I.* Anno 1042 Rex Anglorum Harde-cnutus, dum in convivio (in quo Osgodus Clapa, magnæ vir potentiæ, filiam ſuam Gytam, Danico & præpotenti viro, Tuvio Prudan cognomento, in loco, qui dicitur Lamtithe, magna cum lætitia tradebat nuptui) lætus, ſoſpes, & hilaris cum ſponſa prædicta, & quibusdam viris, bibens ſtaret, repente inter bibendum miſerabili caſu ad terram corruit, & ſic mutus permanens, ſexto Idus Julii, feria tertia expiravit, & Wintoniam delatus, juxta patrem ſuum, Regem Canutum, eſt tumulatus.

Tuvius Prudan ſ. Elegans.

Canutus Durus veneno ſublatus.

Henricus Huntindonienſis *hiſt. lib. I.* Hardecnut Rex morte præreptus eſt in medio flore juventutis ſuæ apud Lambuthle, qui claræ indolis & benignæ juventutis fuerat ſuis. Tantæ namque largitatis fertur fuiſſe, ut prandia regalia, quatuor in die vicibus, omni curiæ ſuæ faceret apponi, malens a vocatis appoſita fercula dimitti, quam a non vocatis apponenda fercula repoſci, cum noſtri temporis conſuetudo ſit, cauſa vel avaritiæ, vel ut ipſi dicunt, faſtidii, principes ſemel in die tantum ſuis eſcas anteponere. Sepultus autem Rex Harde-Cnut in veteri monaſterio apud Winceſtre, juxta Cnut patrem ſuum.

Sepultura ejus.

Largit. Canuti Duri celebrat.

Boethius *Scot. Hiſt. Libr. 12. fol. 264 ad ann. 1042.*

Har-

Harde-canutus legem tulerat, ut Anglus, Dano obvius, eum aperto capite ac inclinato corpore Dominum ſalutaret, neque pontem intraret, priusquam Danus præteriiſſet. Hinc irritati Angli, Danos ubique, ex compoſito ad convivia invitatos, trucidant. Hardecanutus capi metuens, manus ſibi intulit. Ita quarto Danorum Rege in Anglia extincto, reſtituitur Anglis regnum. *Hinc* Henricus Ernſtius *in Notis ad Genealog. Reg. Dan. quam ex MSS. Codd. Landunenſ. edidit Soræ 1642.* Miſerabiliter, *inquit*, inter vinum & pocula obiit mortem, potentiſſimo Rege, & quidem Chriſtiano, indigniſſimam. Caveat ſibi veritatis ſtudioſus a fabulis, quibus Hector Boethius (Libr. XII. Hiſtor. Scot.) annalibus omnibus reclamantibus, Canuti Duri ex hominibus exitum contumelioſiorem lectori reddere conatur. Henricus de Knygthon *Canonicus Leyceſtrenſis, de Eventibus Angliæ Libr. I.* Iſte Harde-Canutus, *ait*, mortuus eſt tertio anno regni ſui, in una bovaria, & ſepultus apud Weſtmonaſterium. Pontanus *Rer. Danicar. Lib. V.* Vitae ejus finis talis memoratur. Invitatus a viro principe Osgodo, qui filiam ſuam Comiti Danico, Tovoni Pruden dicto, elocabat, ut nuptiarum intereſſet ſolennibus, agensque hilarius, inter ipſa vina roſasque concidit, atque exſpiravit, haud ſine veneni ſuſpicione, biennio poſtquam regno potitus fuiſſet, ut referunt atque uno fere ore teſtantur Annales Anglici. Scriptores tamen domeſtici, & Saxo præcipue Grammaticus, cui fides nequaquam eſt abroganda, temporum horum hiſtoriam longe aliter digerunt. Tradit enim Saxo, Haraldum, vivente adhuc Magno Canuto, vita functum, eique in Angliæ præfecturam ſuffectum Svenonem Eſtritium: adeo, ut Haraldum nunquam regnaſſe

Lex Can. Duri de veneratione Danorum nimis arrogantium.

Fabulæ de morte Canuti Duri.

Diſſenſus Saxonis ab Angl. Scriptor.

Sveno Eſtrith. Præfectus Angliæ.

regnaſſe, ſed Canutum continuo poſt obitum patris in regnum ſucceſſiſſe velit; Eundemque e Dania in Angliam profectum, cum opera atque induſtria Svenonis præfecti omnia tuta offendiſſet, impertiſſe imperium Eduardo fratri, ex Ethelredo & Emma progenito, idque non tam quia fraternum in illo affectum magnopere percoleret, ſed, ut regni parte conceſſa, totum appetere prohiberet. Atque deinde biennio poſt, defuncto Canuto, Svenonem, relictis in Anglia præſidiis, rediiſſe in Daniam, repetitum avitum regnum, quod jam Magnus, Olai filius, Norvagiæ Rex, fœderis cum Canuto percuſſi jure, ſibi vindicarat. Quamvis Adamus Bremenſis innuere videatur, ſtatim a Canuti in Angliam trajectione, occupatam a Magno Daniam, eique exturbando cum claſſe ſubmiſſum a Canuto Svenonem, ſed a Magno ſuperatum, in Angliam remeaſſe, ac tum demum defunctum comperiſſe Canutum: atque ita cum Eduardo, nec non Godvino affinitate ſibi junctis, inita de inſulæ parte retinenda portione, in Daniam denuo ad Magnum oppugnandum eſſe regreſſum &c. *Quod cognomen* Duri *attinet*, *explicat illud* Gundlingius, *ut nuper audivimus*, fortis, bello induratus. Sveno Aggonis *Cap. 5.* Canutus Magnus filium genuit, quem ſuo appellavit nomine, & quem cognomine Durum vulgo nominabant, non quod auſterus vel crudelis extiterit, verum inde, quod tale extiterit provinciæ nomen, ex qua natalem duxit originem. *Sed videtur hic Sveno confudiſſe duos diverſos Canutos, quorum uterque cognomento uno eodemque gaviſus ſit, ſecutus forte ipſas memorias, queis poſtea uſus eſt* Snorro Sturlæus, *qui in Chron. Norv. de alio vetuſtiori Canuto, ſc. Regis Siguardi, Anguioculi filio, ita loquitur:*

Interpretationes Cognominis Duri.

Sveno Aggonis notatus.

Duo Canuti Duri.

Gorm

Gorm blef Konge i Jutland effter hannem (ſc. poſt patrem ſuum, Træle-Knud) og haffde det Rige of Lodbrogs Sønner oc var i ſtoer Kiærlighed og Venſkab med Sigurd Orm i Øye, hand opfoſtrede Kong Sigurds og Drotning Bleia (Kong Elles Daatter i Engelland) deres Søn og gav hannem Nafn og kallede hannem Knud efter ſin Fader. Hand blef kallet Horda Knud (Knud Haardbo) fordi hand var fød i Haardſyſſel. *Recte Canutum* Aſperum *vocat* Svaningius *in Chronol. Dan. nam conſtat, ab initio imperii aſperiorem fuiſſe, poſtea vero adeo emollitum, ut* Pontanus *teſtetur*, indolem ipſius omnium confeſſione mitem & ad benignitatis officia fuiſſe propenſiſſimam. *Quod duriora imperii ejus primordia cognomini Duri anſam dederint, vel ex* Hvitfeldio *noſtro haud obſcure pateſcat, ubi de aſperitate Canuti hunc in modum:* Det ſkede ogſaa at hand blef Konge over Engelland dog ſaa lange hand bleff i dette Regimente udrettede hand ſlet inter loffvardigt, men ſaa ſnart hand fick den Kongl. Spür i Haand og Vold, begyndt hand at hefne den u-rett hans Moder var giordt af Haraldo. Thi hand lad opgrave hannem. Harald &c. &c. *Haarde*knud lad i ſit Regimentes Begyndelſe byde en Skat ud til ſin Skibes Flode, at hver Baadsmand, ſom roede ſkulde have 8 marcas oc hver Styremand 12 marcas. Denne Skat vor meget haard og u-lidelig. De ſom tilforn gave Raad at tage Haardeknud til Konge, de nu angrede deres Gierning oc Samtycke og begyndte at faa miſundе tilforn: K. Knud. Aar 1041. udſende Kong Knud ſine Huuskarle (ſ. *homines Regis ſive aulicos*, de qui-

Indoles Canuti Duri.

Ratio Cognomi. Duri.

Tributum Claſſi perſolvendum.

De Huuskarlis Canuti Duri.

quibus videatur Jus Aulicum Norveg. Hirdſkraa item Jus Aulic. Dan. Canut. Magn. Witherslags Retten. *Vocabantur promiſcue* Huskarle, Hirdmen, (ſ. *homines aulici*) Fylgdar-menn (ſ. *Regem comitantes*) hvoraf hand dagligen holdt i ſin Beſtilling 6000. ſom findes udi Wetherlags Retten, at indkræfve den ſtoere Skat, ſom tilforn er ommelt. (NB. *Conſpirat hic* Roger. de Hoveden *Annal. part. I.* Harde-Canutus, *inquit*, ſuos Huscarlas miſit per omnes provincias regni ſui, ad exigendum, quod indixerat, tributum &c.) Og to af dennem (*iterum* Huitfeldius) ere komne til Vigorniam, den eene heed Fides, den anden Thorſtand, hvor dennem og Borgerne ere komne en Trætte imellem, men paa det ſidſte toge Fornefnde to Kongens Tiennere refugium ind i Cloſteret, hvor de locgde dennem Skulderes Lif at redde, men ere dog ſlagne ihiel paa Staden. Da Kongen fick diſſe Tidender at vide, bleff hand overmaade fortørnet oc tenckte paa at hefne det hoſmod hannem vaar ſkeed. Hand lod til ſig hente Greffve Thureum af Mediterranea (Midland) Greffve Leoffrich af Mercia, Greffve Godvin af Veſtſaxen, Greffve Sivord af Northimbria, Greffve Romme af Mageſitanea, oc mange fleere af alt Riget oc fick dennem alle ſine Huuskarle oc en ſtoer Kriegshær, at de ſkulle ihielſlaa oc opbrænde den gandſke Vigornjenſem Provintz, ingen eller intet undertagen, udi nogen Maade. De begyndte at brænde og ihielſlaa den 12 Novembr. oc holdt ikke op i fire Dage, dog vaar Folcken bortløben oc undrømde tilforne. Borgerne vaare inddragne paa en liden og leg-

Fides & Thorſtanus Huuſcarlæ Canuti occiſi.

Sigvardus Danus, cognom. Digre ſ. Craſſus Northumb. Comes, de quo plura infra. Vigornia vaſtata.

liggendes i den Flod Sabrina heder Beverae, of dend giorde de Vern, ſaa Kongens Folck kunde indtet ſkade dem, og ſiden gaf Kongens Folck dennem Forlov, at drage til deres Behold igien, dog vaar all Staden opbrændt paa den femte Dag oc ſtrax mildedes Haardeknuds Vrede. *Hæc* Huitfeldius. *Hinc* Claudius Lyſchander *in Geneal. Reg. Dan. p.* 202. Udi Begyndelſen vaar hand ſtreng og haard (og deraf kaldes Haarde-Knud) og med mange Skatter op u-ſedvanlige Paaleg plagede underſaatterne, men ſiden tog hand ſig etbedre Sind og blev en frommer og loſlig Herre. *Conſentit Calebarr.* Joh. Meurſius *Hiſtor. Dan. Libr.* III. Ob ferociam Durus eſt cognominatus. *Et pluribus interjectis*: Fratrem uterinum Eduardum, populi favore nixum, affectare regnum intelligit, cujus ut ambitioni modum poneret, & diſcrimen amittendi principatus evitaret, in communionem regni eum admittit: ſic ut dignitatis tamen potius conſortem faceret, quam potentiæ. Deferbuerat in Canuto illa animi ferocia, qua cognomen Duri pridem adoleſcens comparaverat: ac nunc contra tam inſigni pacis ſtudio ferebatur, ut ei in Norvegia conſervandæ ſpe ſucceſſionis, Magnum potius placandum duceret, & in Anglia Eduardum in conſortium reciperet: ſocium habere eum, potius quam hoſtem, cupiens. Sed tam bonæ voluntatis fructum mox & vitam amiſit, regni per biennium duntaxat potens, vel ut alii novennium. Moriens Svenoni Eſtrithæ Angliam tradidit. *Elegantiſſime pro more ſuo* Vitus Beringius *in Flor. Dan. p.* 213. In eo locatus throno, orſus eſt imperium ab ultione &c. inde gradum fecit ad tributa, quæ non modica univerſæ Angliæ imperavit. De

Prærogativa Canuti præ conſorte regni Eduardo.

Canutus Durus Svenonem ſucceſſorem ſibi deſtinaverat.

Immodica tributi a Canuto Duro imperati ſumma.

De ſumma æris, ut reliquis omnibus diſſentiant, ipſi Anglorum commentatores, qui exactiſſime poſuere calculum, librarum triginta & bina millia exceſſiſſe pronuntiant. Ingens eo ſeculo tributum, ſed circa domeſticum Regis uſum, in ſtipendio Claſſiariorum, & ſolandis militum laboribus erogatum. Ea tamen exactione offendit Anglorum animos, & non Procerum tantum Magnatumque, ſed plebis in univerſum omnis, quæ prima ſentit hæc mala, aut prima queritur, a ſeſe avertit voluntates. Quamvis non deſint qui erutos a Canuto fraternos cineres, imperatamque Angliæ collatitiam ſtipem, neceſſitati potius, & animoſæ vindictæ, quam morum feritati, adſcribant, ipſoſque (id enim addunt) Anglos non tam repentinas illas Canuti exactiones, quam Canuti formidaſſe animum, poſt aſpera principia regni, quod in vitiis fere ſolenne eſt, in fœdiora omnia ruiturum. Cæterum eam, ſi qua fuerit, formidinem, mors una intra biennium inſequuta, intercepit, quæ in nuptiali feſtivitate Regem, inter roſas & vina ſtantem, bibentemque, ſeu largiore potu, ſeu potius remixto veneno, dejecit &c. &c. Ergo tutior erat Canutus inter Anglos armatos, quam Anglos potantes, eque tentorio ac aula ſua per voluptatum lubrica raptus, pronum ad mortem & breve iter invenit. Cæterum in hoc convivio Anglia erupit e ſervitute, & ſupremo illo, quod Canutus hauſit poculo, ſeſe in libertatem vindicavit. Non armis, non claſſibus, ſed cratere vini perdidimus Sven-Ottonis & Canuti Magni labores, & tot undarum victorias, tot facinora Neptuni, uno Bacchus hauſtu inter pocula delevit. Hoc ſcilicet die periit nobis Anglia, ad Ethelredi deinde Godvinique ſtirpem, ſed brevi tranſcurſu, & velut per ſomnium, devoluta, ut in Nor-

Cum Canuto Duro exſpiravit Danicum in Anglia imperium.

Normannorum denique poteſtate perſeverantius conſideret. Niſi & hos revocare ad natales ſuos & Daniam placuerit, & gentis omnem ediſcere ſtirpem, qua non in externas manus iiſſe inſula, ſed in Danorum rediiſſe familias oſtendatur. Rollonis enim, Normanniæ occupatoris, abnepos fuit Gvilhelmus ille, feliciter ſpurius, qui Eduardi Regis ſupremis tabulis ſcriptus Angliæ hæres, occupavit haud parum ſtrenue legatum ſibi peculium, & ſibi poſterisque ſtabile & perpetuum effecit. Tentarunt non ſemel Dani poſt exceſſum Canuti (*quod ſuis commemorabitur locis*) recuperare inſulam, ſed adulta jam Normannorum potentia, & quicquid arripuerit, polypi inſtar tenente, vanus fuit & irritus labor. Ut Canutum vel hoc nomine Durum voces, quali illum nomenclatione inſignivere Angli, & retinuit poſteritas, ac maxime Dania, cui uni, quod certe conſtat, *Durus* fuit, & propemodum crudelis. Ut enim Angliam taceas, hujus Regis vitio elapſam nobis, qualem tu illam pactionem exiſtimas, qua antequam digrederetur ad Anglos, Daniam omnem ſuam ancipiti aleæ, periculo, & ad ultimum ſervitio objecit &c. *Quibus ultimis* Beringii *verbis alluditur ad fœdus, quod cum Magno Norvegiæ Rege pepegerat Canutus, ut uter illorum producta vivacitate ſupervixiſſet, utrumque regnum Daniæ Norvegiæque coalita majeſtate poſſideret.* Ailredus *Vit. Eduardi Con. pag. 375.* Hardecanuto mortuo, Angli Danico jugo quaſi ab Ægyptiaca ſervitute liberati B. Eduardum in Regem eligunt.

Imperium Angliæ in Danicis remanſit familiis.

Tentamina Danorum in Angliam fruſtrata.

Pactum ſucceſſionis inter Can. Dur. & Magn. R. Norv.

Purchas *his Pilgrim Tom. 3. pag. 621.* Dies mortis Harde-Canuti magna feſtivitate ab Anglis celebrata eſt, quæ feſtivitas Hocktide vocabatur. *De hoc feſto plura inferius.*

Geſta Svenonis Eſtrithii in Anglia.

§. 7. *Abſoluta jam imperii per Angliam Canutini hiſtoria, ad geſta* Svenonis Eſtrithii, *cujus in ſuperioribus mentio ſubinde injecta, Anglicana tendimus.* Pontanus *Libr. V.* Canuto, juxta parentem ſuum Magnum Canutum in Eccleſia Vintonienſi regium in morem funerato, Rex Anglis electus eſt ac renunciatus Eduardus, opera ac ſtudio maxime Godvini Comitis: Qui occaſioni intentus, & jam ante per ſcelus ſublato ejus fratre Alfredo, hoc potiſſimum agebat, ut aut ſibi, aut liberis ſuis, ad regni ſolium viam muniret. Nam Eduardus, cum vir eſſet mitis ac minime ſagacis ingenii, abhorrens a bellis & cædibus, adeo ut etiam exul dicere ſoleret, malle ſe vitam perpetuo privatam agere, quam cæde & ſtrage mortalium ad regnum evehi, ideoque ſperabat Godvinus, facile ſe eum, qui rerum gerendarum eſſet neſcius, aut compoſiturum ſuum ad nutum, aut data aliquando occaſione ſubverſurum &c. &c. Poſtquam increbuiſſet, Canutum vita functum, ſtatim Olai filius, Norvagiæ Rex Magnus, Daniam ex pactione cum Canuto inita &c. accepit. Sed Sveno, ex ſorore Canuti Magni genitus, ſolus ſe Magni conatibus objecit. &c. Itaque de Anglia ſecurus, quam ſibi fidam atque integram manſuram Evardi ac Godvini promiſſis, tum & propriis, quas ibi paſſim collocarat, militaribus copiis confiſus, ad Daniam a Magno repetendam omnes omnino cogitationes ac vires contulit. Sed Haraldus Godvini filius, cujus arbitrio ſe totum Eduardus permiſerat, Svenonis diſceſſu lætatus, aliud conſilium iniit. Nam Danicum præſidium, quod in Anglia Sveno certis locis diſpoſuerat, magnificis convivii apparatibus per obſequii ſimulationem exceptum, ubi mero ac ſomno ſopitum noctu intellexiſſet, immiſſis per inſidias

Eduardus Angliæ ſolus potitur, excluſo Svenone.

Præſidiarii Svenonis Eſtrith. in Anglia trucidantur.

ſidiis percuſſoribus, trucidari univerſum curavit. Eaque nox exiguo temporis momento vetuſtam Danorum dominationem, ac longo multoque majorum ſudore ac ſanguine partum imperium ita peſſundedit, ut vix unquam Danos exinde fortuna reſpexerit. *Et pluribus interjectis.* Sveno eodem tempore, cum omnia ei ex votis fluerent, ac titulis trium regnorum Daniæ, Angliæ ac Norvegiæ, quibus univerſis præfuerat, eveheretur. &c. &c. Apud Anglos hoc anno, qui fuit milleſimus quinquageſimus primus, abrogari Eduardus curavit ingens illud tributum, quod a parente ejus Ethelredo primitus conceſſum, dependi annuatim Danis ſolebat, vulgo Danegildum Angli vocabant. Obiit deinde anno proximo Vinthoniæ, ubi & honorifice ſepulta eſt Regina Emma, Ethelredi & Canuti Magni relicta vidua. *Et poſt complura.* Agebatur hinc annus humanæ ſalutis milleſimus ſexageſimus ſextus, cum Eduardo quoque Angliæ Rege, ſine prole defuncto, Haraldus, ex Thyra ſorore Ulphonis Canuti Magni ſororii filius, regiæ domus Major, & qui vivo adhuc Eduardo, univerſam in ſe Regni adminiſtrationem transtulerat, regnum præpropere occupare conatur. Anglici ſcriptores, & in his Polydor. Virgil. Canuti Magni ſorore natum Haraldum hunc tradunt, ſed perperam, quamvis & Saxo noſter haud aliud voluiſſe videatur, niſi in eo pro: Quia etiam ſororem, Anglorum ſatrapæ Godvino nuptiis junxit, legendum potius: Quin etiam ſororem Ulphonis Anglorum Satrapæ, Godwino, nuptiis junxit, ut habet diſerte eorum fere temporum æqualis Ad. Brem. Lib. 2. Cap. 37. ubi ait: Ejusque Ulffi ſororem copulavit Canutus Magnus alteri Duci Goduino (NB. *Ulpho ille fuit Pater Suenonis Eſtrithii.*) *Et paulo poſt* Bontanus:

Fortuna Danorum concuſſa.

Danegildum abrogatum.

Eduardo ſuccedit Haraldus, Godwini fil. conſobrin. Svenon.

Polydor. Virgil. notatus.

Lectio Saxonis emendata.

tanus: ſed ut pax & quies inter Danos & Norvegos tum fuit, ita inter Anglos & Danos recruduit diu latens ſimultas, præſertim tenente jam imperium

*Haraldo ſuccedit Wilhelmus Norm. Dux.*

Gulielmo (*ſc. Conquaeſt.*) Qui licet e boreali hac plaga genus traheret, utpote *Rollonis* (qui primus in Galliæ littore a ſe & gente ſua appellatam Normanniam conſtituit) adnepos, tamen ægre Svenonem habuit, quod Godvini & Haraldi primum technis deceptus, poſt Eduardum abſenti ſibi Angliæ ſceptrum videret præreptum, & nunc viciſſim, excluſo atque interempto Haraldo, id ſibi Normannum paraviſſe. Nec latere hoc Normannum potuit, qui idcirco nihil prius habuit, quam Danici belli tempeſtatem, quam impendere videbat, avertere, & ſibi vel gratia, vel pecunia quietem redimere. Qua in re præcipue eſt uſus Adelberti Archiepiſcopi Bremenſis opera. Hic enim muneribus Gulielmi perſuaſus, ſummo allaboravit ſtudio, ut inter Svenonem & Normannum pax coiret. Et eam licet aliquatenus conſecutus Archiepiſcopi ſolertia Gulielmus videretur, non tamen in plenum frui potuit. Nam Sveno, etiamſi ipſe domeſticis atque aliis rebus diſtentus, nihil in adverſum moveret, tamen filii ejus Haraldus & Canutus, aſſumptis Comitibus, Esberno

*Claſſis Svenonis Eſtrithii in Angl. miſſa.*

patruo, & Torchillo, cum claſſe ducentarum & quadraginta navium anno milleſimo ſexageſimo nono oſtium Humbri fluminis hoſtiliter ingreſſi. Cumque in terram deſcendiſſent, & fama eorum late divagaretur, obvios habuerunt magna cum armatorum manu Edgarum Ethelingum & Comitem Wal-

*Confœderatio Ethelingi & Walteoſi Comitum cum Danis.*

thoſum, (NB. *de hujus poſterioris tragica & miranda morte, adducto ſimul epitaphio, inferius agemus*) qui à Gulielmo Notho, dum is leviſſimis de cauſis

*Sævitia Wilhelmi in Danorum reſiduos Nobiles.*

in omnes Anglici ac Danici generis nobiles deſævit,

ex

ex Anglia profligati, apud Scotos ſe extorres continebant. Hi occaſione Danicæ claſſis illud agendum putaverunt, ut copiis ſuis cum Haraldo & Canuto conjunctis, Gulielmum communibus viribus oppugnarent. Itaque percuſſo inter ſe fœdere, Eboracum verſus iter inſtituunt, cunctaque ferro & igne populantur. Inter ceteros Archiepiſcopus urbis Alphredus tanto terrore adventantium de novo Danorum exhorruit, ut animi internecino mœrore affectus, continuo exſpirarit. Interea, qui urbi relicti erant præſidio Normanni, ubi per ſpeculatores cognoverunt, Danos vix bidui abeſſe, conſilium capiunt incendendi ſuburbana præſidia, ne uſui hoſtibus forent, ſeque intra urbem continendi. Injecto itaque caſtellis igne, ſubortus repente ventus vagantem flammam adeo in altum lateque evexit, ut igneæ ſcintillæ magna cum copia urbem verſus diffuſæ, majus intra quam extra muros incendium fecerint, quo pæne ædificia univerſa cum æde D. Petri in totum abſumpta ſunt. Quocirca quod erat intra urbem præſidium civiumque plurimi exire compulſi; in hoſtem, quem vitare ſtuduerant, incidunt. Hic a Danis Normanni cum ad urbem, quæ jam in favillas quaſi conciderat, regreſſus non eſſet, adeo confertim cæſi, ut ultra hominum tria millia trucidata chronologi referant. Inde manubiis & ſpoliis completa claſſe, ac verſo quam celerrime in Northumbros procinctu, eos in fidem ultro ſe dedentes recipiunt. Jamque totam pæne, quæ eſt ad boream, Angliam Danus tenebat, ſeque ad oppugnandum Londinum parabat, niſi anni hiems, ſolito vehementior, expeditionem tardaſſet. Nec alia cauſa Gulielmum, in adverſum ire parantem, detinuit: dum cœlo tandem pacatiore uſus, magnis itineribus in Eboracenſem agrum conten-

Alphredus Archiep. Ebor. metu Danor. exanimatus.

Eboracum incenſum.

Normanni a Danis fuſi.

Northumbri ad Danos ultro deficiunt.

Anglia borealis ſubacta. Obſidio Londini paratur.

contendit, ac prope Trentam flumen, quod Humbram influit, caſtra metatur. Hic aliquantulum moratus, mox copiis explicatis manum cum Danis conſeruit. Dimicatumque eſt acriter & aliquamdiu æquo marte, dum tandem, qui equitatu erat ſuperior Normannus, aliquot ex Scotis Danorum auxiliaribus in fugam compulſis, ceteros quoque loco movet &c. Gulielmus victoria potitus, poſtquam in defectionis auctores, quos nanciſci potuit, animadvertiſſet, Northumbriam atque omnem Eboracenſem agrum ita deſolavit, ut aliquot exinde annis incultus ſteterit. Tradit Vigornienſis, Gulielmum non tam in hoſtem, quam in ipſos Anglos Northumbrosque deſæviſſe, ac miſſis ad Comitem Danicum Osbernum nunciis, præter ingentem pecuniæ ſummam, etiam commeatum, qui ei totique ejus exercitui ſufficeret, ea lege obtuliſſe, ut hibernis transactis, abſque pugna ac direptionibus, cum claſſe totoque exercitu in patriam reverteretur. Esbernumque pecuniæ ac opum avidum, non ſine ſuorum dedecore, conditionem a Normanno oblatam accepiſſe &c. Esbernus autem finita hieme, cum claſſe in Daniam ex pacto regreſſus eſt. Reverſum Rex haud quaquam benigne excipiens, extorrem regno cedere quam primum juſſit, quod bellandi occaſionibus poſthabitis, ſe reliquis invitis deliniri pecunia ac largitionibus ſiviſſet &c. &c. Simeon Dunelmenſis *Hiſt. de geſtis Reg. Angl. ad An. MLXVIII.* Quo anno, *inquit*, ante nativitatem S. Mariæ, Svani Regis Danorum filii, Haraldus, Canutus & patruus eorum Osbernus, & Epiſcopus eorum Chriſtianus, Comesque Turchillus, ducentis quadraginta navibus de Danubio venientes, in hoſtio Humbræ fluminis appli- cuerunt, ubi eis Clito, Eadgarus, Comes Walthenus,

Prælium acre.

Dani & auxiliares Scoti fugati.

Esbernus Dux Danor. pecunia corruptus & exilio mulctatus.

Epiſcopus quidam Dan. Chriſtianus expeditionis hujus ſocius.

&

& Marleſven, multique alii cum claſſe, quam paraverant, occurrerunt; affuit & Coſpatricus Comes cum totis viribus Northymbrorum, unanimiter omnes contra Normannos congregati, de quorum omnium adventu Epiſcopus Eboracenſis, Archiepiſcopus Aldredus, valde triſtis effectus, in magnam decidit infirmitatem, & decimo anno ſui Archiepiſcopatus III Idus Septembris, feria ſexta, ut Deum rogaverat, vitam finivit, & in Eccleſia S. Petri eſt ſepultus. Octavo poſt hunc die ſc. XIII Kal. Octobr. ſabbatho, Normanni, qui caſtella cuſtodiebant, timentes, ne domus, quæ prope caſtella erant, adjumenta Danis ad implendas foſſas caſtellorum eſſent, igne eas ſuccendere cœperunt, qui nimis excreſcens totam civitatem invaſit, monaſteriumque S. Petri cum ipſo conſumpſit. Sed ultione Divina citiſſime vindicatum eſt iis graviſſime, nam priusquam tota civitas eſſet combuſta, Danica claſſis ſupervenit feria ſecunda, & hinc Dani illinc Northymbrani expugnantes, caſtella eadem die infregerunt, & plus tribus millibus ex Normannis trucidatis, Wilhelmus Malet, qui tunc vice-comitatum gerebat, cum ſua conjuge & duobus liberis, & Gilberto de Gant, aliisque perpaucis vitæ reſervatis, naves Dani cum innumeris manubiis, ſuasque ſedes repetierunt Northymbri. Quod ubi Regi Wilhelmo innotuit, exercitu mox congregrato, in Northymbriam efferato properavit animo, eamque per totam hiemem devaſtare, hominesque trucidare, & multa alia non ceſſabat agere. Interea nunciis ad Danicum Comitem Osbernum miſſis, ſpoſpondit ſe clanculo daturum illi non modicam ſummam pecuniæ, & permiſſurum libenter exercitui ſuo victum circa ripas maris rapere. Ea tamen conditione interpoſita, ut ſine pugna diſcede-

ret peracta hieme: ille autem auri argentique cupidus, non ſine magno dedecore ſui, petitis conceſſit: *Quibus ſequentia ſubjungit* Torfæus *in Hiſt. Norv. Part. 3. pag. 385.* Ordericus Vitalis magis quidem elevat, potentiam tamen Sveni Regis admodum celebrat, auxiliaque a Polonis, Friſiis, Saxonibus, imo ab ipſa Lutétia, confluxiſſe tradit; imo a gente ethnica, Thoris Odinique cultui jam tum dedita, populoſiſſima quidem illa, ſæpius a Sveno devicta, tandem etiam ſubjugata, Vandalos intellexiſſe videtur. Norvegos inter hos non numerat, ita tamen de iis ſcribit, ut ſatis conſtet, non interfuiſſe modo, ſed magnam copiarum partem conſtituiſſe. *Dani*, inquit, *Eboracum accedunt, nimiſque incolarum contubernio aucti ſunt; Gvalleus enim Gajus Patricius, Marius, Svenus &c. &c. anteſignani erant, & Danos Northvigenasque præcedebant &c.*

Norvegi, Galli, Poloni, Friſii, Saxones, Vandali cum Scotis Danor. auxiliares.

*Svenonem Eduardo de regno Angliæ negotium faceſſiſſe, tacent noſtrates* Meurſius, Pontanus, *alii. Sed* Ernſtius *in Notis ad* Geneal. Reg. Dan. *e Cod. Laudunenſi editam*, *ex* Ingulpho *Abbate Croylandenſi*, *ſcriptore Anglico*, *obſervat*, *Svenonem eo adegiſſe Eduardum, ut ſibi tributa perſolveret; quando in hac dicta Genealogia verba ad ann. Chr.* CIↃLI. SVEVO (ſ. Sveno) iſte cognomento Magnus, potens valde extitit, & glorioſus, & omnibus circumquaque nationibus formidabilis &c. *ita commentatur* Ernſtius: Maxime vero Eduardo Angliæ Regi, quem una cum regno ſuo, cum Rex eſſet Daniæ & Sveonum, ingenti claſſe parata, tributarium ſibi fecit. Idque tributum Danigeld fuiſſe dictum, ſcribit Ingulphus Hiſtoriæ ſuæ pag. 897. exactiones autem has ante quoque vocatas eſſe Dangelt, ſive, uti eſt in legibus antiq. Anglicis, Danigeldum, teſta-

Sveno Eſtrith. omnibus vicinis formidabilis.

Eduardus Confeſſor fuerat Svenoni Eſtrith tributarius.

ſtatur Camdenus in Britannia ſua pag. 76. Cæteris ſuis vicinis non usque adeo fuit formidoloſus. *Idem* Ernſtius *in antecedentibus pag.* 75. Sveno hic fuit Sororis Canuti Magni filius, & non Sven-Othonis, ut Dn. Huitfeldio in ann. Chr. CIↃXLII. excidit, ſeu potius ſummi viri amanuenſis locum depravavit, quem ſanatum paulo poſt in ann. Chr. CIↃXLVIII. video. Nam Sven-Othonis ſoror erat Gunildis, in laniena Anglica interfecta. Sveno vero ex Eſtritha, aliis Margareta cognomine Eſtrith, & Ulfone Adamo Bremenſi Wolf, Angliæ Duce, vel ut aliis placet, comite, cognomento Sprakeleg, pro quo corrupte apud Rogerium & Wigornienſem legitur Sprallingi & Spraclingi, genitus eſt.

Huitfeldius notatus.

Ulfonem hunc Svenonis patrem, fuiſſe Svecum, Saxonis & aliorum autoritas comprobat, a qua ſeceſſionem faciunt Rex Ericus in Hiſt. Regum Dan. & Adamus Bremenſis lib. II. Cap. XXXVII. qui eum Angliæ vindicant &c.

Ulfo pater Svenon. Eſtrithii, utrum Svecus an Anglus.

Svenonem noſtrum, Ulfonis filium, quod attinet, cognominatus is eſt Eſtreth ſive Eſtrithius, quod nomen ad differentiam alterius Svenonis, Canuti Magni filii, conſobrini ſui (NB. intelligit hic Regem Norvegiæ *Svenonem Alfgiva Filium* ex genitrice ſimiliter cognominatum) ex matris nomine ipſi impoſitum fuit. Duos hos Svenones male confundit in unum Thomas Bozius de ſign. Eccl. pag. 191. & pag. 81. libr. XX. Errore heic ſimili labitur etiam Ordericus Vitalis, Uticenſis monachus libr. IV. Eccleſiaſt. Hiſtor. pag. 513. ubi Svenonem Eſtrithium, quem Svenum vocat, Eduardi Regis nepotem, & Hardecanuti filium dicit; & manus illa, quæ ad marginem hæc verba appoſuit: *frater uterinus ex Emma*, cum Orderici mentem non perceperit, errorem errori addidit. Ordericus enim non vult, Eduardum Harde-Canuti fuiſſe filium, ſed cauſam

Errores Thomæ Bozii, Order. Vitalis & Uticenſis deteguntur.

indicat, quare Sveno Eſtrithius Anglis ſuppetias adtulerit. Incitatum nimirum fuiſſe proxima Cognatione (ita enim legendum eſt, pro cognominatione) ad regni cupiditatem: utpote, inquit, nepos Eduardi Regis Hardecanuti filius. Id quod falſum eſt &c. *Hæc Ernſtius. Adduximus in* Marmoribus Danicis *Svenonis noſtri, quod in Cathedrali Roſkildenſium Eccleſia extat, epitaphium, in cujus limine Angliæ Rex ſalutatur:* Sveno Magnus Rex Daniæ, ANGLIAE, & Norvegiæ: *poſtea inter alia hoc diſtichon:*

An Sveno Eſtr. Angliæ Rex fuerit.

Anglos Marte premens, Norvegica regna ſubegit,
Fit tria ſceptra tenens unica Dana manus.

*Ubi hoc quidem verum, Marte Anglos preſſiſſe Svenonem, ſceptrum vero Anglicanum tenuiſſe, non item. Eadem fere locutione hallucinatur Anonymus Hiſtoriæ Conditor Archiepiſcoporum Bremenſium, in vita Alberti I. ubi hæc leguntur de Svenone noſtro, quem Danorum vocat tyrannum, & Regem ſuperbum, contra ac Adamus Bremenſis, qui in ejus eruditione, facilitate & affabilitate celebrandis admodum operoſus eſt.* Eo tempore, *inquit Anonymus*, cum Rex juvenis Svein tria pro libitu ſuo regna, Danorum videlicet, Nordmannorum & Anglorum teneret, mox ſuccedentibus proſperis, Regis cœleſtis eſt oblitus. *Quæ ad verbum transſcripta conſpiciuntur apud* Alb. Stadenſ. *in ann. Dom.* cIↄ L. *pag. 124. Verum Præfecti quidem nomine, juxta Saxonem, ſub Canuto Duro Angliæ præfuerat Sveno, eumque ſucceſſorem ſuum in dimidia Angliæ parte, poſt diviſum ſcilicet cum Eduardo imperium, conſtituiſſe Canutum, innuunt verba Meurſii:* Canutus moriens Angliam tradidit Svenoni Eſtrithæ, *deque ea inſulæ portione retinenda Eduardi ac Goduini promiſſis fretum, relictis in Anglia præ-*

*præſidiis, Danicam adverſus rivalem Magnum Norvegum expeditionem adornaſſe perhibet* Adamus Bremenſis, *poſteaque ingenti, ducibus filiis germanoque ſuo Esberno*, Wilhelmum Conquæſtorem *claſſe fruſtra adortum*, ex Pontano *audivimus*; *ſed Angliæ regnum Regia poteſtate tenuiſſe, inſulanumve illud ſolium revera ſcandiſſe, nemo hiſtoricorum, quod ſciam, melioris notæ, comprobaverit. An vero Anglici Regis titulum, ne juri ſuo renunciaſſe videretur, forte uſurpaverit Sveno noſter, pro certo non conſtat. Conjecturæ huic favere aliquis dixerit* Pontanum, *quando ait, Svenonem titulis trium regnorum Daniæ, Angliæ & Norvegiæ, quibus univerſis præfuerat, evectum fuiſſe elatumve. Sed exinde nihil certi. De* Hardingo *Svenonis Eſtrithii filio & nepote* Roberto, *unde* Barones Anglici de Barclai *deſcendunt, loquitur idem* Pontanus *pag.* 193. Adnumerandus, *inquit*, poſtremo his omnibus (*ſc. Svenonis filiis*,) ex quorundam ſententia etiam Edmundus, qui infans obierit, Itemque Hardingus, non quidem Saxoni Grammatico, ſed Anglicis Autoribus nominatus, utpote qui in Anglia, ducta uxore, pedem fixerit, relicto poſt ſe filio Roberto: Qui patritius fuit Briſtolienſis & Henrico II. Anglorum Regi ita charus, ut ejus beneficio, unicam filiam & ex aſſe hæredem Domini de Barckelei in uxorem acceperit: unde Roberti illius poſteri, qui ſummo honore floruerunt, Barones de Barclai etiamnum apud Anglos appellantur. Idem una cum Rege Henrico jam indicato, ſpecioſum illud coenobium ſive templum prope Fromi fluentum condidiſſe memoratur, atteſtante, quæ ibi veſtibulum prætendit, antiqua inſcriptione, quæ & Robertum hunc Hardingi filium, Regio Danorum ſangvine natum, ſubindicat. Ita enim habet, Camdeno teſte:

An Sveno Eſtr. Angl. Regis titulum uſurpaverit.

Hardingus, filius Svenonis, in Anglia reſedit.

Nepos Svenonis Robertus Patricius Briſtol.

Ab eo Comites Barclaji deſcendunt.

REX

Inſcript. Monaſt. ab eo fundat.

REX HENRICVS II. ET DOMINVS ROBERTVS F. HARDINGI FILII REGIS DANIÆ HVIVS MONASTERII FVNDATORES.

*Mire admodum de morte Svenonis Eſtrithii fabulatur* Rogerius Hovedenus, *quando inter alia Sancti Edwardi Regis miracula, nugas ſequentes vendit:*

Fabula de morte Svenon. Eſtr.

Quodam die, cum Rex Edwardus, ad celebrationem Miſſæ apud Weſtmonaſterium, ante altare in oratione proſtratus jaceret, vidit, qualiter Rex Danorum parato navigio magno, ut in Angliam hoſtiliter veniret, cum de navicula in majorem navem intrare deberet, lapſus inter utramque, in profundum maris ſubmerſus eſt, & ſtatim diſſipatum eſt navigium ejus. Quo viſo miraculo beatus Rex Eadwardus riſit, immenſas agens gratias Deo. Epiſcopus vero, qui Miſſam illam celebravit, timuit, quod Rex aliquid de eo vidiſſet in celebratione Miſſæ, unde riſum feciſſet. Celebrata itaque Miſſa, Epiſcopus, convocatis Comite Haroldo & aliis magnatibus Regis, qui aderant, diligenter quæſivit a Rege, qua de cauſa ipſe, in celebratione Miſſæ, riſum fecerat, & narravit ei Rex viſionem, quam viderat; & notatis die & hora miſerunt legatos in Denemarchiam, & invenerunt ita accidiſſe Regi Danorum, ſicut Rex Eadwardus prædixerat. *Quod eo magis mirum, cum idem Hovedenus, poſt obitum Svenonis Eſtrithii in ann. 1076. referat.* Anno, *inquit*, 1076. Rex Danorum Swanus bene literis imbutus obiit, cui filius ſuus Haraldus ſucceſſit. *Annus vero emortualis Eduardi Confeſſoris ſecundum calculum Pontani aliorumque eſt MLXVI. Nec tamen alius, ævo Eduardi, fuit Danorum Rex, de quo fabula narretur, quam Sveno noſter, qui tribus ex hinc annis ſc. MLXIX. hoſtilem adverſus, alterum*

Sveno Eſtrith. literatus.

*Eduar-*

*Eduardi ſucceſſorem, Gulielmum expedivit claſſem. Cum vero hic Eduardi facta ſit mentio, ſequentia de Odone, Archiepiſcopo Cantiæ, ſigna Eduardi olim ſecuto, ex* Malmesburienſi *de geſt. Pontif. Angl. libr. I. adducere lubet.*

§. 8. Odonis igitur, *inquit*, non levem in ſanctitate & miraculis gloriam libare par eſt, quantum ad nos ex ſucceſſione fama manavit, & hoc non ſolum de eo, ſed & de aliis Sanctis Angliæ &c. Odo, ut teſtatior eſſet ejus ſanctitatis indoles, ſicut ortu ſuo dumorum aſperitatem eluctatur roſa, depreſſa feritate Danica, cujus gentis oriundus erat, in magnum ſpecimen bonitatis evaſit. Parentes ejus tempore Regis Elfredi infeſtaverant Angliam, ipſe cæteris vel abeuntibus, vel extinctis, Eduardo aliquamdiu militans, non multo poſt comam tonſus, clericatum profeſſus fuerat &c. NB. *Vocabatur* Ode the good i. e. *Odo Bonus.*

De S. Odone Archiep. Angl. ex Danis oriundo.

§. 9. *Hinc ad Anglicanam Haraldi Strenui, vulgo* Haardraade, *Norvegiæ Regis procedimus expeditionem, nonnulla Anglicorum inprimis Scriptorum de illa adducturi teſtimonia.*

Anglicana Haraldi Stren[illegible] Norv. Reg. Expeditio.

Simeon Dunelmenſis *Hiſtoria Dunelmenſ. Eccleſ. Libr. III. Cap. XV. hæc ſcribit*: Anno Dominicæ incarnationis MLXVI. piiſſimus Rex Eduardus XXIV. regni ſui anno, Nonas Ianuarii defunctus eſt, pro quo Haraldus regni ſolium aſcendit, ſed parvo tempore gubernavit, ingruentibus enim undique adverſis, contra fortiſſimum Regem Norvigenſium, primo per duos Comites, ſed mox terga vertentes, deinde per ſe ipſum, non longe ab Eborico iniit bellum, ibi quidem victoria potitus, ſed inde divertens contra potentiſſimum Normannorum comitem, qui jam in Angliam non multo exercitu advenerat, dimicavit,

Fortitudo Haraldi.

Victoria Haraldi Norvegi ad Eboracum.

micavit, ſed cum toto pæne Anglorum exercitu occubuit. *Idem de geſtis Reg. Anglor. ad eundem ann. hæc clarius deſcribit:* Quibus geſtis cum claſſica manu prævalida ſc. quingentis magnis navibus Haraldus Harvager (NB. *erratum hic eſt in cognomento, quemadmodum & Gemmeticenſis Herſagam perperam vocat, confundendo Haraldum hunc Strenuum vel* Haardraade *cum Haraldo Haarfager ſeu Pulchricomo)* Rex Norreganorum, frater S. Olavi Regis, in hoſtio Tinæ fluminis improviſe applicuit, ad quem Comes Toſtius (NB. *Erat is frater Regis Haraldi Godwini, ſed ipſi inimicus*) ut prius condixerat, ſua cum claſſe venit, & citato curſu oſtium Humbræ fluminis intraverunt, & ſic adverſus curſum Uſæ fluminis navigantes, in loco, qui Richale dicitur, applicuerunt, & Eboracum gravi pugna obtinuerunt. Quod ubi Regi Haraldo innotuit, verſus Northymbriam expeditionem propere movit. Sed priusquam Rex illuc veniret, duo germani Comites, videlicet Edvinus & Morkarus, cum ingenti exercitu in vigilia Sancti Matthæi Apoſtoli, feria quarta, in boreali ripa Uſæ fluminis, juxta Eboracum, apud Fultford cum Norreganis prælium commiſere, & in primo belli impetu viriliter pugnantes, multos proſtraverunt. At poſtquam diu certatum eſt, Angli Norreganorum impetum non ſufferentes, haut ſine parvo detrimento ſuorum terga dedere, multoque plures ex iis in fluvio demerſi ſunt, quam in acie cecidere, Norregani vero loco dominantur funeris & obſidibus D. de Eboraco ſumptis, ad naves repedarunt, relictis ibidem de ſuis CL. obſidibus. Verum quinto poſt hunc die, id eſt VII. Cal. Octobris, feria II. Rex Anglorum Haraldus, multis millibus paganorum, armis bellicis inſtructorum, Eboracum veniens,

Error in cognomine.

Angli a Norvegis fuſi & fugati.

veniens, & Norvegienſis in loco, qui Stanfordbrige dicitur, occurrens, in ore gladii Regem Haraldum Comitemque Toſtinum, cum majore parte ſui exercitus occidit, & plenam victoriam, licet acerrime repugnatum fuiſſet, habuit, filium autem ejus Olavum, & Comitem de Orcado Paulum nomine, qui ad naves cuſtodiendas cum exercitus parte fuerant dimiſſi, redire libere permiſit.

Haraldus Rex, Norveg. cæſus.

Ailredus Abbas Rievallis *de vita & miraculis Eduardi confeſſoris, Victoriam Eduardi miraculis adſcribit, Norvegiæ Regem ſcapha evaſiſſe narrans, pag. 394.* Toſtinus, *inquit*, ab Haraldo fugatus, cum ipſe in regnum ſucceſſiſſet Eduardi, comitante ſe Rege Norvegiæ Haraldo, cognomento Harfager, multa claſſe cum exercitu multo, contra fratrem pugnaturus applicuit in Angliam, contra quos aciem producens Haraldus victor extitit, Toſtinus in bello proſternitur, Rex Norvegiæ lapſus fuga in unam naviculam cum paucis ſe recepit. *Niſi forte id de filio Haraldi Olafo, qui poſtea regnavit,* (*ut auguratur* Torfæus *in Hiſt. Norv. Part. 3. pag. 357.*) *intelligendum ſit; alias enim ſibi non conſtaret Ailredus, cum poſtea titulo:* De victoria Regis Haraldi per beati Regis merita; *pag. 404. Norreganorum Haraldum, fratremque ejus Toſtinum, cum pene toto eorum exercitu proſtratos aſſeveret. Accedat egregius* Bromtonis *locus Chronic. pag. 958 & 959.* Interea Rex Norreganorum Haraldus Harefag. frater St. Olavi, Angliam expugnat, & ſibi ſubdere anhelans, cum plusquam trecentis puppibus in hoſtium Tinæ fluminis applicuit; ad quem Toſtius Comes, ſicut condixerat, ſua cum claſſe advenit, & ſibi gaudenter protinus ſe ſubdebat. Deinde ambobus per Humbriam usque ad Eboracum venientibus, duo germani Comites, Merciorum ſcil.

Victoria Anglor. S. Eduardi miraculis adſcripta.

An Haraldus Norv. R. elapſus.

& Northumbriæ, Edvinus & Morcarus, ſive ſecundum quosdam Marcherus cum eis juxta urbem viriliter & valide pugnaverunt, cujus pugnæ locus in auſtrali parte adhuc oſtenditur civitatis, Edvino & Morcaro glorioſo Martis omine in fine devictis, ſed tunc tamen obſidibus interim utrinque datis. Quinto poſthæc die Rex Haraldus ſuperveniens, iis apud Stanfordbrige cum manu valida obviavit. Pugna igitur acerrime incepta, cum a ſummo mane usque ad meridiem horribiliter ruentes utrinque perſeverarent, numerus Anglorum maximus Norvagenſes cedere, ſed non fugere compellebat. Ultra flumen igitur repulſi, vivis ſuper mortuos transeuntibus, magnanimiter reſtiterunt. Quidam vero Norvagenſis, famâ æterna dignus, ſuper pontem reſtitit, & quadraginta Anglos ſecuri cadens electa, usque ad horam diei nonam ſolus omnem Anglorum exercitum detinebat. Tandem quidam navem ingreſſus, per foramina pontis inter celanda jaculo eum percuſſit. Transeuntes igitur Angli, Regem Norreganorum, & fratrem Regis Haraldi Toſtinm, & totum fere eorum exercitum, quamvis acerrime eſſet repugnatum, in ore gladii interfecerunt. Olavum tamen filium Haraldi Norvegiæ Regis, & Ducem Orcadum, paucis obſidibus & juramentis acceptis, cum viginti navibus redire in patriam permiſerunt. *Quibus ſubjungit* Torfæus *Hiſt. Norv. Part. 3. p. 358.* Certe hujus Viri virtus cum nomine, haud exiguo famæ ejus damno, noſtris præterita eſt; ex hora diei tamen haud obſcure colligitur, id contigiſſe, cum *Eyſteinus Orrius* bellum noviſſime renovaret, nec abſurdum, eum ipſum Anglos tantisper ſuſtinuiſſe, cum valde memorabilem procellam excitaverit: ſingulos quoque Norvegorum deciendæ pugnæ, quam momentis, quæ inciderunt, obſer-

Veſtig. pugnæ Norvego-Anglicæ Eboraci.

Inauditum Martii Norvegi facinus.

Putatur fuiſſe Eyſteinus Orrius.

obſervandis, ipſum quoque Thiodolfum (*Fuit is Poëta Regem Norvegiæ comitatus.*) ſollicitos fuiſſe.

Thiodolfus Poëta Norveg. qui ex more expeditioni interfuit, ut illam poſtea Carmine complecteretur.

Marianus Scotus *Chron. libr. 3. ad ann. 1066.* Araldus Rex Normannorum mille navibus venit in Angliam menſe Septembri regnaturus, qui Eboraci in autumno 1100. ſacerdotes Anglos occidit. Araldus vero Anglorum Rex, cum 7 aciebus bellicis ſtatim pervenit illo, Araldum imparatum absque loricis invenit, & bello occidit. *Lanienam illam ſacerdotum, cujus hic meminit*, Henr. de Knygthon *de eventib. Angliæ. Libr. I. Cap. XVI. quoque memorat, ſacerdotum tamen numero ad centum usque imminuto, laicorum vero ſubſtituto.* Iſte Haraldus, *inquit*, Noricus, in adventu ſuo iter dirigit verſus Eboracum, ubi veniens centum clericos & mille laicos occidit: ſed Rex Anglorum ſuperveniens cum ſeptem legionibus virorum fortium obtinuit victoriam. *Centum Presbyteros occidiſſe ſcribit* Sigebertus *pag. 157.* Id vero noſtrates (*ſubjungit Torfæus l. c.*) plane prætereunt: nec ignorare potuiſſent, ſi unquam factum eſſet, cum complura haud perfunctorie deſcribant, quin & tradunt, Eboracum nunquam bello captum. Plures Anglicorum ſunt, qui hujus lanienæ non meminerunt. *De occaſione hujus expeditionis, ejusque progreſſibus, operæ pretium erit nonnulla carptim ex* Torfæo *proferre, qui Hiſtor. Norv. Part. 3. a pag. 344. ad 358. molimina hæc Anglicana proſequitur. Pag. 347.* Inde in Daniam ad amitinum ſuum Regem Svenum (*ſc. Eſtrithium*) profectus, (*de Comite Toſtio a fratre Haraldo Goduini Angl. Rege relegato ſermo eſt*) auxilium ejus implorat. Rex Comitatum ei in Dania ad dignitatem tuendam ſatis idoneum offert. Prætulit autem Angliam Toſtius atque

Quid de Laniena Sacerdot. Angl. Haraldina tenendum.

Occaſio hujus expeditionis.

Sveno Eſtrith. ad Angl. recuperandam invitatur.

 ita

ita reſpondit. Quodſi auxilium mihi ad recuperandum jus meum dignitatemque ferre gravaberis, nihilominus ego, quicquid in me virium eſt, ſi exemplo avunculi tui Knuti Magni exercitum in Angliam transportaveris, totum in uſum tuum effundam. Multi mihi in Anglia propinqui, multi amici, & confoederati &c. Tanto, ait Sveno, avunculo meo Knuto Seniore minor ſum, ut vix Daniam a Nordmannorum inſultibus tueri poſſim, cum is Daniæ hæreditatem creverit, Angliam bello, ancipiti ab initio fortuna, & prope deſperata, acquiſiverit, Norvegiam autem ſine armis: magis itaque me ignavia noſtra, quam illius ſtrenuitate, metiar. Tum Toſtius: Quandoquidem ſpe, quam de te, tanto viro, ad neceſſitatem noſtram ſublevandam fovi, deſtituor; illam forte amicitiam quæram, quæ magis immerita, illum Principem, cui major ad ardua periclitanda, quam tibi animus. Inde in Norvegiam profectus, Regem Haraldum adit, rerumque ſuarum ſtatum omnem ordinemque exponit, opemque ejus ad amiſſa recuperanda poſtulat. His inter alias perſvaſionibus uſus: Tu, inquit, ſi Angliam acquirere cupis, me annitente potiſſimam procerum partem tibi adjunges, ſolo enim titulo frater Haraldus me ſuperat, cætera parem. Conſtat enim omnibus, nunquam in ſeptentrione ducem tibi parem natum: id vero admirantur, cum quindecim annos pro imperio Daniæ dimicaveris, Angliam quæ patet, abs te negligi: nec jure deſtitueris, cum in eam perinde atque in Daniam, juſtus Magno hæres, quippe patruus, fratris filio ſucceſſeris. His accuratiſſime perpenſis, vera eſſe Rex animadvertit, inque proximam æſtatem expeditio ad Angliam oppugnandam concluſa. *Et pag. 349. ſequ.* Et jam de eventu tanti apparatus paſſim,

*Haraldus Rex Norv. ad exped. Angl. invitatur.*

*Inſigne fortitudinis Haraldinæ Encom.*

*Expeditio Anglic. decreta.*

ſim, propeque in ſingulis domibus, maxime tamen in aula, crebro ſermone diſquiſitum. Alii peritiam Ducis longo uſu jugique experientia comparatam, corporis inexhauſtas vires &c. Geſta inſuper per tot orbis partes Herculea, ſed & robur delecti exercitus jactabant. Alii contra Angliam populis divitem, præſidio militis e multis regionibus, maxime tamen iis, quibus Danica lingua in uſu eſſet, ſelecti, quod Thingmannorum præſidium appellatur, defendi, quorum ſinguli duobus, vel præſtantiſſimis, Norvegis jure viderentur præferendi. Quod cum Ulfus Stallarius audiret, verſum fecit, qui nec hodie codicibus excidit, quo ſignificabat, aliter ſe juvenilibus annis bello aſſveviſſe, quam ut unum Thingmannorum formidaret &c. &c. Rex paratis omnibus, antequam Nidaroſia ſolveret, ſcrinium S. Olafi acceſſit, aperuitque, præſectisque capillis & unguibus iterum clauſit, clavemque in fluvium Nidam projecit &c. Plus quingentis magnis navibus Angliæ appuliſſe, Scriptores Anglici tradunt, præter claſſem, quam Toſtius adduxit. Oſtium (ut placet Anglis) Tinæ fluminis invectus (noſtri Clivelandiæ advectum tradunt) in terram copias educit, nulloque reſiſtente, provinciam ſibi ſubjecit. Deinde oppidum Skardaburgum (Scarborough alii vocant) oppugnat, civibus fortiter reſiſtentibus. Tandem univerſum oppidum flammis corripuit. Cum ad Hellisneſiam ventum eſſet, cives concurrentes vim opponebant, ſed victi Nordmannis prædæ fuerunt. Humbram deinde celeberrimum flumen invectus Haraldus, Uſam, quam recepit, adverſis fluctibus ingreditur. Cui duo Comites Morkarus & Valthioſus de Hundaton ſeu Huntingsdonia Eboraco cum ingenti exercitu, quem a primo Haraldi adventu undique comparaverunt, profecti occurrunt,

Norvegi a ſolis Danis in Anglia præſidiariis ſibi metuunt.

Unus Danus duobus aliis prælatus.

Animoſum Ulfi ſtallarii reſponſum.

Scardaburgum a Norvegis incenſum.

Hellisneſia a Norv. ſubacta.

quibus viſis Rex in terram conſcendit, aciemque inſtruit ordine longo, paluſtrem usque voraginem &c. Eodem momento Haraldus, canentibus tubis ſigno dato, tanta alacritate in Anglos, qui ad voraginem provecti ſunt, impetum fecit, ut reſiſti nullo modo poſſet. Effuſe igitur fugientes, alii in flumen, maxima pars in voraginem dejecti, vel abſorbentur, vel haſtis conficiuntur, tantaque cædes pavorque in voraginem ſe præcipitantium fuit, ut plenam cadaveribus, ſiccis pedibus milites ſuper mortuorum cumulos tranſirent &c. &c. Inde Rex ad oppugnandum Eboraçum ſe accingens, ponti Stanfordiæ exercitum admovit. Cives prælii ſuperioris ſucceſſu territi &c. ſe urbemque in ejus poteſtatem dedituros ſpoponderunt. Dati obſides &c. Verum eadem veſpera Rex Angliæ Haraldus cum immenſo exercitu ſuperveniens, effuſis civium ſtudiis excipitur &c. &c. Regem interea Norvegiæ, dum aciem obequitans ordines luſtraret, magna ſtatura equus, colore nigro, ſed alba in capite macula notabilis, quo vehebatur, ſubito prolapſus, præcipitem in terram effudit, qui protinus in pedes ſe proripiens, caſus, inquit, proſperum iter portendit. Quo animadverſo, Haraldus Angliæ Rex a Norvegis, quos in exercitu ſuo habebat, quærit, an magnum illum virum, cærulea tunica indutum, galeaque fulgenti ornatum, qui equo excidiſſet, noſcant? Reſpondentibus Regem eſſe Nordmannorum: Vir, quidem, ait, ingens, majeſtatemque præ ſe ferens, jam vero, ut ſpero, fortuna deſtitutus. Viginti deinde equites ex acie Anglorum, ſingula loricatis equis cataphracti, ſtationibus Norvegorum obequitant, quorum unus aſſa voce quærit, an & Comes Toſtius in acie eſſet? Quo confitente: Haraldus, inquit, frater tuus ſalutem dicit, pacemque tibi Northum-

*Strages Anglor. ingens.*

*Eboracenſes deditionem ſpondent.*

*Ominoſus equi Norv. Regis caſus.*

*Proceritas & majeſtas Haraldi Norv. Reg. Regi Angl. admirationi fuit.*

*Pacis conditiones ab Anglis oblatæ.*

humbriamque univerſam offert, & quo minus pacificationem abnuas, tertia totius Angliæ parte tibi ſe ceſſurum pollicetur. Tum Comes: Longe hoc aliud, quam injuria, qua autumno ſuperiore affectus ſum, quodſi tunc iſtæ conditiones fuiſſent oblatæ, multi, qui jam interierunt, vixiſſent &c. ego certe, me quod attinet, his conditionibus acquieſco. Quid autem Regi Haraldo pro impenſis & labore offert? id quoque reſpondit eques edici mandavit: ſpatium nimirum terræ ſeptempedum, aut tanto amplius, quanto homines alios ſtatura excedit.

Scomma Reg. Angl. in Reg. Norveg.

Itaque Regi nuncia, reſpondit Toſtius, ut ſe ad bellum præparet, neque enim Norvegiam fama referet, Toſtium, deſerto in Anglia Haraldo, hoſtibus ejus ſe aggregaſſe, communi potius conſilio omnes egregiis auſis cademus, aut Angliam expugnabimus. Remeantibus cum hoc reſponſo equitibus, quærit Haraldus, quinam vir iſte tam diſertus fuiſſet? Ipſe, reſpondit Toſtius, Rex Haraldus. Id vero, ajebat Rex, nimis diu nos latuit: eo enim inter ſtationes noſtras provectus erat, ut facile fuerit præcavere, ne is in poſterum noſtrorum cladis nuncius foret. Tum Comes: Vere quidem, Domine, nimis imprudenter tantus Princeps ſe periculo objecit: cum tamen pacem mihi magnumque imperium offerret, indigne feciſſem, ſi, prodito eo, vitam ipſi eriperem, quam ipſum mihi mallem.

Harald. Norv. alios homines ſtatura excedit.

Tum Rex Norvegiæ ad ſuos converſus. Vir quidem iſte, inquiebat, ſtatura parvus, ſed ſtapedi fortiter inſiſtebat. Verſumque fecit hoc ſenſu: *In aciem progredimur absque loricis, aciem cæruleam gladiorum excepturi: fulgent galeæ, non mea preſtat lorica, ornatus noſter ad naves jacet.*

Iudicium Haraldi Norvegi de Rege Angl.

Haraldus Norv. R. Poëta.

Fuit Islandus nomine Brandus in acie Regis, qui oblato corporis ſui munimento (Brynſtack *vocant*) quo

Pietas Islandi in Regem.

quo Rex deſtitutus erat, laudatus a Rege, virque bonus pronuntiatus, ſe ipſum munire juſſus eſt &c. Et jam canentibus ſignis cruenta pugna exorta eſt &c. Rex Norvegiæ inter confertos ſe inferens, ubi prælium maxime fervebat, pugnam magna alacritate ciebat. Iſto concurſu multi ab utraque parte occubuerunt: donec omnis periculi oblitus (ſc. Rex Norv.) in medium hoſtium agmen, longe a ſignis ſuorum invectus, ab utroque latere obſtantes, ambabus manibus cædebat tanto impetu, ut prope fugam Angli eſſent, cum nec loricæ, nec caſſides ictibus obſtarent. Sed dum hac alacritate pugnat, ictus per tonſillas telo guttur penetrante exanimis humi ſternitur &c. Interea Rex Angliæ Toſtio cum omnibus ſuperſtitibus pacem offert: Verum Norvegi, quaſi una voce reclamantes, aut victoriam ſe reportaturos minabantur, aut circa Regem ſuum occubituros. Mox bellum denuo recruduit, ſingulis mutua exhortatione ſeſe animantibus: non tamen diu duravit, cum pauci, feſſi, & ſine munimentis corporis, impetu magis, quam viribus obſtinati, ad mortem ardore magis quam ratione pugnantes, affluenti multitudini diu reſiſtere nequirent. Ibi quoque Toſtius magna gloria cecidit. Eodem momento Eyſteinus Orrius (NB. *Hunc ſuſpicatur* Torfæus, *ut ſupra monitum, fuiſſe fortiſſimum illum Norvegum, quem ob inauditum iſtud, quo ſolus univerſum Anglorum exercitum ad horam diei nonam pontis tranſitu probibebat, vereque giganteum facinus, æterna fama dignum judicat* Bromton *loco ſuperius adducto.*) cum parte exercitus, quæ ad naves relicta erat, loricis armisque inſtructa, ſed laſſitudine prope confecta, ſupervenit, longa enim via loricis æſtuque gravati proceſſerant. Is erecto vexillo Regio, pugnam tertio

Stupenda ejus pugnacitas.

Cædes Haraldi Norv.

Animoſum Norveger. oblata pace, reſponſum.

Bellum recruduit.

omnium acerrime inſtauravit, tanto impetu, ut ſi parum ultra anniti potuiſſet, Angli in fugam verſi eſſent. Verum cum feſſi prælium repetiiſſent, nec ab impetu ſe temperaſſent, nec loricas ultra ſuſtinere poſſent, iis abjectis, nuda corpora ictibus præbebant. Conciſi itaque, prope ad internecionem deleti ſunt, adeo, ut pæne univerſus nobilitatis Norvegicæ flos illo bello periit. Cecidit & Eyſteinus Orrius, qui procellæ, quam is noviſſime excitavit, nomen deinde dedit; (audit enim in poſterum Orrii procella) Vir ſane inſignis, ob ſtrenuitate, humanitate & liberalitate commendatiſſimus &c. In multam veſperam prælium duravit, multi quoque tenebrarum beneficio elapſi ſunt. Elapſus inter præcipuos Styrkar Stallarius, vir egregius; equum enim conſecutus, ad naves perrexit, interulam tantum lineam indutus, galeoque tectus, & gladio armatus. Iam vero, poſtquam remiſerat æſtus, nocturno gelu refrigeſcente, ipſe quoque ſedata laſſitudine refrixit, incidens in ruſticum vehiculo inſidentem, tunicam ejus licitabatur; quo abnuente, eo quod unum ex Norvegis agnoſcere ſibi videretur, id enim ſermonis indicio conſtare. Quid ergo ajebat Styrckar, ſi is eſſem, faceres. Occiderem te reſpondit, jam vero impedior, gladio idoneo deſtitutus. Tum Styrkar: Quandoquidem tu me occidere non potes, experiar, an te poſſim. Mox gladio cervice ejus præſecta, tunicam arripit, conſcenſoque equo ad naves properat &c. &c. *Hactenus* Torfæus. *Inſigne fortiſſimi Norvegorum Regis Haraldi elogium offendimus apud* Gvilelmum Pictavienſem *in Geſt. Wilb. Conqueſtor. pag. 199.*

Floś Nobil. Norv. prope deletus.

Orrii procella.

Simplicitas ruſtici Angli.

Toſtius, permotus injuriis, arma Norvegorum in fratrem duxit, ſed cecidit ibi Rex Norvegiæ, quo

Elogium Regis Norv. Haraldi.

quo fortiorem ſub coelo nullum vivere opinio fuit.

*De loco, ubi pugnaciſſime dimicando occubuit, ita* Ordericus Vitalis *Libr. 3. pag. 599. 500.*

Locus ubi cecidit.

Locus, ubi Haraldus, Rex Norvegiæ, cum Toſtio occubuit, adhuc patet, ubi magna congeries oſſium mortuorum jacet.

Perſonæ Walteofi Comitis, & Patris ejus Sigvardi Dani, North. Comit.

§. 10. *Memorandus hoc loco venit* Waltheofus *Comes, filius* Sigvardi *Comitis Northumbriæ, gente Dani, juſſu Wilhelmi Conquæſtoris decollatus, de quo Cel.* Thom. Barthol. Filius *Antiq. Dan. libr. I. pag. 46.*

Comes Walteofus, a Danis oriundus, decollatur.

Non minora, *inquit*, de Guallevo Comite, quem Waltheofum alii nominant, Ordericus Vitalis Hiſt. Eccleſ. libr. 4. narrat. Illis autem permittentibus ſurrexit, & flexis tantum genibus, oculiſque in coelum fixis, & manibus tenſis, Pater noſter, qui es in coelis, palam dicere coepit. Cumque ad extremum Capitulum perveniſſet, & ne nos inducas in tentationem dixiſſet, uberes lacrymæ cum ejulatu proruperunt, ipſumque preces incoeptas concludere non permiſerunt. Carnifex autem ulterius præſtolari noluit, ſed mox exempto gladio fortiter feriens, caput Comitis amputavit. Porro caput, poſtquam præſectum fuit, cunctis, qui aderant, audientibus, clara & articulata voce dixit: Sed libera nos a malo. Amen. Numerandum autem inter Sanctos hunc Waltheofum, miracula ad ſepulchrum ejus facta ſæpiſſime, quorum idem meminit auctor, adſerere videntur, ſanctumque eum Lanfrancus credidit, affirmans, felicem ſe fore, ſi poſt exitum vitæ, illius felici potiretur requie, qui in cuſtodia poſitus, vigiliis, orationibus, jejuniis & eleemoſynis Deum ita placavit, ut miraculis poſt mortem claruerit, memorante

Caput [illegible] loquitur.

Sanctitas Walteofi.

poſt

poſt Simeonem Dunelmenſem & Bromtonum Harpsfeldio Hiſt. Eccl. Angl. Sec. XI. cap. 29. Quæ eo lubentius commemoro, quod eſſet Siwardi, Comitis Northumbriæ, cujus maſculum armati morientis obitum antea deſcripſimus, filius, & ita Danus origine, quod in Epitaphio ipſi erecto Ordericus bene obſervavit:

En tegit iſte lapis hominem magnæ probitatis, Danigenæ Comitis Sivardi filius audax
Guallevus Comes eximius jacet hic tumulatus.

Epitaphium ejus.

*Hactenus ex Bartholino.* Wilhelmus Malmesbur. *de geſt. Reg. Angl. vocat eum* Weldeofum, filium Sigvardi magnificentiſſimi Comitis, quem Digera Danico vocabulo cognominabant, *& refert, Weldeofum juſſu Wilhelmi Primi Angl. Regis decollatum, ſepultum eſſe* Croilando *i. e. in Monaſterio Croilandenſi. NB. Antiquum iſtud vocabulum Danicum Digera ſeu Digre notat Craſſum, & ita ob molem corporis forte dictus fueris Sivardus, quemadmodum Rex & Martyr Norvegiæ Olavus Trygguinus cognominabatur:* Olufbin Digre. *Culpam Waltheofi hujus ſi quæris? Sociam Haraldo Godwini filio, qui Wilhelmi Rivalis erat, in occupanda Anglia locaverat operam, centenosque Wilhelmi milites in ſylvam fugientes, accenſo circumquaque nemore, cremari fecerat.* Snorr. Sturl. *Chron. Norv. inter alia pag. 376.* Greſve Valtioff Kongens Broder (ſc. frater Haraldi Godwini) flydde med en Part af Folcket oc om Aftenen motte hand 100 Mand af Hertug Vilhelms Folck, oc de flydde ind i en Ege-Skouf for hannem, oc hand lod ſette Ild i Skofven

Locus ſepulturæ.

Interpretatio cognominis Digre.

Cauſa ſupplicii a Walteofo ſumpti.

vmnde omkring, oc brende dem derinde. Hertug Vilhelm blev tagen til Konge ofver alt Engeland (1066) oc hand ſende Bud til Grefue Valtioff, at hand ſkulde komme til hannem, og gaf hannen frie og ſikker Leyde: Oc der hand kom paa den Heed, norden for Kaſtelebrygge, der møtte hannem to af Ko. Vilhelms Fogeder med et Tal Folck, de grebe Valtioff oc lode hans hofuit afhugge, oc de Engelſke ſige at Valtioff var en hellig Mand.

Perſonalia Sigvardi Dani North. Comitis.

*Quæ vero de Parente hujus* Sivardo Dano, *cognomento* Digre, Northumbriæ Comite (*ut Malmesburienſis loquitur*) magnificentiſſimo, *ejusque maſculo obitu, in antecedentibus ſe retuliſſe ſcribit loc. nup. cit.* Bartholinus, *ita habent Antiqu. Dan. libr. I. Cap. IV. pag.* 29. Erit in omne ævum cum cura dicendus Sivardus Danus, Huntyngdoniæ, Weſtmerlandiæ, Cumberlandiæ & Northumbriæ, quondam in Anglia Comes. Is Regio Danorum ſanguine ortus, paternas terras relinquens, poſt arma alibi circumlata, apud Northumbriam applicuit. Dein Lundonium venienti, Rex Edwardus Ethelredi filius poſſeſſiones ac honores non exiles, ſi ſecum ſtaret, promiſit: Rege enim a Danis infeſtato, conſulebant terræ majores, quod parvus dæmon magno dæmoni traderetur. Sicque Rex conceſſit Siwardo Weſtmerlandiam & Northumbriam, quas quidem terras potenter pacificavit, & Regis inimicos contrivit, uti memorat Bromton, Abbas Jornalenſis, Chron. pag. 946. Tranſacto per magnam armorum gloriam vitæ curſu, & noviſſime Rege Scotorum victo, regnoque ejus deſtructo & ſubjugato: Cum illo ultimo operum mortalium edito, per alvum usque ad defectionem

Ex Regio Danor. ſangv.

ſolu-

ſolutum mortem imminentem ſentiret, indignatus quod, poſtquam ætatem aſperis militiæ laboribus vincendo tranſegiſſet, ignobili vaccarum morti cum dedecore ſuccumberet, non ſtantem modo Imperatorem mori oportere, cum Veſpaſiano judicavit; ſed ut denegatam in præliis toties commiſſis militarem vere mortem eo magis imitaretur, plenam armaturam, quam maxime decoram indui voluit, ut ſic militum ducumque fortiſſimus, modo ſtrenui militis moreretur: & taliter moriendo, memoriam nominis ſui longiſſimam efficeret. Præſtat maſculam ipſius ultimam vocem, & concluſum cum merito totius poſteritatis applauſu ſupremum vitæ actum, ex Huntindonienſi, Rad. de Diceto, Bromtono & Henr. de Knyghton, Anglorum Hiſtoricis, Danico nomini non nimium alias æquis, audire: Siwardus, Conſul fortiſſimus & rigidiſſimus, profluvio ventris ductus, mortem ſenſit imminere, dixitque: Quantus pudor, me tot in bellis mori non potuiſſe, ut vaccarum morti cum dedecore reſervarer? Induite me ſaltem lorica mea impenetrabili, præcingite gladio, ſublimate galea: ſcutum in læva, ſecurim auratam mihi ponite in dextra, ut militum fortiſſimus modo militis moriar, nam ita decet militem defungi, & non ut bos accubans enervari. Dixerat, & ut dixerat armatus honorifice ſpiritum exhalavit. *Et nonnullis interjectis*: Neque tamen hoc unicum ſolum ſpecimen habemus invicti Siwardi & vere Danici animi. Magna vox & ex alto Heroici pectoris erumpens, ad nunciatam filii mortem; nihil enim aliud, quam in accepti vulneris locum inquiſivit. Quod adverſo corpori inflictum audiens, id demum filio ſibique

Sigvardus ſtans armatusque mori voluit.

que

que dignum mortis genus confeſſus eſt, narrante, cui Bromton & Knyghton concinunt, Huntindonenſi lib. 6. Siwardus, Conſul fortiſſimus, Northumbre pene Gigas ſtatura, manu vero & mente prædura, miſit filium ſuum in Scotiam conquerendam. Quem cum bello cæſum, patri renunciaſſent, ait: Recepitne vulnus lethale in anteriori vel poſteriori corporis parte? Dixerunt nuntii in anteriori. At ille, gaudeo plane, non enim alio me vel filium meum digner funere. *Hactenus ex Bartholino.*

Statura Sigvardi gigantea.

Adverſo filii vulnere quamvis lethali lætatur.

Epitaphia Roberti Armigeri, gente Dani, & Magni cujusdam e Reg. Dan. ſanguine.

§. 11. *Sivardo huic συγχρονος fuit Robertus, Unfreni Dani filius, de quo* Ordericus Vitalis *Lib. 8. pag. 669.* Robertus Rodelenti Princeps erat miles fortis & agilis, facundus & formidabilis. Hic Eduardi Regis armiger fuit, & ab illo cingulum militiæ accepit. Umfridus pater ejus fuit, filius Amfridi de progenie Dacorum. *Pag. ſequ. docet, quomodo Robertus hic Wollonibus caſus. Et pag. 671. habetur Epitaphium ipſi a Vitali poſitum, ubi inter alia:*

Filius Unfreni Dacorum ſpermate nati
Fortis & illuſtris iſte fuit juvenis.

*Neſcio autem, quo referam* Magnum *illum, Regibus Danis editum, & ex milite Eremitam, cujus meminit* Camdenus *in deſcr. Suſſexiæ pag. 232. ſequ.* Proximo flumini, quod anonymon eſt, paulo remotius a mari Lewes editiori ſitu adſidet, a paſcuis, quæ Saxones Leswa vocarunt, forſitan nominatum, frequens & amplitudine ſua inter primaria hujus agri oppida. Sex nunc includit eccleſias parochiales, monaſteriolumque habuit a Guilielmo Warrenniæ Comite

mite conſtructum, qui etiam ad ſeptentrional. oppidi partem caſtrum adjecit, ſub quo eſt eccleſia deſolata & vepribus obſita, in cujus parietibus arcuato opere inſcribuntur rudes verſiculi, obſoleto charactere, qui innuunt, Magnum quendam, e Danorum Regio ſanguine oriundum, ibi conditum, ſed en ipſa carmina, licet manca & cum ipſis ſaxorum, ut ita dicam, disjunctis commiſſuris hiantia:

* * * * * *

Quæ fortaſſe ſic legenda,

Clauditur hic miles Danorum regia proles,
MAGNVS nomen ei, magnæ nota progeniei,
Deponens Magnum, prudentior induit agnum:
Præpete pro vita fit parvulus Anachorita.

§. 12. *Tandem ad Anglicanam, quam* S. Canutus, *Rex & Martyr, adornavit, expeditionem, de qua loquitur* Wilhelmus Malmesburienſis *de geſtis Regum Angl.* Cnuto, *inquit*, mille & eo amplius navium in Angliam parat, auxilio erat ei ſocer Robertus Friſo, ſexcentarum navium Dominus, ſed duobus fere annis venti adverſitate coercitus, voluntatem mutavit, pronuntians, non ſine Dei nutu eſſe, quod transfretare nequiret. Verum poſtmodum quorundam colloquiis depravatus, qui difficultatem tranſitus, anicularum maleficiis imputabant, optimatibus, quorum fœminæ de hoc inſimulabantur, penſiones importabiles indixit. Olavum quoque fratrem factionis ejusdem principem accuſatum, vinculis arrectivit, & ſocero in exilium miſit. Quapropter barbari libertatis ſuæ injuriam non ferentes, intra eccleſiam quandam altare amplexum, (*Accuratior hic Malmesburienſis Henrico Huntindonienſi, alio Scriptore*

Expeditio S. Canuti adverſus Anglos adornata.

Henricus Huntindon. notatus.

*ptore Anglico, qui in monaſterio quodam necatum tradit.* Accidit etiam, *inquit*, in Dacia, quod Daci nunquam antea in Dominum fide læſi, Cnut Regem ſuum in monaſterio quodam proditione peremerunt. *Cum tamen conſtet, Othinia in Æde S. Albani iſtud ſceleris perpetratum*) & emendationem promittentem ann. 1087. trucidarunt. Ajunt, eo loci multa miracula cœlitus oſtenſa, quod fuerit vir ille jejuniis & eleemoſynis deditus, & qui in legum transgreſſores magis divinas, quam ſuas perſequeretur contumelias, unde & ei Martyris honor conſecratus eſt a Papa Romano. Poſt eum homicidæ, ut invidiam facti aliquo bono compenſarent, Olavum a vinculis decem millibus marcarum argenti redemerunt &c. *De Canutina hacce in Angliam expeditione conſ.* Ælnothus Monachus *Anglus in Vita S. Canuti.* Pontanus *Rer. Dan. Libr. V. pag.* 197. Nec contentus initia imperii ſui orientalibus (*de Eſthonibus, Curetibus Sembonibusque a Canuto triumphatis ſermo eſt*) illuſtraſſe victoriis etiam Angliam infelicitate amiſſam, hæreditario jure repetendam exiſtimavit. Recolebat nimirum bellicam majorum gloriam, cumque opibus imperii fines, longe ex inſulæ unius titulis, quam ex omnibus orientis ſpoliis exſtitiſſe illuſtriores latiusque propagatos &c. Accedebat & ſoceri ejus Roberti Flandriæ Comitis ad eandem expeditionem mira alacritas & ſtudium, præterquam ipſorum etiam Anglorum, qui in Daniam tædio Normannicæ dominationis profugi, quotidianis quaſi comitiis, ad arma adverſus Normannum capeſſenda, Canutum ſollicitare non deſinebant, dictitantes, Angliam ipſius & Danorum regnum eſſe, nec pati illos debere, illud a novo homine injuſte poſſideri, &c. Itaque imperata claſſe, eam Lymi-

Fides Danor. in Reges.

Miracula ad tumbam S. Canuti.

Triumphi S. Canuti.

Robert. Flandr. Comes Canut. ad expedit. illam ſtimulat, item Angli in Dan. profugi.

Ipſorum Angl. confeſſio de jure Dan. in Angliam.

co mari (ſ. Sinui) invehi, & ibi præſtolari mandavit. Fuit enim ab eo ſinu breviſſimus olim in Oceanum tranſitus, quamvis hodie arenarum mole difficilior, minusque navigiis ſit pervius. (*NB. de portu priſtino juxta Monaſterium Weſterwig hic loquitur* Pontanus, *ubi olim claſſis Regiæ in procinctu ſtantis plerumque erat ſtatio.*) Eſt autem hic ille ad Anglicum bellum apparatus, quem Polydorus eundem facit cum ea expeditione, de qua ſuperius in Rege Svénone eſt dictum. Cui quidem interfuit etiam Canutus, ſed præfuit præſertim Osbernus, patruus ejus &c. Jamque diem conventus, & locum Rex præfinierat, quo parata claſſis, adhibente operam vento celeri & uno veluti curſu Angliæ littoribus inferretur &c. Hujus expeditionis, aut potius ad Angliam invadendam apparatus, qui meminerunt, quos vidi, recentiores navium mille claſſem fuiſſe collectam referunt, & integrum circiter biennium in ejus apparatu conſumptum, ſed ventis in adverſum perpetuo ſpirantibus, Regem divino nutu, quem ſibi obluctantem quaſi experiretur, commotum, dimiſiſſe navales militemque. Verum intellecto exinde, infortunium id ſibi ſagarum malitia objectum, novam claſſem navium circiter bis millium inſtruxiſſe, & eam a Guilielmo Normanno, tum Rege Anglorum, ita exceptam, ut facile receptui cecinerit. Ita illi. Sed cum multitudinis navium, nec temporis in apparanda claſſe, uti nec ventorum adverſantium, ſed perfidiæ tantum Olai fratris mentionem Saxo & eum ſecutus Crantzius faciant, etiam illud, quod de ſagis additur, ut & claſſe reſumpta, eſſe erroneum veriſimile ſit, ortum fortaſſe ex Polydori hiſtoria, qui claſſem etiam hanc cum claſſe alia confundit, ut & modo memini &c. &c. In ſequentibus docet,

Statio Claſſis Reg. in priſtino portu Weſtervigano.

Polydorus Virgil. notatus.

Diſſenſus Scriptor. de Claſſe Canutina ejusque obſtaculis.

docet, S. Canutum ſeditione ſuorum ab hac expeditione retractum atque oppreſſum. *Non indignum eſt, quod hic legatur,* Canuti, *Regis Daniæ, cum* Olavo, *Rege Norvegiæ, Haraldi* Haarðraaðe, *qui in Anglia ceciderat, filio, de expeditione Anglicana colloquium, apud* Torfæum *Hiſtor. Norveg. Part. 3. Libr. 6. Cap. 6. pag. 393.* Interjecto tempore Reges Daniæ Knutus, Norvegiæ Olafus, ut conſtitutum erat, *Kongbellæ* convenerunt. Inter alia magni momenti negotia Daniæ Rex mentionem injecit, de expeditione in Angl. adornanda, paribus utriusque regni impenſis: ſuas ſingulis cauſas eſſe, ut vires opesque conferant, ſibi regnum majoribus bello quæſitum, longoque tempore detentum, a peregrina ſævaque dominatione liberandum, ſuisque poſteris reſtituendum. Vindictam patris illi minime negligendam. Si ſe ducem gerere Olafus velit (id enim conſultiſſimum) auxilia ſe ei navium militumque miſſurum: quodſi ſe ducem mallet, idem ab eo depoſci. Id tamen, reſpondit Olafus, diſcrimen inter nos conſpicuum, quod cognatos tuos majoresve fortuna in tantum ſuſtulerit, ut univerſum Angliæ imperium ſuum fecerint, ſtrenueque defenderint, atque ad poſteros feliciter transmiſerint: meus vero pater, quum idem tentaret, illico cæſus occubuerit. Quanto ego illo minor ſim, probe ſcio. Conſtat enim omnibus, nunquam tanta ſollicitudine duces, nunquam milites, nunquam claſſem e Norvegia eductam, nec tanto imperatore. Temere igitur mihi illam felicitatem ſponderem, qua pater excidit. Te duce majorum fortunam redituram ſperandum. Nec ego deficiam, navium enim magnarum ſexaginta claſſem me apparaturum auſpiciis ductuque tuo dirigendam polliceor ad communem uti-

Colloquium Canuti cum Olavo, Nor. R. de expeditione in Angl.

Fortuna majorum Canuti.

Copiæ Norveg. auxiliares.

utilitatem. &c. &c. *Quantum terroris fama confœderatæ hujus claſſis Dano-Norvegicæ Anglis incuſſerit, patet ex* Simeone Dunelmenſi *de geſt. Reg. Ang. ad ann. MLXXV. qui* Wilhelmum Conquæſtorem *vires ad reſiſtendum e tota Anglia exoviviſſe tradit. Anglicam* Erici Edmundi *Dan. Regis expeditionem, Hiſtoriis noſtratibus ignotam, poſtliminio obſervavit* Pontanus *in* Addendis, *quæ Rebus ipſius Danicis ſuffiguntur, ubi ita infit:* Referendum ad res Erici Emundi Regis, quod habet diſerte Auctarium Gemblacenſe a Miræo editum, ubi legas ad annum a nato Chriſto MCXXXVIII.

Fama confœderatæ claſſis Wilhelmo I. terrori fuit.

Rex Danorum, audita morte Regis Anglorum, cum multo navium apparatu, cum militari & pedeſtri exercitu, fines Angliæ devaſtat, omni crudelitatis genere, dicens, anteceſſorum ſuorum hæreditario jure, & collimitanei maris vicinitate, ſibi magis deberi Regnum Angliæ, quam Stephano Regi & Nortmannis, ex Wilhelmi Baſtardi pervaſione. Rex Anglor. reputans periculoſum, primo impetu cum tam efferato hoſte non ex æquo confligere, habita dilatione, & inſpecta opportunitate, diſperſos longe lateque, & inhiantes prædæ, facili ſuperavit congreſſione, multisque eorum aut interfectis aut captis, reliquos compulit, cum dedecore ad propria redire.

Expeditio Erici Emundi Dan. Reg. in Angl.

§. 14. *Meminimus nuper deſtinatæ Danorum in Angliam claſſis, Wilhelmo Primo reformidatæ: quodſi vero recentiora ſpectemus tempora, longe alio vultu alius Anglorum Wilhelmus, Tertius ſcilicet hujus nominis, aliam Danorum claſſem, amicam quippe & auxiliatricem, circa finem ſuperioris ſeculi Anglicana litora ſubire aſpexit; de qua* Diarium Vitæ ac

Chr. V. Copiæ auxil. Wilhelm III. Angl. Regi miſſæ.

ac Imperii Auguſt. *Regis* Chriſtiani V. à Joh. Laurentio *editum Haſn. 1701. pag. 229. Anno 1689.* Nov. 8. Nachdem Seine Majeſtät die 7000. Mann dero Militz, ſo ſie dem itzigen Könige Wilhelm zu Groß-Britannien unterm Commando Hertzogs Ferdinand Wilhelms zu Würtemberg-Neuſtadt mittelſt einiger Conditionen und auf gewiſſe Zeit zur Hülffe übergelaſſen, bey Coldingen gemuſtert hatten, wurden ſelbige unter Convoyirung des Schoutbynacht von Stöcken von Liſtertief ab nach Engelland übergeführt, maßen ſolches auch eine geprägte Gedächtniß-Münze bezeuget.

Dux Copiar. Dan. Ferdinandus Wilhelm. Dux Wurtemberg.

Numiſma.

CHRISTIANO

V.

MISSVM WILHELMO

III.

AVXILIVM

VII. M. MILITVM.

MDCLXXXIX.

7000. milites in Angl. miſſi.

Die andere Seite begreifft die Abbildung ſelbiger Transport-Schiffe, wie ſie unter Seegel. *Vide Figur. in Muſæo Regio Tab. 33. Num. 46. ſubjungente pag. 104.* Oligero Jacobæo: Numiſma hoc Daniæ copias auxiliatrices, quibus Dux Wirtembergicus, Dnus Ferdinandus Wilhelmus, præeſt, ex Cimbrica Cherſoneſo, die 8 & 9. Novembr. anno 1689. ad Anglorum hoſtes ex Hybernia propulſandos, trajectas indigitat, quarum fortia facta orbi jam ſatis nota. *Hac ille. De copiis hiſce auxiliaribus, ubi ad veſtigia ac geſta Danorum in Hibernia ventum fuerit, ulterius agamus. Cæterum illarum mentio-*

Fortia facta Copiar. Dan.

*nem*

*mente injicit* Autor Daniæ Vindicatæ] *in limine ſuæ adverſus maledicentiſſimum Hibernum* Moleſworthium, *ex Anglico in Daniam Legato, Dane-mäſſigen impudentiſſ. Apologia, Anglico idiomate primum conſcripta, mox Gallice, Belgice & Germanice expoſita, edition. Colonienſ. 1696. his verbis:* Inzwiſchen aber, da 7000. Mann Däniſcher Völcker zu Dienſt Ihrer Britanniſchen Majeſtäten, wider deren Feinde ſtreiten, thut der Autor des Stats von Dännemarck nicht wol oder löblich daran, daß er übel von dieſem Königreich redet. Wann er vorhatte eine Satyre oder ſtachlichte und anzügliche Schrifft zu machen, ſo ſollte er ſich in- oder aus einem feindlichen Lande die Materie dazu erwählet haben &c. Moleſvorthius ſocatus.

§. 15. *Ad propiorem Daniæ cum Anglia conjunctionem, dato obſide Sereniſſ. ac Celſiſſ. jam Beatiſſ. Principe* GEORGIO *Auguſtiſſ. Magnæ Britanniæ Reginæ* ANNÆ, *olim Marito, avidius ſpectandam, ducit laudatus Apologeta, Apologiam ita exorſus:* Dännemarck hat allzeit eine Verbindung und ein abſonderliches Intereſſe mit Engeland gehabt. Unſere Vorfahren ſtammen urſprünglich her aus einer der Provintzen dieſes Königreichs: Die Dänen ſind ehemals unſere Herren geweſen, und werden wir jetziger Zeit von Printzen regieret, deren Ur Groß-Mutter eine Tochter eines Königs in Dännemarck war. Wir können auch nicht wohl ein köſtlicheres Pfand ihrer Affection gegen uns haben, als ihres Königs einigen Bruder, der ſich bey und unter uns aufhält, und uns glücklich gemacht hat durch die Erziehung eines jungen Personalia Sereniſſ. Dan. Princip. divi Georgii Auguſtiſſ. Angl. Reginæ Mariti. Dani olim Anglorum Domini.

Printzens, welcher gute Hoffnung giebet, daß er einsmals des hohen Hauſes, wovon er abſtammet, ſich würdig erzeigen werde. *In memoriam conjugalis hujus inter Reginam Angliæ & Principem Danicum fœderis, varia ex Parentatione* Pauli Vindingii *coram Sereniſſ. & Celſiſſ. jam Beat. Principe* Carolo, *in Reg. Univerſ. Hafn. Ann. MDCCIX. die X. Januarii habita, meritum hic ſibi locum vindicabunt. Inſcribitur Oratio illa funebris:* Regia Merita Divi Principis GEORGII, Dan. Norv. Vand. Gothor. Hæredis, &c. *Et quidem primo initium dedicatoriæ, quæ præfigitur, ad Auguſtiſſimam Viduam epiſtolæ.* Hactenus orbem fama, Europam victoriis, Patriam meritis implevit Regia Majeſtas Veſtra; tandem pietatis voto, incomparabili amoris conſtantia in defunctum Maritum, Principem Sereniſſimum, omnibus omnium temporum exemplis major extitit. Debetur hæc pietas, laudanda oppido, ubi cogitamus, quid amiſerit, non minus tenerrimo affectui, quam ſummo judicio, quo omnes Majeſtatis Veſtræ actiones decorantur. Equidem perpendit Ipſa, qualis Mariti jacturam fecit, quantum Principem amiſit, Auguſtiſſ. Danorum Monarchæ Filium, & Regii ſanguinis antiquo ſplendore nemini ſecundum. Principem omnibus animi & corporis dotibus, virtutibus tantæ dignitatis fortunam comitantibus, abunde ornatum. Principem inter XXV. annorum ſuaviſſimos complexus Majeſtatis Veſtræ exploratum iis moribus, ut nunquam crediderit, felicitati ſuæ majus potuiſſe pondus accedere, quam ut Regium affectum Veſtrum pari affectu, amores Veſtros pari ſtudio compenſaret. Liceret forſan dubitare, utrum tanti Principis amiſſione graviorem jacturam paſſa ſit Re-

gia

gia Majeſtas Veſtra, quam noſter ſeptentrio. Ereptus quidem & avulſus e ſinu Veſtro, Maritus tanto amore dignus: At nos deſideramus amabile illud vinculum, quod Magnam Britanniam gratiſſimo fœderis & ſocietatis nexu Arctois hiſce Regnis junxerat, tantamque Reginam non minus Daniæ, quam Principem Magnæ Britanniæ aſſeruerat &c. &c. Auguſta Majeſtatis Veſtræ & Divi Principis natalitia decora ex eodem fonte & ſanguine fluxerunt; atque a Potentiſſimi Danorum Regis Friderici II. hic Filio, ibi Filia, Veſtra Proavia, originem traxerunt, in utriusque gentis decus & præſidium &c. &c. Ipſa Europa in partes graviſſimi luctus venit, & Reg. Maj. Veſtræ conditionem juſte dolet, quod, difficillimis temporibus, Conjugem tam pie dilectum amiſerit, omnium conſiliorum ſocium; quod tanto vulnere affecta ſit, dum publicæ ſecuritati & Gentis ſuæ gloriæ tam fortiter invigilat, antiquiſſimis Magnæ Britanniæ Reginis non ceſſura, quæ gloriari ſolebant. Fœminarum ductu ſolitos bellare Britannos &c. &c.

**Britanni fœminar. ductu bellari ſoliti.**

*Abſolutæ Dedicationi bina ſiſtit ſtemmatum ſchemata, quorum prius a Valdemaro Magno ad Chriſtianum primum, & inde ad Georgium Principem Daniæ atque Annam Reginam Magnæ Britanniæ procedit, quod hic truncatum exſcripſimus.*

 Augu-

Auguſtarum Daniæ & Angliæ Domuum Neceſſitudo.

Auguſtum ſociat Daniis ita Stemmata Britannis.

Chriſtianus Primus Rex Daniæ.

| | |
|---|---|
| Fridericus Primus Filius Rex Daniæ. | Margaretha Filia Regina Scotiæ. |
| Chriſtianus Tertius Rex Daniæ. | Jacobus Quintus Rex Scotiæ. |
| Fridericus Secundus Rex Daniæ. | Jacobus Primus Rex M. Britanniæ. |
| Chriſtianus Quartus Rex Daniæ. | Carolus Primus Rex M. Britanniæ. |
| Fridericus Tertius Rex Daniæ. | Jacobus Secundus Rex M. Britanniæ. |
| GEORGIUS Princeps Hæres Daniæ. | ANNA Regina M. Britanniæ. |

*Et nexu propiori.*

Fridericus Secundus Rex Daniæ.

| | |
|---|---|
| Chriſtianus Quartus Rex Daniæ. | Anna Filia Regina M. Britanniæ. |
| Fridericus Tertius. Rex Daniæ. | Carolus Primus Rex M. Britanniæ. |
| GEORGIUS Princeps Hæres Daniæ. | Jacobus Secundus Rex M. Britanniæ. |
| | ANNA Regina Magnæ Britanniæ. |

Regibus ambo orti, ſed amore & ſanguine juncti.

Et

*Et pag. ipſius Parentationis 18. & 19.* Tali & tanto ſanguine naſci Principem decuit, quem Reginæ incomparabili ſuperi deſtinaverant, futurum JVNONIS Britannicæ & Fratrem & Conjugem. Cur enim Fratrem non dicam, cum Avus Reginæ Paternus Carolus Primus, & Divi Principis Pater Fridericus Tertius, ſobrini fuerint. *Et ſuperiori pag. 6.* In medio integræ ætatis ſpatio abreptus, non minori Patriam hanc ſuam, quam conjunctiſſimam nobis & amiciſſimam Britanniam, luctu involvit. Amiciſſimam dixi Britanniam, cum qua nunquam, mitto enim antiquiſſ. tempora, & pluribus hinc Seculis obliterata prælia, nunquam aperto bello, aut profanis odiis, decertavimus. Quis enim ortas aliquando levibus e cauſis ſimultates inter bella numerabit, aut conflatas nobis aliorum invidia inimicitias, toti Nationi affinget? aut infandum temporum fatalium dolorem renovabit, cum poſt ereptam Carolo Primo vitam, in extremam Friderici Tertii perniciem conſpiraret Protector? &c. *Pag. 23.* Quantum etiam pia Majorum veſtigia ſecutus, Religioni pretium ſtatuerit divus Princeps, ſæpe alias, & tum maximis ſe prodidit auſpiciis, cum oblatos Regiæ Celſitudini honores, a validiſſima gente Polonorum, magnanimiter deprecaretur, haud recuſaturus, ſi credidiſſet, regnandi cauſa violari poſſe Religionem. *Pag. 25.* Et quid divo Principe Georgio clementius aut ſuavius excogitari potuit? Teſtor hanc Patriam noſtram, teſtor Magnam Britanniam, quæ viginti quinque annorum ſpatio magnitudinem, pari jucunditate conditam, experta eſt. Meminimus adhuc faciles illos & promptos aditus, illam ſereni vultus gratiam, cum Anno LXXXVII. ex Anglia redux, natalem hanc urbem ſuam, & omnes Regni incolas, licet

**Mentio Cromvelliani adverſ. Frid. III. moliminis.**

**Georg. Princeps oblatum Poloniæ diadema, religioſe recuſat.**

licet ultimum viſuros, deſiderabili ſua præſentia exhilararet. *Pag.* 28. Ita firmato domi judicio &c. cœpit anno MDCLXVIII. menſe Majo, in nobiliores Europæ partes, Angliam, Galliam, Belgium, Italiam excurſum facere &c. &c. Hoc quidem inter copioſa itineris momenta dignum memoratu, quod in Magna Britannia ſervari in Serperaſtris Vellus aureum animadverterit, cujus ipſe poſt aliquot annos potiretur feliciſſimus Argonauta. *Pag.* 40. Poſt tot & tanta imperterriti animi, & heroici pectoris documenta &c. cœpit divus Princeps conſilio & ſuaſu Regis, ſacros meditari amores, & loco bellici ſtrepitus hymenæos parare, ut quam optaverat prius, quam viderat, Celſiſſimam Principem Annam Stuartam, JACOBI, Ducis Eboracenſis, inde Regis Magnæ Britanniæ Filiam, thalamo ſuo inferret. &c. Hinc rebus ex voto compoſitis & Vale cariſſimæ Patriæ dicto, Coldingam cum Rege profectus, qui turmas luſtraturus eo contenderat, mox Rensburgum venit, ubi ſplendidam a futuro ſocero legationem excepit, futurarum nuptiarum prænuntiam. Hanc gratioſe interpretatus, magnifico comitatu Glüchſtadium perrexit, & inter luculenta vota, & deſiderabiles ipſius Regis amplexus, miſſam ex Anglia inſtructiſſimam Argon conſcendit Dilectus Deo Princeps, conjuratisque ad claſſica ventis, Magnam Britanniam petiit. Annus erat MDCLXXXIII. cum expedita feliciter navigatione, Fortunatæ inſulæ oris allaberetur, ſecundoque fluvio Tameſi devectus, inter publicas feſtivitates &c. Londinum ingrederetur, amplexurus ſponſam, tot animi dotibus a ſuperis decoratam &c. *Pag.* 44. Ipſi rerum Anglicarum Scriptores hunc annum Faſtis ſuis, ut boni ominis, & auſpicatiſſimum inſerunt, quod veræ defæcatæ

Religioni addictus Princeps, Filiam duceret in Regnorum hæreditates natam. &c. Conſtat certiſſime, Carolo II. piæ memoriæ, mire placuiſſe hoc matrimonium &c. Ipſe Rex Sponſæ Patruus, quo majori impetu hæc gaudia, in ſpem & ſolatium incolarum diffunderentur, die XXVIII. Iulii, ejusdem anni, pronubum quaſi edictum promulgari juſſit, his verbis: Placuit Regiæ Majeſtati, poſt expoſita ſibi Regis Daniæ deſideria, conſentire, ut Princeps Georgius hæc regna accederet, ambiretque Dominam Annam, Regiæ Majeſtatis Neptem, in ſanctioris matrimonii complementum. Celebratæ eadem veſpera Nuptiæ, Regia pompa, in ædibus S. Iacobi, verba præeunte Epiſcopo Londinenſi, adſtantibus Rege, Regina, Duce Eboracenſi, & toto Purpuratorum cœtu, mox ſecutis officiis eorum, qui Regum, Principumque Legationibus in aula fungebantur. Proximo mox anno conſcendit ſolium Regium tantæ Sponſæ Pater Iacobus II. ut jam Regis Filia diceretur, quæ Regis Filio nupſerat. *Pag*. 48. Ita coelo placuit, ſerenum hoc matrimonium denſiſſima nubecula obducere, quod cum octies, mira foecunditate partus ſit enixa Auguſta hæc Conjux, plerique immatura morte, vel in ortu ipſo, vel intra breve tempus indigniſſime rapti, omnes acerbo funere elati ſunt &c. Sed afflixit, & fere dejecit Celſiſſimam Domum triſte Iuli deſideratiſſimi funus, quem terris tantum oſtenderunt fata, neque ultra eſſe ſiverunt, Wilhelmum dico, Gloceſtriæ Ducem, qui anno MDCLXXXIX. die III. Auguſti fortunatiſſimo omine editus, cum de jure ſuccedendi Ordines Regni anxie deliberarent, conſiderata Wilhelmi Regis orbitate, ingenti ſollicitudine Patriam liberavit, omnes lætitia implevit. Ille quippe Auguſtæ indolis Princeps, & quod omnes fatentur, ſum-

Edictum Caroli II. Angl. Regis pronubum.

Nuptiæ Princip. Georgii cum celſiſſ. Principe, poſt Regina Anna Stuarta.

mæ ſpei &c. Regi Wilhelmo III. in deliciis habitus &c. quod crederet, ſe inveniſſe hic non minus nominis ſui, quam fortitudinis hæredem, poſtquam jam eo ætatis venerat, ut e regio Gynecæo curatioribus Rectoribus altius informandus traderetur, & ſub oculis Illuſtriſſ. Herois, Iohannis, Ducis de Marlborough, quantum hodie in Europa Nomen, quot victoriis illuſtre! mature caperet omnia, quæ ætatem florentiſſimo Imperio deſtinatam ornarent; poſtquam etiam Anno MDCXCVI. die natali ſuo inter Equites Ordinis Periſcelidis aſſumtus fuerat, &c. immaturo obitu ſuos reliquit Anno MDCC, ipſo natali menſe, cum jam undecimum ætatis annum impleverat &c. &c. *Pag. 52.* Nihil divo Principe aut conſtantius fuit aut prudentius &c. tempori ſemper paruit &c. Neque facile inveneris Principem &c. qui majori prudentia, mutata toties rerum facie, perſonam ſuam ſuſtinuerit, & ſine offenſa curſum, quem fortuna dederat, peregerit. Vidit in ſolio Auguſto ſedentem uxoris Patruum, Carolum II, regnantem Socerum, Iacobum II, excipientem hos faſces Affinem, Wilhelmum III, huic ſuccedentem Conjugem propriam, Annam, ex cujus Regio faſtigio nihil amplius dignitati ipſius accedere potuit, quam gaudium. &c. *Pag. 54.* Ita cum Auguſta Regina vixit, ut neſcias, utrum Regina magis amaverit maritum, quam maritus coluerit Reginam &c. Emicuit tum maxime, quam prudenter ſe geſſerit divus Princeps, cum fatali Angliæ motu, tanquam e ſpecula futuram tempeſtatem prævideret. Tempora intelligo, dubia illa & Religioni tantum non inevitabilem ruinam minitantia, quibus ut obſequium, & amorem Regi Socero debitum, ita operam & ſtudia Religioni & Patriæ præſtanda nunquam deſeruit &c. Cum enim, rebus

Wilhel. Dux Gloceſtr. Georgii Princip. filius extinctus.

Conſtantia Georgii Princip.

Georgius Princeps religionis ergo Anglia ad tempus cedit.

rebus ita urgentibus, Iacobum Regem deſerere coactus fuiſſet, ut ſecuritati ſuæ proſpiceret, reliquit aureum innocentiæ ſuæ & fidei documentum, Soceroque literas miſit, non minus abitum excuſaturas, quam juſtiſſimas ejusdem rationes daturas &c. quas equidem literas cedro dignas exiſtimaverim, dignas, quæ, cum Anglico idiomata ſcriptæ a paucis legantur, latine jam a me redditæ pluribus innoteſcant, cum optimi principis imaginem diſertius, quam omnes Rhetores expreſſerint. (NB. *Nos, cum prolixiores ſint, nonnihil tantum delibemus.*)

## Domine.

Graviſſimo animi moerore impulſus, per literas ea indicare cogor, quæ coram, & in præſentia Veſtra expoſuiſſe prudentis non fuiſſet &c. &c. Equidem haud ignarus ſum, pleraſque injurias, quæ orbem affligunt, ſpecioſo Religionis prætextu colorari &c. Ipſa Majeſtas Veſtra declaravit jam dudum apertius, quantum apud Ipſam Religio potuerit, quam ut dubitare amplius poſſit de ejusdem vi & virtute, in illo præcipue, cujus actiones, quod ſpero, nunquam orbi dederunt occaſionem dubitandi, quanto in pretio Religio apud ipſum ſit &c. Quo igitur vultu celare diutius poſſem meritum illum affectum, quo Religionem amplector & foveo, in qua a teneris feliciſſime educatus fui, quam reliquis meliorem plurima mihi oſtendunt argumenta, & pro cujus ſtabili operam Patriæ meæ denegare nequeo: Britanniam dico, quæ tam amabili vinculo mea jam facta eſt Patria: Dum itaque inquieti inimicorum genii, hoſtes Proteſtantis Religionis, impio zelo incenſi, & aliorum viribus ſuffulti, non temere expergefaciunt, & uniunt omnes Chriſtiani orbis Principes Proteſtantes,

Litteræ ejus ad ſocerum Regem religioſiſſimæ.

Certitudo Georgii Princ. de Religionis ſuæ præcellentia.

tes, & pro tuenda Religione tam vaſtis ſumtibus implicant, poſſemne Ego tam languidum & degenerem me oſtendere, ut egregiis hiſce conatibus operam meam non jungam, quo Majeſtatem Veſtram errore extricem, eoque flectam, ut leges inſtauret, & formam Regiminis reſtabiliat, cui ſoli innititur ſalus Majeſtatis Veſtræ, & tutamen Religionis Proteſtantis in Europa. Hæc ſola Domine, unica, & cui reluctari mihi integrum non fuit, ratio eſt, quæ potuit me divellere a latere Veſtro, integro ſemper & illibato ſtudio de Majeſtate Veſtra bene merendi. Si jactura vitæ meæ Majeſtatem Veſtram vindicare poſſem, crederem eandem nunquam glorioſius poſſe impendi &c. &c. &c.

Has literas, *pergit iterum Vindingius*, ſi quis ideam Principis Chriſtiani dixerit, certe non erraverit &c. Regem Socerum offendere noluit, dum Patriæ ſuccurrit, neque deſerere Patriam, ut Regis gratiam ſequeretur &c. &c. Et quam junctis conſiliis hæc geſta fuerint, conſtat ex literis Celſiſſimæ Conjugis, ad Reginam eodem tempore miſſis, quæ profectionis & diſceſſus conſcia, eodemque pietatis igne concitata, conditionem ſuam omnium infeliciſſimam tenerrime expoſuit, neſcia Maritum ſequi, ut a Patre avelleretur, aut Patrem comitari, ut a Conjuge abſtraheretur. Tantum Religio potuit ſvadere bonorum &c. &c. Poſtquam jam tantis compoſitis fluctibus, Wilhelmus III. rerum potitus, coepit inter alias Rege dignas cogitationes, Regia merita divi Principis propius conſiderare, & ſi qua via poſſet, Ipſum arctius complecti, ac validiſſimæ Britannorum genti quaſi proprium reddere. Conſurrexit itaque pleno ordinum conſeſſu Perilluſtris Comes Shrewſburienſis, voluntatem & vota Regis ſignificaturus,

*Literæ Celſiſſ. ejus Conjugis ad Reginam querulæ.*

rus,

rus, placuiſſe ſcilicet Majeſtati Ipſius, Regiam Celſitudinem novo Ducatus titulo locupletare, quod ita omnibus ob ſummam prudentiæ & moderationis famam placuit, ut delegaverint ſtatim Marchionem Vinceſtriæ, & Comitem Bedfordiæ, acturos Regi gratias &c. Hinc Regio diademate conſpicuus, ut moris eſt, Rex Wilhelmus, pronunciavit divum Principem; Ducem Cumbriæ, Comitem Kendaliæ, Baronem Ockinghamiæ; quo jura omnia & privilegia poſſideret, quæ fortiſſimam Britannorum gentem comitantur.

Georg Princeps a Wilh. III. pronuntiatur Dux, Comes, & Baro Angl.

Nemo hactenus Princeps extitit, qui foris natus, aut facilius amorem totius gentis ſibi conciliaverit, aut conſtantius retinuerit, pari libra comitatem gravitatemque ſervans; promptus, facilis, omnibus patens &c.

D. Georg. Anglis acceptiſſimus.

Prætereo hic tacitus ampliſſima Regiæ liberalitatis & munificentiæ decora, quia ipſe ſilentio hæc omnia tranſmittenda voluit, exemplo raræ & ſingularis modeſtiæ, adeo ut cum reſciverat aliquando, innotuiſſe nonnullis, quod uno conſilio piis uſibus deſtinaverat, dicturus fuerat, tribus ſaltem hoc cognitum, reſponderit, & hoc nimium eſſe, quod ad duorum notitiam perveniſſet.

Effatum D. Principis de muneribus piis [illegible].

Ultimos nova gaudii acceſſione decoratos vidit annos, cum Anno MDCCII. die XIX. Martii reddito cœlis Wilhelmo III. Celſiſſima Conjux Anna, Regia Purpura circumdaretur &c. Lætum Principi, intueri ſedentem in Auguſto ſolio Conjugem, imperantem Reginam, quam ſuam Cœli Providentia fecerat.

Celſiſſima Georgii Conjux Regina Angl. facta.

Quamvis enim Regiæ hujus Dignitatis ſpeciem divus Princeps non tenuerit, vim tamen retinuit, quod de Miltiade olim dictum: Erat Regia dignitate, quamvis carebat nomine. Equidem fideliſſimum Reginæ pectus &c. nihil unquam Ipſo inſcio, aut non communicatis conſiliis decrevit. Quis enim

Divus Princeps Georg. ſolo nomine Regio caruit.

cre-

crediderit, Victorioſam Reginam, verum Patriæ Matrem, quæ non minus domi conſilio, ut Cæſar dixit, quam foris gladio nota, ſtatuiſſe quicquam. Illo præterito, ad quem omnium exercituum ſuorum, navalis terreſtriſque militiæ curam pertinere voluit, cujus prudentiæ tot expeditiones navales glorioſe confectas, cujus fidei quinque Portuum cuſtodiam, quaſi Regni quinque clavium, quod ſummum in Anglia dignitatis locum obtinet, commiſerat. Nihil dilecto ſibi Principi Prudentiſſima Regina negatum voluit, quod ſocietatem imperandi, quantum per leges patriæ liceret, communem redderet, qua conſiliorum unione nihil magnæ Britanniæ triſte ac funeſtum accidit, ſed foris glorioſa omnia & magnifica, domi læta & pacata contigerunt. In hoc uberrimo felicitatis conſummatæ proventu, ſuccedebat ſenſim decretorius ille dies, qui felicem hanc copulam diſſolveret &c. Scilicet adverſa frequenter valetudine correptus, & veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, quam aeris ſpirandi difficultas augebat, cum ſentiret, ſe quaſi per ſtillicidia animam amittere, reſtitit quidem patienter, itineri tamen ſe accinxit, in omnis ævi poſſeſſionem tranſiturus &c. Inveterata tuſſis fatigatum diu pectus majori impetu corripuit, quam ut remediis cedere voluerit & delinimentis &c. Vix fidem apud poſteros invenerit, quod de ſalute Principis incerta & ſollicita Regina, quæ tantarum hodie in Europa rerum ſummas tenet, cujus viribus & conſiliis tam præclara opera expediuntur, ne *momento* quidem decumbentem deſeruerit &c. Hoc unicum ingentis doloris levamen afflictiſſimæ Reginæ fuit, quod poſt ultima oſcula, & reddita invicem prolixæ gratitudinis officia, ob tot annorum ſuaviſſimum conſtrictum intemeratumque affectum, viderit Ipſa ſummam morituri

Summa militiæ terreſt. ac navalis & 5. Portuum cuſtodia, Georgio mandata.

Societas imperandi, quantum per leges licuit.

Georgius Princeps tuſſi correptus.

morituri Principis conſtantiam, & confiſam Deo mentem &c. Ita præparatus, viſendis ſuperis &c. nobilem animam Coelo reddidit anno MDCCVIII. die VIII. Novembr. in arce Kenſingtonia, ingenti totius Britanniæ luctu, & Patriæ noſtræ deſiderio, annos natus LV. & ſex menſes &c. &c. Cedite nunc antiquiſſimæ amorum fabulæ, & ingenioſa Veterum commenta, & quicquid vel Alceſtis, vel Artemiſia, ad declarandam, & doloris, & luctus magnitudinem, Regum amiſſorum deſiderio, ſupra fidem excogitaſſe memorantur. Parva hæc omnia, ficta forte, ſed ceſſura, ſi cum tenerrimo Reginæ jam Viduæ affectu comparata fuerint. Illa morientis oculos claudere non dubitavit, fugientem animam ſuſpiriis & votis revocare, neque frigidam jam dextram prius deſeruit, quam exanimis Ipſa contingentis manu excideret; exceſſitque conſcia tanti luctus aula, nunquam eandem poſtea viſura Regina, quod Ordinibus Regni indicavit, quaſi damnata loci memoria, in quo animæ ſuæ dimidium fatorum inclementia amiſerat &c. Quis ſingula enumeraverit, luctuoſa illa pietatis ſolennia, quibus Optima Regina duraturum poſt fata affectum teſtatur, novo etiam publici luctus apparatu invento, ut in tanti Principis exſequiis, tintinnabula ipſa templorum velo obducerentur, quo moeſtius & lugubrius ſonarent. Et poſtquam intellexerat Pia Regina, in Conditorio Regis Henrici VII, cui funus inferendum decreverat, ſuis olim cineribus, ob anguſtias loci non futura ſpatia, mutato repente conſilio, Mauſolæo Caroli II. condi juſſit, ut junctis buſtis poſt mortem conquieſcerent, qui junctis amplexibus indiſſolubili amore & fide in terris vixerant. Ut autem ſemel incitatus amor, ita dolor ſtare neſcit; remittit luctui frenos quotidie moeſtiſſima Regina, neſcia

*Mors divi Principis Kenſingtoniæ.*

*Regina morienti oculos claudit.*

*Fatalis locus Reginæ exoſus.*

*Novum luctus inventum.*

*Regina ſuos Mariti cineribus olim aſſociandos conſtituit.*

*D. Georg. ſepelitur in Mauſol. Carol. II.*

neſcia dolorem compeſcere &c. adeo ut ordines Regni ſummi, infimi, quibus ob eminentes virtutes & caritatem Patriæ, ſacra & æterna eſt divi Principis memoria, ſubmiſſe Reginam monuerint, temperaret dolori, licet juſtiſſimo, valetudini conſuleret, ne novo metu non minus Britanniam, quam Europam involvat &c. &c. At Tu, Beatiſſime Princeps Georgi, gentis noſtræ Deſiderium, Auguſta Regum Septentrionalium Propago, æternum vale: Non meruimus, neque unquam Regiæ Tuæ Celſitudini in mentem veniſſe confidimus, ut cum Scipione diceres: Vale, ingrata Patria, ne oſſa quidem mea habeas. Oſſa Tua & cineres vindicat ſibi Dilectiſſima Regina &c. Non invidemus tantum tanto amoris exemplo depoſitum. At nominis & famæ Tuæ reliquias æternum ſervabimus & divis manibus Tuis tumulum honorarium excitabimus, hac inſcriptione conſpicuum, ne unquam in Arcto occidas, cui æternitas debetur:

Memor. D. Georgii Principis Anglis ſacra.

Inſcriptio tumuli honorarii e numiſm. Anglico funebri deſumpta.

HIC SITVS EST
CELSISSIMVS PRINCEPS
GEORGIVS
MAGNI REGIS FILIVS
MAGNI REGIS FRATER
MAGNI REGIS PATRVVS,
MAGNAE REGINAE CONIVX
DANICVS, BRITANNICVS
CORONAM NASCENDI SORTE ET REGIA VIRTVTE
IN TERRIS MERITVS,
CORONAM MORIENDI LEGE ET PIA CONSTANTIA
IN COELIS ADEPTVS.

Conſ.

*Conf. Diar. Vitæ ac Imper. Glor. mem. Reg. Chriſti V. ubi inter alia pag. 497.* Anno 1683. d. 7. Aug. ſind die Ceremonien des Beylagers zwiſchen Prinz Georg und die Prinzeßinn Anna von Yorck in Engelland vollenzogen, und S. Königliche Hoheit zum Rittern des Hoſenbandes, Engländiſchen Hertzog, und General der Militz aufgenommen. *Quæ differunt a relatione Vindingiana, quæ (ut taceam feſtivum nuptiarum diem, qui ibi eſt XXVIII. Julii.) Georgio Principi non ſtatim, ut hic traditur, ſed ſucceſſive dignitatem Ducis Anglici militiaque Præfecturam collatam docet, & quidem nuptias celebratas Anno 1683. rerum potiunte Carolo II. Ducem vero, Comitem, ac Baronem a Wilhelmo III. Soceri ſui, Iacobi II. ſucceſſore, ſummumque denique utriusque militiæ Imperatorem, a propria Uxore, ſua Regina, fuiſſe creatum.* Diar. Chr. V. notatum.

*Octies e divo Principe concepiſſe Auguſtam Conjugem, in ſuperioribus tradidit* Vindingius, *a quo diſcedit beat.* Andreas Buſſæus, *Conſul olim Helſingor. eruditiſſimus, qui tredecim conjugio huic partus adſcribit in Diar. Vitæ ac Imper. Glor. mem. Regis FRID. IV. MSS.* Diſſenſus quoad numerum prolis ex hoc Conjugio.

Anno 1708. den 8. Novemb. iſt Seiner Königl. Majeſtät Herrn Vaters Bruder, Seine Königliche Hoheit Prinz Georg, Ihrer Maj. der Königinn Anna, von Groß-Britannien Gemahl, auf dem Königl. Luſt-Schloß Kenſington, nächſt bey London liegende, mit Tode abgegangen, keine Leibes-Erben hinterlaſſende, ſo daß die in dieſem hohen Eheſtande gezeugte 13 Kinder alle längſt vorhin in ihrer Jugend entſchlafen waren. D. 23. Dito wurde

die Trauer bey dem Däniſchen Hofe wegen Prinz Georgens Tod angeleget. D. 24. Decembr. des Abends hat der Königl. Däniſche Envoye, Extraordinaire, Herr von Walterſee, ſo wohl als andere frembde Miniſters, bey Ihrer Majeſtät der Königinn von Groß-Britannien, ihre Condolenz-Reverence abgeleget, doch vor allen andern den Vorzug gehabt, dieweil Seine Königliche Majeſtät von Dännemarck Seiner Königl. Hoheit nächſter Bluts-Verwandter war, nachgehends wurde auch Herr Baron (nun Graf) von Rantzau nach Engelland geſchicket, der Königl. Däniſchen Herrſchafft wegen, ihre Condolentz-Complimente abzulegen. *Idem* Buſſæus *in ſubnexa Numiſmatum hiſtoricor. ad Vitam Frid. IV. pertinentium Deſcriptione: Num.* 34. Auf ſeine Königl. Hoheit des Prinz Georgens Todt in Engelland d. 8. Novembr. 1708. iſt in Copenhagen eine Medaille geſchlagen, beydes in Gold und Silber, von einem ſehr guten Gepräge und Invention, auch ungewöhnlicher Größe, haltend in ihrem Durchſchnitt 3 Daumen weniger ¼. In Gold wieget ſolche Medaille -- Loth -- in Silber iſt das Gewicht -- Loth. Auf der erſten Seite lieſet man dieſe Inſcription.

Walterſee Legatus Dan. in Angl.

Illuſtr. Comes Chriſt. de Rantzau Legatus Dan. in Agl.

Numiſma Danicum in exſeqv. D. Georgii Princ.

GLORIOSISS. MEMOR. CELSITVDINIS REGIAE, SERENISS. PRINCIPIS GEORGII AVG. QVONDAM SEPTENTRIONIS MONARCHAE, FRIDERICI III. FILII SECVNDO-GENITI, DAN. NORV. VANDALOR. GOTHORVMQVE PRINCIPIS, HAEREDITAR. DVCIS SLESV. HOLSAT. STORM.

STORM. DITHM. OLDENB. ET DELMENH. COMITIS, BRITANNICAE SEMIRAMIDIS ANNAE, REGINAE, CONIVGIS IN VIVIS DILECTISS. POST FATA DESIDERATISS. QVI NATVS HAVNIAE, ANNO 1655. OBIIT IN PALATIO KENSINGTON IVXTA LONDINVM 8. NOV. ANNO 1708.

Auf der andern Seite ſtehet man in der Mitten einen Stern, auf deſſen Rundung der Buchſtabe G iſt exprimiret, wodurch Prinz Georgens Nahme bemercket wird. Dieſer Stern wird in einem klaren Himmel von 9 Sonnen beſtrahlet, welche alle, eine ausgenommen, gleich wie mit einem Bande zuſammen gebunden ſind, und hat jeder von ihnen in ſeiner Rundung ein Königl. Chiffre oder verborgen Zeichen. Der erſte iſt gemercket: A. R. i. ANNA REGINA. Der andere. F. 3. i. Friederich III. König zu Dännem. und Norweg. welcher Höchſtbemeldten Prinzens Vater war. Des dritten Zeichen I. 2 Iacobus II. König zu Groß-Brit. welcher Sein Schwieger-Vater war. Der vierdte C. 5. Chriſt. V. König zu Dännemark und Norveg. des Prinzens Bruder. Der fünffte F. 4. Friederich IV. König zu Dännem. ꝛc. Des Prinzens Bruder Sohn. Des ſechſten Zeichen: C. 12. Carl. XII. König in Schweden, des Prinzen Schweſter-Sohn. Der achte C. 11. Carl. XI. König in Schweden, und endlich der neundte W. 3. Wilhelm III. König von Groß-Britann. welche beyde unten auf der Müntze Schwäger genennet werden. Um den Rand lieſet man:

VIX SPECTATA FVIT RADIANS TOT SOLIBVS VNQVAM

STELLA NEVE ARCTOO DIGNIOR VLLA JOVE.

Num. 35. auf ſelbigen hohen Todes-Fall iſt noch eine andere Medaille in Engelland gepräget, ſo in Silber wieget — — Loth, und auf der erſten Seite des Printzens Bildniß vorſtellet, über welchen ſein Titul zu leſen.

Numiſm Angl. in exſeqv. D. Georg. Princ.

GEO. DAN. PR. M. ADM. ET DVX SVP. ANGLIAE.

i. Georgius Daniæ Princeps, Magnus Admiralius & Dux ſupremus (Generaliſſimus) Angliæ. Unten lieſet man:

NAT. 21. APRIL. 1653. DENAT. 28. NOV. 1708.

Der Revers enthält dieſe Inſcription:

CELSISSIMVS PRINCEPS GEORGIVS, MAGNI REGIS FILIVS, MAGNI REGIS FRATER. &c.

*Quæ tumulo ejus honorario inſcripta voluit Vindingius. Hactenus ex Buſſæo. Non indigna ſunt, quæ hiſce divi Principis, cum ejusdem meminerint, ſubnectantur Perſonalibus, verba libelli, qui inſcribitur* der Staat von Dännemarck (*ſc. ſub Friderico IV, ut diſtinguatur a Satira Moleswortbii maledicentiſſimi quondam Wilh. III. Angliæ Regis in aulam Danicam legati, quæ eodem titulo inſignitur*) *non tam pag. 2. Cap. I. §. 5.* Königs Chriſtiani Bruder, und folglich Königs Friedrichs Vater-Bruder, iſt Printz Georg von Dennemarck, Hertzog von Cumberland, gebohren Anno 1653. der Anno 1683. die damahlige Printzeßinn, jetzt Königinn von Groß-Britannien, Anna STVART, Königs

Königs Jacobi und Anna Hyden Tochter geheyrathet, und noch mit ihr lebet. *Sed inprimis, pag. 92. Cap. VIII. §. 14.* Das Intereſſe, ſo Dännemarck mit Engelland hat, iſt mit Abwechſelung der Zeiten öffters verändert worden. Um das Jahr Chriſti 450. thaten die Angeln und Juten, unterm Commando der Däniſchen Printzen Hengſt und Horſt, denen von Schotten und Britten höchſtbedrängten Britten keinen ſchlechten Ritter-Dienſt, ſie erhielten vor erſt zur Belohnung vor ihre Mühe die Inſul Jarnet, welche der Fluß Stour mit ſeinen beyden Ausläuffen in die See formiret, nachgehends durch Heyrath die gantze Provintz Kent, endlich durch die Waffen das gantze Britannien, (Wallis ausgenommen,) und nennten es nach ihrem Nahmen Engelland. Canutus der groſſe, König von Dännemarck, vereinigte ums Jahr 1017. nach vielen blutigen Kriegen, beede Cronen, dieſe Vereinigung währete, bis Wilhelmus Conquestor 1066. die Nordmänner herüber führte, und einen neuen Periodum etablirte. Aus obigen allen ſiehet man klärlich, daß die jetzigen Engelländer alle von Nordiſchen Völkern, als Angel-Sachſen, Dänen und Nordmännern herkommen. Die Aehnlichkeit der Sitten, Sprache und Geſetze haben jederzeit nicht wenig zu guter Freundſchafft beeder Nationen contribuiret, wie auch die öfftmahlige Vermählungen ihrer Häupter; alſo heyrathete Jacobus II. (*Error in numero lege 3.*) Königin Schottland, im 15. Seculo, Chriſtiani I. von Dännemarck Tochter Margaretha, und bekam mit ihr loco dotis, jedoch cum jure reluitionis

Commercium Danor. cum Anglis, ab ult. memoria repetitum, & ad noſtra tempora deductum.

Angli hodierni ex Danis oriundi.

Harmonia morum, linguæ, & legum Angl. cum Dan.

tionis perpetuæ, die Orckneyſchen Inſuln. König Iacob VI. von Schottland, und erſte von Groß-Britannien, ehlichte Annam, Friderici I. (*Erratum rurſus in num. leg. II.*) Königs von Dännemarck Tochter, Chriſtiani IV. Schweſter, dahero auch, wie Chriſtianus IV. ſich des vertriebenen Pfaltz-Grafen Friederichs, und ſeiner Gemahlin der Engliſchen Printzeßinn Eliſabeth, als ſeiner Schweſter-Tochter, annahm, er darüber in den teutſchen Krieg mit verwickelt wurde. Nicht weniger, da Jacobi des erſten Sohn, König Carl Stuart, durch das Mord-Beil ſeiner auffrühriſchen Unterthanen zum Märtyrer gemacht, und das Königreich Engelland in eine Republique verändert wurde, aßiſtirte Dännemarck deſſen Kinder, wiewohl unter der Hand, mit Geld, Gewehr und andern Kriegs-Rüſtungen, machte ſich aber hierdurch den auffgeworffenen Protector Cromwel zum Feinde, noch mehr aber, da Dännemarck Anno 1665. die Holländiſche Oſt-Indiſche Retour-Schiffe, ſo zu Bergen in Norwegen eingeloffen, wider die Engelländer, ſo damahls in Kriege mit Holland begriffen, beſchützte, worüber es bald zur Ruptur kommen wäre, immaſſen ſich dann die Engliſche Flotte ſchon im Sunde einfunde, wann nicht der darauf zu Breda 1667 erfolgte Vergleich dieſe Troubles gehoben hätte. Seit der Zeit hat Dännemarck mit Engelland im guten Vertrauen gelebt, weil ohne dem die Streitigkeiten wegen der Orckneyſchen Inſuln, zum gütlichen Vergleich ausgeſetzt worden. Anno 1683. wurde das Vertrauen noch mehr beſtärtiget, da Printz George

Quid Chr. IV. bello Germ. implicuerit.

Moſimina Cromwelli contra Dan.

ge

ge von Dännemarck Königs Chriſt. V. Bruder, die Princeſſinn, izt Königinn Annam Stuart, Königs Iacobi Tochter erſter Ehe, heyrathete. Wäre der aus ſelbiger Ehe erzeugete Herzog von Gloceſter bey Leben geblieben, ſo hätte Dännemarck das Glück gehabt, einen aus Däniſchem Geblüte erzeugten Printzen auf dem Thron von Groß-Britannien zu ſehen. Nun aber, ob ſelbiger gleich der Sterblichkeit entriſſen, iſt doch damit die Freundſchafft zwiſchen beeden Puiſſances nicht ausgeſtorben ꝛc.

§. 16. *Ad poſtremum de reſidua in quibusdam locorum, præter illa, quæ ſuperius indicata, nominibus, proverbiis, familiis, aliisque Danorum apud Anglos memoria, nonnihil erit addendum.* Reſidua in nominibus, proverbiis, familiis aliisque, Dan. apud Angl. memoria.

*Hæret Londini nomen Danicum in appellatione Eccleſiæ parochialis perantiquæ, vulgo* S. Clemen-Danes, *quæ dubio procul linguæ gentique Danicæ olim ceſſit, quemadmodum hodie in ſuburbio Londinenſi Wapping, ad forum Welclotsſquarre, templum Dano-Norwegicum elegantiſſime conſtructum, turrique (quod extraneis & diſſentientibus aliis in Anglia non conceditur) ornatum, munificentia inprimis Reg. Dan. glor. mem.* Chriſt. V. *Proxeneta divo* Principe Georgio, *qui huic Danor. in Anglia velificavit commodo ac privilegio.* S. Clemen-Danes.

*Inſcriptio Templi hujus, quæ ex Brinchiana profluxit vena, Latino-Danica elegantia ſua ſe commendat.* Inſcript. Templi Danici Londinens.

Ecce tuum, quod ſic, Dulciſſima Dania, Templum
Londini erectum terra Britanna videt.

Applaudit cœptis Eccleſia proxima noſtræ
Anglorum, hoſpitium ſuppeditatque lubens,
Auguſti duo concurrunt Ædemque ſtruendam
Certatim auſpiciis muneribusque juvant.
Floreat hæc Ædes, hic Religioque vireſcat
Vere Proteſtans, dum manet alma Fides.

Danice.

Saa aabner Kircken ſig, ſom Chriſti Nafn til Ære,
Man ſeer for Dannemarck i London bygt at være;
Hvor Danſke og Norſke Mænd paa Engels-Mandens Iord
I eget ædle Sprog kand höre Herrens Ord.
Den Kircke yndes vel af Engelſk Kirckens Lemmer
To ſtore Konger ſelv dens Gavn og Bygning fremmer,
Gud lönne dem og hver, ſom haver Hielp beteed,
Guds Ord ſtaa her i Flor, mens Troen bliver ved.

I. Brinck,
Primus Eccleſ. hujus Paſtor p.

Mag. Ivarus Brinck primus Danici Templi apud Londinenſes Paſtor.

*In Armamentario, celebris prope Londinum Fortalitii* Tower, *dicti, aſſervantur adhuc, mihique quondam monſtrata ſunt ea Danorum arma, quibus in expugnanda olim Anglia uſi ſunt majores noſtri, videlicet clavæ ferreæ ſpiculis plurimis obſitæ* (Morgenſterne) *horrendum armorum genus, cujus in navali militia ſupereſt noſtratibus aliqualis uſus.*

Arma vet. Dan.

*Manifeſtum Danici Nominis veſtigium ſervat regio illa Anglor. a Gloceſtria ad Briſtol porrecta, quæ non ſolum audit Coad Anders, ſed etiam* The Foreſt of Deans ſ. Sylva Danorum, *procul dubio quod veteres Dani, Angliæ incumbentes vel inſignem inde victoriam, vel*

Sylva Danor.

*vel cladem reperitaverint.* Camdenus *in Gloceſterſhire p. 272.* Occidentalior, *inquit*, pars trans Sabrinam (quam Silures olim tenuerunt ad Vagam, ſ. Walliæ & Angliæ limitem) tota profundis ſilvis occupatur. Deane Forreſt hodie nos vocamus. Latinorum alii Silvam Danicam a Danis, alii cum Gyraldo Danubiæ ſylvam &c.

*Idem* Camdenus *pag. 351.* Ab hoc promontorio pauliſper reflectitur littus ad Stouri oſtium, anno 884. navali bello inter Anglos & Danos memorandum, ubi nunc Harewich tutiſſima ſtatio, unde & nomen: nam Herethic Saxonice ſtationem vel ſinum, ubi exercitus agit, denotat (NB. *Hoc nomen Hanewich convenit cum Danico* Harwiig *i. e. ſinus exercitus, quomodo antiquitus dicta eſt urbs Sialandiæ Calunda, teſte* Saxone Gramm. *Libr. VII.* Hako in portum, qui danice Harwiig, latine exercituum ſinus dicitur, claſſe collata, militem exponit &c. quo loci nunc oppidum ab Hesberno (*ſc. Snare germano, Abſolonis celeberrimi Danor. Archiepiſcopi*) conſtructum &c.). Non procul a Stouri fonte, *pergit iterum Camdenus*, quia hæc Regio Cantabrigienſes ſpectat, Barklow tribus tumulis aggeſtis notum oſtendit, cujusmodi defunctis militibus, quorum reliquiæ non faciles erant repertu, extruxit antiquitas. Verum cum quartus ex his jam pridem defoderetur, tria, ut accepimus, e ſaxo ſepulchra, & in illis confracta hominum oſſa ſunt inventa. Aggeſtos vero tum credimus, cum ad Ashdown, proximum viculum, prælium funeſtum olim commiſſum erat, in quo Edmundus, cognomento *Ferreum latus*, Danos initio proſpera pugna contudit: ſed mox verſa fortuna, proditione ita fuit ab illis profligatus, ut plurimos Angliæ proceres deſiderarit. In cujus prælii

Harwich C. Herewiig.

Barklow tumuli forte Danor.

 me-

Intelligitur Templum Aſchedunenſe, a Can. erect. Canutus ubi pugnaverat, templa erexit.

memoriam Canutum Danum poſtea templum eo loci poſuiſſe legimus, cum ubicunque pugnaſſet, pœnitentia ob effuſum ſanguinem commotus, ædiculas ſacras erigeret. Ruſtici autem ebulum, quod *ſanguineis bactis* hic circumquaque copioſe provenit, non alio nomine, quam Danes-Bloud, ſ. Danicum ſanguinem, etiamnum appellitant, ob multitudinem Danorum, qui eo bello ceciderunt.

Danes-bloud.

Johannes Bromton, *Abbas Jornallenſis, in Chron. ad ann. 873.* Rex Alvredus in Weſtſexia bellum cum Danis fortiter commiſit, in quo Hubbe, frater Ingvar & Bruern (Biørn *ni fallor*) Bocard, qui eos a Dacia, ut dictum eſt, primo adduxerat, occiſi ſunt, ubi multis ex utraque parte cæſis, & Danis tandem prævalentibus, Rex Alvredus, propter ſuam nimiam adverſus eos accelerationem, paucis ſtipatus, a campo illa vice modo meliori, quo poterat, ſe retraxit. Dani vero cadaver Hubbe inter occiſos invenientes, illud cum clamore maximo ſepelierunt, cumulum apponentes, quem Hubbelowe vocaverunt, unde ſic uſque in hodiernum diem locus ille appellatus eſt, & eſt in Comitatu Devoniæ. *Hæc Bromton. Serius ea contigiſſe vult* Camdenus *in Danmonii Deſcript. pag. 138.* Ad hoc littus (ſc. *fluminis Towridgi*) caſtrum erat, ſitu terrarum ab omni parte, præterquam ab ortu, tutiſſimum, ad quod Ann. Chriſti DCCCLXXIX. Hubba Danus, qui multis cladibus Anglos fatigarat, confoſſus occubuit. Locus deinceps Hubbleſtow ab hiſtoricis noſtris vocatur; Vexilloque Danorum, Reaſan (NB. *Rectius Reafan ſ.* Rafn *corvus, de quo vexillo conf.* Bartholin. *Antiqu. Dan.*) dicto, tunc potiti ſunt Angli. Quod lubentius adnoto, quia ex fabella apud Aſſerium Meneuenſem, qui hæc prodidit, colligi poteſt,

Victoria Lodbrockidar.

Hubbelowe.

Hubbleſtow.

eſt, Danos corvo pro inſignibus uſos fuiſſe, quem invicto, ut putabant, omine, Lothbroci Danici filias in vexillo acu pinxiſſe tradunt. *Hactenus Camdenus.* Johannes Webbius *in ſcripto:* Vindication of Stoneheng reſtored, London 1665, *cujus ſupra meminimus, vocat* Hubbeſtone, *memorans ibidem alia loca, quæ a* Gurmundo *Dano, noſtratibus* Gormone Anglico *dicto, nomen traxerint:* p. 210.

Corvus vet. Danor. inſigne.

Hubbeſtone.

Hence they tell us particularly, that in the very ſame year, that King Alfred put Gurmunds Army to the Sword, Hubba being ſlain in Devonſhire, was huddled under a Cone-like heap of pibble Stones, and from thence the place is called Hubbeſtone to this day. But, what ſay they of Gurmund? Aſſerius aſſures us, that wintring at Chipenham he came to Edindom, and was defeated there. Camden finds him and his Danes rooſting afterwards for one whole year at Cirenceſter, and caſting up that mount of Earth, as was ſaid, which yet ſtanding beneath the Town, the inhabitants ſtill call Griſmunds, or Gurmunds Tower. The ſame Author ſaith alſo, that the Danes quite aboliſhning the Roman name, called that Town in Huntingdon-ſhire Gormoncheſter of Gormon the Dane, having after his overthrow and converſion, that Country, with others in Eaſt-Anglia given him by King Alfred. All writers agree, that he received Baptiſm with thirty of the Daniſh Nobility at Aulre or Alre near Edeling ſey in Somerſetſhire, King Alfred being his Godfather, and naming him Athelſtane &c. &c. *Confera-*

Gurmunds Tower & Gormoncheſter à Gurmando ſ. Gormone Dane.

Baptiſm. Gormonis.

*tur*

*tur hic* Camdenus, *qui citat veterem de Gormonceſtria verſiculum:*

Gormonceſter quaſi Gormonis caſtrum.

Gormonis a caſtri nomine nomen habet.

*Vide quæ ſuperius Sect. I. §. 9. ex* J. Pico *antiquo Scriptore, qui* Guthrun Rex Danorum *ſalutatur, aliiſque Autoribus, de Gormone hocce adduximus:*

Canewdon Regia Canuti Magni.

*De Regia Magni* Canuti, Caneudon, *adhuc ſuperſtite, ſequentia habet* John Wewer *in* Ancient funeral Monument *pag. 655.*

Canewdon a great pariſh, ſo called from King Canutus, the Dane, who kept his court here. The mannor houſe hath been double trenched and fenced after the oldeſt faſhion.

Greenwich Veſtig. Danor.

Greenwich *in littore Thameſis prope Londinum, ubi nunc eſt Noſocomium militare, forte totius orbis ſplendidiſſimum, erat olim ſolita Danicarum navium ſtatio, caſtris munita, quæ Danico idiomate* Grönwig, ſ. viridis ſinus, *audit, teſte* Johanne Lelando *in* cygnea cantione:

Statio navium Dan.

Erat, *inquit*, hic locus antiquitus ſtatione navium celebris, potius quam ullo illuſtriori ædium titulo. Nonnullam ſibi olim peperit famam ex caſtris, quæ Dani in ſupercilio vicini montis poſuere. Hujus rei geſtæ clara apud Henricum Venantodunenſem in Swenone his verbis mentio eſt: Turchillus vero juſſit ſimiliter dari victum, & cenſum exercitui, qui erat in Grenewike.

Fulham veſtig. Danor.

*Idem Auctor ibid. aliud Danorum veſtigium Fulenhamenſe detexit.*

Volu-

Volucrum domus Saxonice (nuſſus Danice) Fudenham; vulgo Fulham. Aſſerius Menevenſis, ſcribit, Danorum turmas hac ripa in hybernis fuiſſe.

*Idem in Genethliac.* Eadwardi *Princip. Cambr.* Morvanam *a Danis captam, murisque cinctam, his verbis innuit:* Morvana a Danis capta murisque cincta.

Eſt quoque Morvanæ Burgæ veneranda vetuſtas,
Danica quam manus cepit murisque recinxit,
Sed reparavit opus mox Athelfleda virago.

*Et porro:*

Aethelfleda potens Alfredi filia Regis
Reſtituit Devæ ſalidas ſua robora turres,
Danica quas rabies bello perfregerat acri.

*Extitiſſe quoque in Themesforde & Derby Danorum caſtella, docet* Fabian *Chronicle Vol. I. P. VI. c. 189. ubi ita:* Caſtella Danor. in Themesforde & Derby.

Then the King retourned into Nortamtonſhyre and Bedfordſhyre and fought there with te Danes of theſe countries and at length ſubdued them with their Leader or Duke called Turketyllus (*Dan.* Torkel *antiquitus* Thorketill, *quaſi Deaſtri* Thornis lebes *ex* Thor & Ketill *hodie* Kedel lebes) And the yeare followinge King Edward deſtroyed the caſtell that the Danes had made at Themesforde. And that yeare the noble Elfleda (*filia Regis*) wan the Town of Derbye from the power of the Danes, where they put her in ſuche adventure that III. Knightes wich were called gardeins of her corps, were ſlagne faſt by her. Torchetillus Danor. Dux.

*Ceterum prolixiorem Indicem Nominum apud Anglos propriorum, tam locorum, quam hominum,*

qua

*quæ originem Danicam ſapiunt*, *dudum condidit M.* Jonas Venuſinus *Hiſtoriographus olim regius in Originib. Lingu. Dan. MSS. Bibl. Acad. Haſn.*

Locutio Angl. Lord-Dean.

*Meminimus in ſuperioribus*, *ubi de Danorum quondam in Anglia inſolentia locuti ſumus*, *locutionis Anglicæ* Lord-Dean, *qua Angli hodie hominem otio ac voluptati deditum notant*, *allegato ibidem* Puſendorſio, *qui in Introd. ad Hiſtor. Europ. Danos, Angl. domitores, eo olim ſuperbiæ provectos tradit, ut* Lord-Danes, *ſeu Domini Dani*, *ſalutari ab omnibus voluerint. Huc faciunt, quæ habet* Fabian *Chronicle Vol. I. P. VI. c. 198. de miro minimeque probando majorum noſtrorum in Anglia faſtu luxuque.*

Dani a ſubjugatis Anglis Domini Dani ſalutari voluerunt.

But or, *inquit*, I procede further, here I will touche ſomme what of the pride and abuſion of the Danes, that they exerciſed in Engelland in ſomme part there of as I have ſeen in an olde chronicle whereof the authore is unknowne, there it is ſchewet, that the Danes by ſtrenghte cauſed husbond men to eare and ſow the lande and do all other wile laboure that belonged to husbonderie and the Dane helde his wife at his pleaſure, with daughter and ſervant. And when the husbond man came home, he ſcould ſcantlie have of his owne or ſerwantes had, ſo that the Dane had all the commandement and eate and dranke his fylle of the worſt. And ower that the common people where ſo of theym oppreſſed, that for feare and dreade, they called them in every ſuch houſe as they had rule of, Lord Dane. But in proceſs of time after the Danes whare woided the Land this word Lor-Dane was in diriſion and diſpite of the Danes turned

Dani Anglos arare, & tenuiſſimis veſci cogunt, ipſi lautè, & cum uxoribus Anglor. pro lubitu domi viventes.

Vera origo vocis Lord-Dane. In contemptum abiit iſtud honoris nomen.

turned by the Engliſhe men into a name of opprobry, called Lurdayn, wich to our dayes is not forgotten, but when one Engliſh man wil rebuke an other, he wil for the more part call him Lurdayn.

*Corroborantur porro, quæ jam dicta ſunt, ſuffragio* Petri Heylinii, *qui tria Danorum veſtigia quærit in tribus hodiedum Anglos inter vigentibus conſuetudinibus, ſic enim* Heylinius *in Coſmograph. Libr. I, p. 271.*

Now concerning the Danes obiding here and going hence as they did, I obſerve three cuſtoms yet in uſe among us. (1) Firſt each Engliſh houſe maintained one Dane, how living idely like the Drone among thee Bees, had the benefit of all their labour, and was by them called Lord Dane. And even now when we ſee an idle fellow we call him a Lordane. (2) Secondly that Danes uſed when Engliſh drank to ſtab them or cut their troats: to avoid wich willany te party then drinking requeſted ſomme of the next unto him to be his ſurety or pledge whilſt he paid nature her due, and hence we have our uſual cuſtom of pledging one another. (3) Thirdly the old Romans at the expulſion of their Kings annually ſolemnized de Fugalia, according to wich pattern, the yoifull Engliſh having cleared the country of the Danes, inſtituted the annual ſports of Hock-Tide, the word in their old tongue the Saxon importing time of ſconning triumphing. This ſolennity conſiſted in the merry meeting of the neighbours in thoſe Days, during wich the feſtival lashed

Hock-Tide (quod reſpondet Danico: Hoy-Tid) feſtum, ob liberationem a Danis celebrari conſveрum. Alibi id feſtum audit Hock-Day.

laſhed and was celebrated by the younger ſort of both ſexes, with all manner of exerciſes and paſtimes in the ſtreet, even as Shrowe-Tide yet is. But now time has ſo corrupted it, that the name excepted, there remained nithing of the firſt inſtitution.

*De crebris Danorum in Anglia perpotationibus, deque poſita iisdem per leges publicas meta, audiri meretur* Fabian *Chronicle Vol. I. P. VII. c. 193.*

Dani in Anglia potatores.

And for ſo much as in his (Edgar) Daces great multitude of Danes dwelled in divers places of Engelland wich uſed manny vices and eſpecially great drinkinge whereof enſued drunkeneſſ and many other vices to the evil exemples and hurt of his commons and ſubjects. He therefor ordained certain cuppes with pins or nayles ſet in them and ordained an made a lawe that what perſon dranke paſt that marke at one draught, ſhould forfaite a certain penny, whereof the one half ſhould fal to the accuſer and that other half to the ruler of the borrough or towne that the offence was done in.

Origo moris Danici At drikke til Pæls.

*Habemus hic omni dubio procul originem pervetuſti iſtius Danici moris, ad noſtra uſque tempora devoluti, jam vero paſſim antiquati, videlicet:* at drikke til Pæls *i. e. cantharum exhaurire quoadusque id jubent infixi canthari, præcipue argenteis, clavuli. Debent porro Dani Angli fortiſſimum cereviſiæ genus,* Ale *appellatum, & a mitiore Bier (quæ vox Germanicam linguam ſapit, licet in antiqua Danica ſive Iſlandica quoque ſit Biur) diſtinctum,*

Cereviſiæ Anglicæ genus Ale vel Eale a Danis, quibus Øll dicitur.

*ctum, cujus rei teſtem citato modo laudatum* Petrum Heylinium, *in Coſmograph. Libr. I. p. 255.*

And as for the old drinck of England Ale, wich cometh from the Daniſh word oela, it is &c. &c.

Hiſce accedat notum Anglorum proverbium: Proverb. Anglor. Thrink I wil pledge you for the Danes.

Thrinck I wil pledge you, *item*: I wil pledge you for the Danes. i. e. Bibe modo, ego te tuebor, *vel* ego te a Danis interea præſtabo immunem. *Occaſionem ſcilicet huic dicterio dedit Danorum olim in Anglia faſtus ac tyrannis, quippe quorum in conſpectu homini Anglo bibere nefas fuerit, id quod infra reverentiam Domino ſcilicet!* Dano (Lord-Dane) *debitam reputabatur, quemadmodum ſuperius ex* Bromtone, *Abbate Jornallenſi, monſtravimus, Anglum, ſi forte Dano pontem transeunti obviam factus foret, in occurſum Dani pergere non ſuſtinuiſſe, facto autem mox ſeceſſu, non ſine honoris exhibitione tranſitum alterius operiri debuiſſe, quid? quod Anglum, niſi prætereuntem per plateas Danum inclinato veneraretur capite, graviter vapulaſſe. Utuntur adducto in ſympoſiis conviviisque ſuis adagio Angli, ad bibendum invitaturi, ſi quem reverentia quadam convictorum forte prohiberi autument. Fingunt ejusmodi hominem metu Danorum a poculis temperare, quam ipſi inanem adeo formidinem, promiſſo adimere ſtudent præſidio, indulgeat modo poculis liberior, ſe quippe, quo minus inter bibendum Danorum inſidiis opprimatur, propugnatores habiturum.*

*Non dubitamus, varias adhuc in Anglia dari proſapiæ Danicæ ſtirpes, inprimis in Northumbria, Da-* Stirpes Anglicæ a Danis oriundæ.

*nis a remotiſſimo ævo inſeſſa, ideoque invadentibus poſtea Angliam Danis, omnium prima, quod ſemper obſervamus, ſe aggregante. De Baronibus Angliæ* Barclajis (de Barklei) *a* Roberto, *Regis Dan.* Svenonis Eſtrithii *nepote, deſcendentibus, locus* Pontani *ſuperius adductus. Haud aliter Principes hodierni de* Buchingeham *in Anglia, ex nobili apud Danos familia, maternum genus trahere docet idem* Pontanus, *Libr. IV. pag. 119. ſequ. in ſchemate genealogico* Rollonis, *Ducumque Normanniæ:*

Barones de Barklei ex Roberto Svenon. Eſtrithii Dan. Reg. Nep. deſcendunt.

Richardus I. *inquit*, Dux Normann. &c. uxorem habuit Emmam, Hugonis Magni filiam, qua mortua, duxit Gunnorem ſive Gunildam, nobiliſſimæ proſapiæ Danicæ, virginem ſpecioſiſſimam, ut habet Gemmeticenſis libr. 4. c. 18. *Et pag. ſeqv. Pontan.* Familia ſororum Gunnoris, Normann. Duciſſæ, nobiliſſ. Danorum proſapia ortæ. In hac eminent Giffardi Comites de Buchingeham. *Cætera vide ſis loc. cit. Antiquiſſimam familiam Comitum Cheſtriæ a Danis deſcendiſſe, autor eſt* Petrus Leyceſter, *Hiſtorical. antiquities Lib. II. c. II. c. 1.*

Principes Anglic. de Buchingeham a Danis oriundi.

Comites Cheſtriæ a Danis deſcend.

Touching his (Robert of Rotelent or Ruteland, *cujus epitaphium nobis ſuperius ex Orderico Vitali adductum.*) deſcent, his father was Unfrid de Telliolo, ſon of Amfrid of the progeny of the Danes. His mother's name was Adeliza, ſiſter of Hugh de Grentemaiſnill, of the famous family of the Geroians. He was commander in chief at the ſiege at Rocheſter. *Idem ibidem* Hugh *Comitis Cheſtriæ proſapiam ſiſtit hunc in modum:*

Ans-

Ansfrid or Amfrid a Daine

| | |
|---|---|
| Umfrid de Telliolo vid. Orderic. pag. 512. 669. 671. | Turſtine vid. Guil. Gemmet. Libr. 7. c. 6. |
| \| | \| |
| Robert of Rothelent vid. Order. p. 670. | Richard vid. Guil. Gemm. l. c. |
| | \| |
| | Hugh Earl of Cheſter. |

NB. *Titulus Angl. Earl eſt ex Danic. vel Norvag. vetuſto* Jarl *Comes, unde hodie Jarlsberg, Comitatus Comitum de Wedel, prope Tonsbergam.*

*Inſulam Manniæ, quæ ſceptro Anglico hodie paret, diu Reges habuiſſe a Norvegis, queis olim ſubjecta erat, oriundos, teſtatur* Petrus Heylinius *Coſmograph. Libr. I. pag. 298.*

This Island (Man) was taken from the Britains by the Scots, and from them regained by Edward King of Northumberland. Afterwards the Norvegians ſeired of it, and made it a Kingdom, the Kings thereof ruling ower the Hebrides, and ſome part of Irland. From them taken by Alexander the 3 of Scotland, by a mixt title of arms and pourchaſe. After wich time it was ſome time Engliſh, ſome time Scottiſh as their fortunes waried, til in the end, and about the year 1340, William Montacute, Earl of Salisboury, deſcended from the Norvegian Kings of Man, won it from the Scots, and ſold it to the Lord Scripe, who being condemned of treaſon

Comites Montacutii. Norveg. proſap.

Henry the fourt gave it Henry Piercy Earl of Northumberland. But he alſo proving falſe to his ſoveraign it was given to the Stanleys, now Earls of Derby.

Reges Manniæ Danicæ ſive Norvegicæ proſapiæ.

The Kings of Man of the Daniſh or Norvegian race.

An. 1065 Godred the ſon of Syrric.
1066. Fingal ſon of Godred.
1066 Godred II. ſon of Harald.
1082 Lagnan eldeſt ſon of Godred. II.
1089 Donald ſon of Tade.
1098 Magnus King of Norway.
1102 Olawe the third ſon of Godred.
1144 Godred III. ſon of Olawe.
1187 Reginald baſe ſon of Godred. the III.
1226 Olawe the Lawful ſon of Godred the III.
1237 Harald ſon of Olawe.
1243 Reginald II. Brother of Harald.
1252 Magnus II. Brother of Reginald.
1266 Magnus III. King of Norway, the laſt King of Man of the Daniſh or Norvegian race.

*Idem auctor ibidem Libr. I. pag. 270. ut hoc ſimul quaſi in tranſitu annotomus:*

Colbrandus Danus, cum Goliatho comparatus.

In Athelſtan his time lived ſir Guy of Warwick, famous for over coming Colbrand the Daniſh champion, the great Goliath of that people, near the walls of Wincheſter.

Judicium Anglor. duodecimvirale a Danis acceptum.

*Judicium duodecim Juratorum, in Anglia hodie ſuperſtes, in ſpecie a* Regnero Lodbrog *ad* Ethelredum

dum, *Angliæ Regem, devolutum fuiſſe, ex noſtratium hypotheſi admittit Doctor* Guil. Charleton *in Tractatu* Stone-Heng reſtored to the Danes *pag. 43. his verbis:* Then began all cauſes to be determined, by the judgment of twelve Jurors, as here with us in England; not but this way was much more antient (for it is aſcribed to Regnerus ſurnamed Lodbrog who ruled in Denmark about the year of Chriſt 820, and as ſome Daniſh writers boaſt, was derived from him to our Ethelred). *Hæc Charleton. De duodecimvirali hoc judicio ita* Ol. Wormius, *Mon. Dan. Libr. I. Cap. X. p. 72.* Abrogato duello, tanquam medio nimis cruento, cauſarum cognitio duodecim viris commendata eſt, qui, quod æquum, quodque juſtum, publica authoritate pronunciarent, quorum etiam judicio & ſententiæ omnino ſtandum erat. Hanc controverſias decidendi rationem primus invexiſſe videtur Regnerus, cognomento Lodbrog, qui circa annum Chriſti DCCCXX. vixiſſe putatur. De eo enim Saxo noſter libr. 9. in hunc modum: Ut omnis controverſiarum lis, ſemotis actionum inſtrumentis, nec accuſantis impetitione, nec rei defenſione admiſſa, duodecim patrum approbatorum judicio mandaretur, inſtituit. Hujus legis beneficio, temeraria litium contractione ſemota, improborum calumniæ ſufficienter obviatum exiſtimans. A Danis ad Anglos defluxiſſe judicium hoc duodecimvirale arguunt leges hac de re ab Ethelredo in frequenti ſenatu latæ, & a *Lambardo* editæ, ubi inter reliqua hæc extant:

Autor hujus Iudicii Rex Dan. Regnerus Lodbrog.

In ſingulis centuriis comitia ſunto, atque liberæ conditionis viri duodecim, ætate ſuperiores, una cum præpoſito ſacra tenentes; jurento ſe adeo virum ali-

Lex Ethelredi Angl. Regis de duodecimvirali judicio.

quem innocentem haud damnaturos, ſontemve abſoluturos. *Hactenus ex Wormio. Deſiit poſtea apud nos Judicium hoc duodecimvirale, remanente tamen ejusdem veſtigio. Statuit nimirum antiqua Lex Norvegica, capite de Furto, quod* Tyve-Balken *inſcribitur, quoad crimina capitalia* U-Bodemaal *dicta, id eſt, quæ nullo alio* λύτρῳ *quam ſummo ſupplicio redimantur, ſi quis ejusmodi ſceleris accuſetur, duodecimvirali ſe juramento inſontem probaturum.* Ubodemaal, *inquit*, kand ikke værges uden med Tylter-Eed. *Duodecim hi viri, quod* veritati *ac integritati ſtudeant*, Sande-Mænd ſ. viri veraces, *audiunt, actus illorum* Sande-Mænds Tog. *Ex lege Cimbrica Waldemariana Libr. 2. Cap. I. id habeto exempli:* Om Søn er Landfaren i Tienneſte og Fader Døer imidlertid, Sønnen kommer tilbage og kræver ſin Hoved-Lodd og de andre Arvinger ſige, at hand fick den, da ſkal man nævne 12 Sande-Mænd, ſom ere ærlige og vederhæfftige Mænd, hvilke ſkulle ſværge ham Arven til eller fra. Confer. Siellands Rett, ſeu Jus Sialandicum, Libr. I. cap. 32. *Differunt hi poſteriores, a duodecim iſtis antiquæ in Dania Jurisdictionis Dictatoribus, in Anglia hodiedum ſuperſtitibus, quatenus illi ſint judices continui, hi vero tantum Arbitri pro tempore, qui in certis caſibus dubiis, ad veritatem inquirendam, & juramento confirmandam, eliguntur, ab antiquo tamen judicio duodecimvirali originem trahunt. Hodie numerus tertia ſui parte mulctatus & ad octo tantum redactus. Vide* Codicem Chriſtianeum *Libr. I. Cap. XVI. Titul.* Om Sande Mænd. *Ubi Articulus I. inter alia hæc habet:* Sande-Mænd ſkulle være otte lovfaſte og boeſatte Dannemænd og af

Umbra ac veſtigium antiquatæ apud Danos jurisdictionis duodecimviralis.

Sande-Mænd.

af Fogden til Tinge udnæfnes i Herred, Birk eller Bye. NB. i tvilſom Drabs-Sager og naar der tviſſes om Marke-Skiæl. *Et Artic. 10.* Sande-Mænds Eed paa Mand-Draberen er denne: Bede ſig ſaa Gud hielpe, at de have giordt deres alleryderſte Flid til at udſporge Sandhed og de ikke troe eller Vide andet, end den Mandſo er den dræbetes rette Bane-Mand. Juramentum illorum.

*Et hanc apud nos mutationem ſubiit vetus illud Judicium duodecimvirale, quod prudenter a* Regnero Lodbrog *conſtitutum prædicat Clar.* Petr. Frid. Arpus, *in Themide Cimbrica, Hamburgi 1737. §. XIX. p. 126.* Regneri, ſeu Reginfredi Lodbrock, a villoſis caligis ita dicti, inter Reges Danorum præſtantiſſima fama eſt, plerarumque regionum Europæ cum filiis armipotentibus terror & nobile flagrum &c. In Judiciis conſtituendis prudenter juſſit, ut omnis controverſiarum lis Patrum XII. approbatorum judicio mandaretur. *Hiſce de Judicio duodecimvirali Dano-Anglico non incommode ſubſternantur ſequentia ex Abbate Jornallenſi* Joh. Bromton. *pag. 56.* Danis in Anglia dominantibus, Deneloga ſeu Lex Danica emanavit, qua 15. Schiræ judicabantur. Duæ ibi antea erant leges Merchenelog a & Weſtſaxeneloga. Ex iſtis tribus S. Eduardus Confeſſor unam communem legem edidit. Lex S. Eduardi Confeſſoris, partim ex veteri Deneloga, ſ. lege a Danis olim in Angl. rogata, compoſita eſt.

*Conſtat linguam Anglicanam variorum idiomatum eſſe miſturam, pro varietate colonorum, queis ſe inſeſſam vidit Britannia. Concurrunt hic nempe lingua veterum Britonum, Romana, Anglo-Saxonica & Danica. Ex duabus ultimis linguis, vel, ſi mavis Dialect. permulta inprimis traxiſſe, in confeſſo eſt.* Veſtigia ſermonis Danici in lingua Anglica.

*eſt. Quod vero Danicam linguam attinet, fallitur omnino* Leslæus, *de rebus geſt. Scot. libr. I. pag. 53. quando dicit:* Ejectis ex Anglia (*circa annum 1042.*) Danis, Danorum quoque lingua penitus ejiciebatur; *cui opponamus hic ſpecimen vocum nonnullarum, mere Danicarum, ſecretis aliis, Germanis nobiſcum communibus, adeoque dubiæ originis. Sicubi autem in vocibus hiſce, quod non infrequens, ad Dialectum Cimbricam propius accedit Anglorum ſermo, agnoſcimus veſtigia veterum Anglorum ex Cherſoneſo noſtra, ejusque provincia* Angeln, *in Britanniam evocatorum, ut taceam, Dialectum Cimbricam, antiquæ Danicæ pronunciationis, ex omnibus hodie apud nos eſſe ſervantiſſimam, & minus adulteratam. En! igitur Anglo-Danicarum vocum manipulum alphabeticum, aliis, quibus ſuppetit otium, prælarga, ni fallor, acceſſione locupletandum.*

### A.

| *Angl.* | *Dan.* | |
|---|---|---|
| After | effter | poſt |
| Again | igien | rurſus |
| Allreadi | Allerede | dudum |
| Are | ere | ſunt |
| Awai | Afvey | avia, orum |

### B.

| | | |
|---|---|---|
| Back | bag | pone |
| Belli | Belg Cimbr. Belle | pellis |
| Betimes | betimelig | tempori |
| Blood | Blod | ſanguis |
| Both | baade | et et |
| Build | bygge | ædificare. |

### C.

| *Angl.* | *Dan.* | |
|---|---|---|
| Call | kalde | vocare |
| Caſt | kaſte | projicere. |

### D.

| | | |
|---|---|---|
| Draw | drage | trahere |
| Drown | drukne Cimbr. drovne | ſubmergi |
| Dwell | dvelge | cunctari |
| Deaf | døv | ſurdus |
| Deal | deele | partiri |
| Doom | Dom | judicium. |

### E.

| | | |
|---|---|---|
| Earl | Jarl | Comes |
| Egg | æg | ovum |

Eal

| Angl. | Dan. | |
|---|---|---|
| Eal | Øll | cerevisia |
| Elſe | ellers | alias |
| Eye | Øye | oculus |
| | F. | |
| Farewel | farvel | vale |
| Fair | favr | pulcher NB. in ſuperlat. dicimus feyerſte, inde poſit. Anglor. fair. |
| to feed | at føde | alere ſ. eniti |
| feel | føle | tangere, contrectare |
| Fellowſkip | felleſkab | Conſortium |
| few | faa | pauci |
| Food | føde | alimentum |
| for | for | pro |
| from | fra | Norveg. |
| | fran | ab. |
| | G. | |
| Go | gaae | Cimbr. go. ire. |
| grow | groe | Cimbricum |
| | grow. | creſcere. |
| | H. | |
| Hare | Hare | lepus |
| haſt | haſte | feſtinare |
| Healt | Helſen | ſalus |
| Heat | Hede | calor |

| Angl. | Dan. | |
|---|---|---|
| home | hiemme | domi |
| Hors | Hors | equa |
| Husband | Husbond | herus. |
| | I. | |
| Iron | Jern | ferrum. |
| | K. | |
| Kind | Kiøn | ſexus |
| King | Konge | Rex |
| Knif | Knif | culter. |
| | L. | |
| Lading | Lading | Onus navis |
| Law | Lov | lex |
| Leawe | levne | relinquere |
| Lift | løfte | levare |
| liken | ligne | comparare |
| Limb | Lem | membrum |
| little | lille | parvus. |

NB. *Iſlandi, veteris Danicæ linguæ tenaciores, quando l duplex concurrit, prius pronunciant tanquam, t,* litle *ſimiliter dicentes.*

| | M. | |
|---|---|---|
| mani | mange | multi Cimbr. manne |
| Mankind | Mand-Kiøn | ſexus maſcul. |

| *Angl.* | *Dan.* | |
|---|---|---|
| Meat | Mad | Cibus |
| Meet | Møde | occurſus |
| Mind | Minde | memoria. |
| | N. | |
| Near | Nær | vicinus |
| Neck | Nacke | cervix. |
| | O. | |
| Of | af | ab,ex |
| only | eenly | ſolitarius |
| our | vor | noſter |
| | | Cimbr. uur. |
| | P. | |
| Pat | patte | lactere |
| put | putte | pungere |
| Prik | Pricke | punctum. |
| | Q. | |
| Queen | Quinde | mulier Anglis per excell. Regina. |
| | R. | |
| Rotten | rodden | ſanioſus. |
| | S. | |
| Sail | Seil | velum |
| ſame | ſamme | idem |
| Seed | Sæd | ſemen |
| ſell | ſælge | vendere. |
| Skin | Skind | pellis |

| *Angl.* | *Dan.* | |
|---|---|---|
| Snare | Snare | tendicula |
| Slip | ſlippe | deſerere. |
| | T. | |
| take | tage | ſumere |
| Talk | Tale | ſermo |
| them | dem | illis ſ. illos |
| till | til | ad |
| Time | Time | hora,tempus |
| thinck | tæncke | cogitare |
| Tree | Træe | arbor, lignum. |
| | U. | |
| Upon | oppaa | in |
| | W. | |
| Want-Cimbr. | vande | deſiderare |
| wel | vel | bene |
| whole | heele | ſanare |
| Window | Vindue | feneſtra antiquitus Vindauga, ex Vind ventus, & Auga oculus, hinc Norvegis Vindøye. |
| Witneſs | Vidne | teſtis |
| Womb-Cimbr. | Vomb | venter. |
| Wont | Vant | conſvetus |
| | Cimbr. Wont | |
| Worſt | Verſt | peſſimus |
| Wrath | Vrede | ira. |

## P. S.

*Mantiſſæ loco ſuffigenda hic poſtliminio, quæ ſuperius forent inſerenda.*

*Primo excerpta quædam de Monumentis* Haraldi, Canuti M. *filii*, *Regis Angl.* & Annæ, Frider. II, *Dan. Reg. filiæ*, *M. Britann. Reginæ &c. ex libro, cui Titulus:* A Survey of the Cities of London and Weſtminſter, *by John Strype. London 1720. fol.*

*Weſtminſter.* The Monaſtery of St. Peter.

Pag. 22. There are many more buried in this ancient Church, whoſe Monuments are decayed and gone, or the Inſcriptions worn or torn a way: *as inter alia.*

Harold, baſe ſon of king Knute, elected king of England by the Danes, after his Father; dyed at Oxford, 1040, and buried here according to Matthew of Weſtminſter. Mon. Haraldi Can. M. fil.

Pag. 28. In the great and Kingly Chapel of King Henry the ſeventh.

The *Monument of Queen* Anne.

In obitum Sereniſſimæ Principis, & omnium virtutum genere cumulatiſſimæ Annæ, Dei gratia, Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ, Reginæ, Dominæ ſuæ longe gratioſiſſimæ, carmen funebre. Mon. Annæ, Frid. II. Dan. R. fil. Angl. Regin.

Ad Potentiſſimum, Sereniſſimæ ANNAE, Maritum, Iacobum, Dei gratia, Magnæ Britanniæ Regem, fidei defenſorem, &c.

Annus & *Anna* in ſe redit, hic novus, illa perennis:
Cujus vir, pater & frater Rex, Regia proles,
In coelo æternos Regina eſt *Anna* per Annos.
Floreat illa ſuis in prole æterna *Britannis*,

Inque ſuo vigeat feliciter *Anna Iacobo.*
Inclite Rex *Britonum*, veniam da vera loquenti,
*Iacobus* caret *Anna*, & non caret *Anna Iacobo:*
Maxime Rex Regum, Regem ſolare *Iacobum.*

Ad Inviƈtiſſimum Chriſtianum Quartum, Dei gratia, Daniæ, Norwegiæ, Gothorum, Vandalorumque Regem &c.

Pondere preſſa, ſuo ſub pondere, Palma reſurgit:
Marmore preſſa Soror tua, fertur ad æthera victrix.
Sanguinolenta olim, inter *Danos* atque *Britannos*,
Pugna, nihil potuit, noſtro conjunƈta *Iacobo*,
Abſque cruore, omnes vicit *Dana Anna Britannos*,
Aeternoque ſuis conjunxit foedere *Danis.*
Orbis, *Danorum* pacis, *Britonumque* ſit idem
Terminus, & Reges Rex protegat orbis utroſque.

Ad feliciſſimam *Iacobi* & *Annæ* prolem *Carolum*, Walliæ Principem, *Elizabetham*, Frederici Electoris, Comitis Palatini Uxorem, Regalemque eorum progeniem, quæ nunc eſt, vel Dei gratia erit in poſterum.

Indiæ Phoenix, volucris per annos
Una ſexcentos deciesque ſenos,
Dicitur foelix ſupereſſe, diræ
Neſcia Mortis.

Quod tibi Parcæ dederant ſorores
Fila correptæ breviora vitæ,
*Anna*, dicaris Mulier, ſed eſto
Cætera Phoenix.

Igne ſolari, moriens crematur
Mortuo vivos Cineres in albos,
Sic, ut ex illis rediviva ſurgat
Altera Phoenix.

*Anna,*

*Anna*, cui nunquam ſimilem videbit
Phoebus, exſpiras? moriare ſic, ut
In tua ſemper vigeant Beati
Prole *Britanni*.

Obiit in Domino Anno Domini 1618, quarto Nonarum Martii, annos nata 44, Menſes 4, & dies 18.

Ad Sereniſſimæ Reginæ familiam, moerore obrutam.

Vos canite, o ſocii, funebria Carmina mecum;
Nos relevet Dominus, perdidimus Dominam.

Reſponſio Familiæ.

Non ſunt canendo talibus preſſi malis,
Sed nec loquendo, quos habet talis dolor:
Noſtris adhærent faucibus linguæ graues.
Loquantur alii, dum luctus noſtri ſtupent.

Edidit Sereniſſimæ Reginæ moeſtiſſimus Capellanus, *Guilielmus Swadonus*, Collegii Wickamici Alumnus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Archidiaconus Wigorniæ.

The Church of St. Margaret.

P. 42. On a fair Stone in the Middle of the Chancel, is this written.

Here reſteth in God the Body of *Anna Ellis*, borne in *Denmarke*; who ſerved our gracious Queene *Anna*, in her Bed-chamber, was married to Maſter *Thomas Seringe*, her Majeſty's Chaplaine, the 28. of April, in the Yeere of our Lord God 1598, and died at Weſtminſter the 26. of February 1608, Unto whom God almighty give a joyful Reſurrection.

Epitaph. Annæ Ellis Danæ, Reginæ alte memoratæ olim pediſſequæ.

Moe-

tur. Bromton pag. 889. Elphegus a cuſtodibus crudeliter cæſus, fœdiſſimo fumo cruciatur, ſed a S. Dunſtano cum aliis Sanctis apparente recreatur, & ſanatur a plagis, ad quam virtutem Dei videndam Dani certatim accurrunt. Osbernus pag. 33. 34. Bromt. pag. 890. Cum Principes Danorum Elphegum morti adjudicaſſent, ille ad eorum concilium ducitur, & conſolatur propter ſe plangentes, manentibus autem in infidelitate interitum prædicit, deinde lapidibus petitus, cum pro perſecutoribus, & filiis eccleſiæ oraſſet, ſecuri occiditur. Gervaſius pag. 1650. Osbern. & Bromt. L. c. Cum Principes Danorum corpus Elphegi ſubmergere vellent, ii impediunt, quos converterat, deinde ſanctitate ejus comprobata, miraculo aridi ligni una nocte frondentis, ſepelitur, & mox miraculis coruſcat, domo ſuper corpus Elphegi ædificata, pleriqe Danorum Magnates ad fidem converſi, ibidem baptizantur. Qui vero Danorum poſt mirificum virentis arboris miraculum converti nolebant, acerba morte interibant. Osbern. V. S. Elph. p. 36. 37. Londinenſes corpus S. Elphegi a Danis, gratia ſeu pretio receptum, in urbe ſua deponunt ad portam urbis, duodecim millibus Danis & Anglis comitantibus, & perpetratum facinus lacrymis deplorantibus. Ibi ad tempora Cnutonis Regis permanſit.

Sivardus Danus (cognomento Digre ſ. craſſus, de quo ſuper.)

1042. Circa hoc tempus Sivardus venit in Angliam. Hic fuit filius Berni (Biorn) Comitis Daniæ, qui genitus erat ex filia, de regio genere Danorum & urſo. Sivardus poſt draconem apud Orcades cæſum in Northumbriam venit, ubi

ipſi

ipſi ſenex quidam vexillum Ravellandége dedit. Londoniam veniens, a S. Eduardo benigne accipitur, & Toſtium, Danum Comitem, Huntingdoniæ viliter ſe tractantem, occidit. Tunc Regi Proceres conſulunt, ut contra Danos eum retineret, quod parvus dæmon magno dæmoni traderetur, itaque accepit Wetmerlandiam, Cumberlandiam, & Northumbriam. Bromton. pag. 945.

Toſtium, Comitem Danum, in Angl. occidit.

1060. Frithericus, ex veteribus Saxonibus & Dacis ducens originem, Cnutoni Regi conſanguineus, & linealiter deſcendendo propinquus, hoc anno creatus eſt Abbas S. Albani in Anglia, cum biennio ante electus fuiſſet, utpote vir diligens, prudens, fidelis, & Regi Eduardo amiciſſimus. Matth. Pariſ. V. Abbatis S. Albani pag. 29.

Fridericus Danus. Can. M. conſanguineus, Abbas in Angl.

---

# CAP. II.

## DE
## DANORVM IN SCOTIA
## GESTIS ET VESTIGIIS.

§. 1. Scotorum Pictorumque ex Gothis, populisque borealibus origo.

§. 2. Expeditio Frothonis I. Dan. Regis in Scotiam.

§. 3. Amlethi, Iutiæ Reguli, in Scotia res geſtæ.

§. 4. Geſta Regneri Lodbroch, Dan. Regis, in Scotia.

§. 5. Regnum Scotiæ Norvegis olim tributarium, ac clientelare.

§. 6. Danorum in Scotiam Expeditio, Ducibus Hubba & Humbro.

§. 7. Dani a Gregorio, Scotiæ Rege, triumphati.
§. 8. Auxilia Donaldi, Scotiæ Regis, Anglo, contra Danos miſſa.
§. 9. Scoti Danorum foederati & auxiliares contra Anglos.
§. 10. Foedus Scotorum cum Anglis adverſus Danos.
§. 11. Danorum in Scotiam expeditio, Hagone & Helrico Ducibus.
§. 12. Alia Danorum in Scotiam expeditio, regnante Kennetho III.
§. 13. Geſta Svenonis, Furcatæ Barbæ, Dan. & Angl. Regis, in Scotia, tribus expeditionibus.
§. 14. Geſta Danor. & Norvegor. in Scot. ductu Svenonis Alfgifvidæ Norv. Regis, nomine patris ſui Canuti Magni, Dan. Angl. &c. Regis.
§. 15. Geſta Sigurdi Norvegi, Comitis Orcadenſis, in Scotia.
§. 16. Monomachia Thorgiſelli Islandi, cum Surtero pirata & mago, in Scotia.
§. 17. Haquini Norv. Reg. in Scot. expeditio.
§. 18. Nuptiæ Iacobi III. Scot. Reg. cum Margar. Chriſt. I. Dan. Reg. F. & oppignoratio Orcadum.
§. 19. Legatio Anglo-Scotica Ioh. Iacobi Ravensbergii, poſtea Epiſcopi Roſchild.

## P. S.

### De libertate & vita Regis & Reginæ Scotiæ, per Nic. Cragium Dan. defenſa.

§. 1.

Scotor. Pictorumque ex Gothis, populisque borealib. origo.

Scoti ſe Gajothel nuncupant.

*Quod Scoti noſtratibus Gothis cum origine nomen debeant, haud abſona* Camdeni *aſſertio eſt p.59.* Qui fit, quæſo, *inquit*, perpendant ipſi Scoti, quod Hiberni, Scotorum atavi, & ipſi Scoti, ſe Gaiothel, linguam ſuam Gaiothealg, & eam Britanniæ partem, quam primo occuparunt, Argathel nominarint, unde hæc nomina promanaſſe dicant, a Callæcis Hiſpaniæ, an

an a Gothis? cur quæſo hoc Gaiothel a Gothis non profluxerit, perinde ac Cathalonia in Hiſpania, & Gaſcoyn in Gallia? & Gothos hæc nomina indidiſſe produnt doctiores. Si ex cultu argumenta hac in re depromi poſſint, idem hodie Scotis cultus & veſtitus, qui olim Gothis, ex Sidonio ſtatim deprehenditur, qui dum Gothum deſcribit, plane Scotum ſilveſtrem depingit: Flammei ſunt, inquit, croco, pedes perone ſetoſo talos ad uſque vinciuntur. Genua, crura, ſuræque ſunt ſine tegmine: veſtis alta, ſtricta, verſicolor, vix appropinquans poplitibus exertis. Manicæ ſola brachiorum principia velantes. Viridantia ſaga limbis marginata puniceis. Penduli ex humero balthei. Aurium legulæ crinium ſuper jacentium flagellis operiuntur. Lanceis etiam uncatis, ſecuribusque miſſilibus utuntur. Et fortaſſe ex Procopio lucem aliquam habeant, apud quem Beliſarius, Gothis expoſtulantibus, quod Siciliam Romanis conceſſiſſent, in hæc verba reſpondet: Et nos item Britanniam Gothos habere ſibi permittimus, Sicilia longe præſtantiorem, Romanorum quondam ditionis effectam &c. Nec fraudi Scotico nomini eſſe poteſt, ſe Gothorum prolem agnoſcere, cum potentiſſimi Hiſpaniarum Reges hinc ſtemma ducere gloriantur, & apud Italos nobiliſſimi quique a Gothis vel genus ducunt, vel ementiuntur. Ipſeque Imperator Carolus Quintus e Scandia, & Gothiæ tractibus, totius Europæ nobilitatem exortam fuiſſe, ſerio dictitare ſolebat. *Hac Camdenus. Scoticum quoque nomen a noſtratibus repetunt, licet alias vias ingreſſi,* Saxo & Lyſchander, *quorum alter Hiſtor. Dan. libr. 2. p. m. 24. de* Frothone I. *Daniæ Rege:* Ulvildam (*ſororem*) amico ſuo Scotto, qui & ipſe Scottici nominis conditor fuit, nubere coegit. &c. *alter in* Gene-

*Scotorum habitus Gothicus.*

*Scotor. armatura Gothica.*

*Gothi Britanniam incolunt.*

*Origo Gothica Hiſpanis & Italis magni habita.*

*Univerſa Europæ nobilitas ex Septentrione.*

*Scottus, Scotici nominis Conditor.*

*Genealog. Reg. Dan. pag. 322.* Udi Keyſer Theodoſii Iunioris Tid bleffue de Britanner høylige anfectet af diſſe Nordlændſke og Danſke Picter og Skytter, ſom fremmede Scribenter almindelig kalde Pictos og Scotos. *Adſtipulatur tum* Camdeno tum Lyſchandro Langhornius *Antiquitatum Albionenſium pag. 309.* Illi, *inquit*, (*Scoti*) nomine vernaculo Gajothel, eorum lingua Gajothlac appellantur, quæ duæ voces a Gothorum nomine haud multum abludunt. Et tamen Gatheli, quo ſe ortos jactitant, a Gothila, uſitatiſſimo Regum Gothicorum nomine, quam parum diſcrepat? Inter utriusque gentis linguas, mores, veſtes, arma, quanta affinitas & ſimilitudo? ipſi ſuos majores partim e Scythia cum Nemedi, partim ex Hiſpania cum Gatheli poſteris veniſſe in Hiberniam fatentur: Gathelem vero, Phænii nepotem, cum ſuis e Scythia (ſcilicet Germania, quæ Scandia eſt) in Hiſpaniam tranſiiſſe (lepida intertexta de filia Pharaonis Ægyptii, Scota nomine, fabella,) Nennius atque alii prodiderunt. Scythas quoque in Hiſpania conſediſſe, oſtendit Poeta,

Nomina Pictor. & Scotor. ex Dan. lingv. derivata.

Scoticæ linguæ affinitas cum Gothica.

Scota filia Pharaonis.

— Sarmaticos attollens Suſana mores.

At Gothos magnam Sarmatiæ partem incoluiſſe conſtat, a quibus ipſam Sarmatiam dictam eſſe Scythiam, colligere eſt. Unde in Hiſpaniam, per mare Balthicum, cum Scandianis navigare poterant. Sive igitur Nemedianos ſive Gothelianos reſpicimus, Scythæ Gothici Scotorum veri parentes habendi fuerint. Et Thomas Nalſinghamus, ſicut a Getia Getas, Geticos, Gothos, Gothicos, ita a Scythia Scythas, Scythicos, Scotos, Scoticos deducit. Herodotus in univerſum Scolotas nuncupatos ſcribit, unde Scotorum nomen facile contrahi po-

Scythæ Gothici Scotor. parentes.

Nomen Scoticum ex τῆ Scytha.

Scolotæ Herodoti.

potuiſſe, Seldenus arbitratur. Certe Scotos olim quandocunque rebus ſuis maxime metuerent, Scandianorum opem implorare ſolitos, atque a Romanis Albione eliminatos, partim in Hiberniam, partim in Scandiam ſe recepiſſe, Britannici pariterque Scotici ſcriptores retulerunt, quod quandam patrum primorum, patriæque priſtinæ recordationem, haud obſcure indicat. Ac proinde mare Britanniam atque Hiberniam interluens, Scythicæ (*ſive Gothicæ*) Scotorum Hiberniam incolentium originis reſpectu, Gildas Vallem Scythicam nuncupat. Pictos ſimiliter (*ſubjungit* Torfæus *in Ser. Reg. Dan. pag. 102.*) ex his terris arcesſit Langhornius, illosque ex ea majoris Germaniæ parte profluxiſſe vult, unde Gothi & Dani oriundi, quæ hodie Dania, Daniam, Sveciam & Norvegiam complexa, olim Scythia citerior & borealis dicta ſit. Factum id eſſe traditur tempore, quo Herimon, primus Scotorum Dynaſtiæ Rex, in Hibernia regnaverit ab anno mundi MMDCCCCXXXV ad ann. MMDCCCCXLVIII, mille circiter annis ante caput æræ Chriſtianæ, Salomone Hieroſolymis regnante. Hector Boethius Pictos ex hiſce terris primo exiiſſe ſimiliter ſtatuit, ſed emigrationem illam ad longe inferiora tempora refert, quippe quam factam eſſe innuit paulo ante annum mundi MMMMDCCCLXVII, qui juxta ejus calculum æram Chriſtianam annis CCCXXXII antevertit. De Scotis Pictisque ex ſeptentrionalibus hiſce terris prodeuntibus, nos nulli litem movebimus. Tempus ſaltem exitus eorum deprimendum eſſe putamus. Etenim veriſimile non eſt, Boream noſtrum tum temporis hominibus ita abundaſſe, ut coloniis emittendis par fuerit. Nec navigandi artem, tantæ multitudini

Scoti Scandianor. opem implorare ſoliti.

Vallis Scythica.

Picti ex Danis prodiere.

Æra emigrationis Pictor. Scotorumque.

 trans-

tranſferendæ neceſſariam, noſtri ea ætate ſatis calluiſſe videntur. *Hæc* Torfæus.

Picti in Dan. ſe recipiunt.

*Hujus forte conſanguinitatis fiducia, in Daniam ſe olim receperunt Picti, a Scotis pulſi, ſi fides* Iohanni Ludovico Gotfrido *in Chronica Hiſtorica a* Iacobo Meurſio *edita Amſtelodami 1660. Libr. V. pag. 588.* Als Coningh Edelwolf, Egbreghs Soon 22. Jaren in Engelandt geregiret had, ſturf hy in 't Jaer 837 &c. Voor 19. Jaren waren de Picten van de Schotten uyt haer Lands geſaeght; maer quamen om deſe tydt weder, en verſoghten hulp by d' Engelſchen tegen de Schotten. De Engelſchen luyſterden hier naer; doch tot hun voordeel: want ſy de Picten helpende, ſloegen de Schotten, en veroverde eenige Plaetſen; maer behielden die ſelf, en beſetten ſe met haer eygen Volck; laetende de Picten toeſien. Als deſe dit ſagen, gaven ſy 't Spel op, en betogen Denemercken, om haer, daer neerte ſetten. *Conſentit* Buchananus *Rer. Scoticar. libr. 6. pag. 271.* Picti eluſi ac ſpe fruſtrati, ad Cimbros & Scandianos, id eſt, ut nunc loquimur, in Daniam & Norvegiam transmiſerunt.

Picti an ex τῷ fechten appellati?

Pictus vocab. barbarum.

*Stent cadantve aliorum judicio hæc omnia, inſtitutum noſtrum jubet varia Autorum glomerare loca, non vero, quod ſemel monendum, univerſa conglomerata tueri. Pictorum quod attinet nomen,* Lyſchandro *judice, ex verbo Germano-Danico* ficte *ſ.* fechten, *id eſt digladiari, oriundum, alias ex pingendo communiter deducitur, licet non refragetur* Buchananus, *quin ex vocabulo barbaro originem trahat. Rer. Scoticar. Libr. II.* De nomine, *inquit,* Pictorum utcunque

que ſe res habet: ſive Romani vocabulum barbarum in propinquam vocem Latinam tranſtulerint, ſive Barbari Latinam ad ſui quisque ſermonis ſonum & declinationem proxime accommodaverint, ego certe in magno non ponam diſcrimine. Sed quando de nomine conſtat, & ab orientali coeli plaga, alii e Scythia, alii e Germania eos in Britanniam appuliſſe, rerum ſcriptores fatentur &c. Neque aliud certius veſtigandi initium video, quam a corporis illa pictura. Pingebant autem Britanni, Arii in Germania & Agathyrſi corpora, ut in bello terribiliores hoſti apparerent &c.

Britanni pingebant corpora.

§. 2. *Hinc ad noſtratium per Scotiam geſta devolvimur, & quidem primo ad Scoticam Frothonis I. Daniæ Regis expeditionem, de qua* Saxo *Libr. II.* Nec tantas hoſtium acies obtriviſſe contentus, Britanniam tentat. Cujus Rege devicto, Melbricum, Scotiæ Regionis præfectum, aggreditur. Cui cum bellum illaturus, Britannorum Regem imminere, ex ſpeculatore cognoſſet, tergoque ſimul ac pectori conſulere nequiret, militibus ad concionem vocatis, deſerenda vehicula, abjiciendam ſuppellectilem, aurumque, quod ab eis geſtaretur, paſſim per arva disjiciendum edixit, affirmans, ſolam in opum effuſione opem reſtare. Nec aliud concluſis ſubſidium ſupereſſe, quam hoſtem ab armis in avaritiam pellicere. &c. Tunc Torkillus, avaritia ante alios inſignis, cæterisque eloquio præſtans, capite galea nudato, clypeo innixus: Movet, inquit, Rex, pleroſque tuæ præceptionis auſteritas, qui magni æſtimant, quod ſanguine pepererunt &c. Quid deformius quam belli fortunam prædæ, quam gerimus, contemptu præcurrere &c. Nondum Scotos aſpeximus, & arvum auro

Expeditio Frothonis I. Dan. Reg. in Scot.

Melbricus Scotor. Præfect.

Avaritia Torkilli Dani.

ſpargemus? Quales in prælio exiſtimandi ſunt, quos bellum petentes, ſola bellorum enervat opinio? &c. Mirabitur Britannus ab his ſe victum, quos ſolo vinci timore conſpexerit. &c. Hæc ſenior. At milites Regis potius quam ſodalis conſilium intuentes &c. quod cuique opum erat, certatim loculis egerunt. Mannos quoque variæ ſuppellectilis gerulos oneribus abſolvunt, ſicque vacuefactis crumenis, armis habilibus accinguntur. Quibus progreſſis ſuccedentes Britanni, in patentem late prædam diſſiliunt. Quos Rex, circa pecuniæ raptum avidius æquo occupatos, conſpiciens, cavere jubet, ne deſtinatas prælio manus, opum onere fatigent. &c. Proinde auro ſpreto, auri dominos inſequuntur. &c. Neque enim facile fugiſſe exiſtimandum, qui fortem Britannorum gentem fugæ prior adegerit. &c. Siquidem Danos, quibus opes obtuliſſe videantur, ferro cædeque mulctandos duxiſſe. &c. Finiente Rege, eques Britannicus cunctis onuſtum auro gremium oſtendens: Colliguntur, inquit, Rex, ex oratione tua gemini rerum affectus, unus timoris, alter malevolentiæ teſtis, cum & opibus propter hoſtem uti prohibeas, noſque egenos tibi quam locupletes militare ſatius ducas, &c. &c. Novi Danorum luxum, nunquam plena meri vaſa liquiſſent, ni timor aufugere compuliſſet. Facilius vitam deſeruiſſent, quam vinum. Communis hic nobis affectio eſt, hac illis imagine reſpondemus. Eſto, fugam finxerint, ante tamen in Scotos incident, quam egredi queant &c. Finierat vix eques, & ecce omnium effuſæ in prædam manus, nitida paſſim æra carpſere. &c. Videres cum gramine pariter aurum convelli, inteſtinum diſſidium naſci, immemores hoſtium cives ferro decernere. &c. &c. Interea Frotho ſilvam, quæ Scotiam Britanniamque ſecernit, vaſto

*Stratagema Danor.*

*Dani non facile fugiunt.*

*Luxus Danor.*

*Bibacitas Anglis cum Danis communis.*

vaſto itinere permenſus, arma milites capere jubet. Cujus aciem ſpeculati Scoti, cum ſibi levia tantum pila ſuppetere, Danos vero præſtantiori armaturæ genere cultos conſpicerent, pugnam fuga præveniunt. Quos Frotho, Britannicæ effuſionis metu modicum inſecutus, Ulvildæ virum Scottum cum ingenti exercitu obvium recepit, quem e remotiſſimis Scotiæ finibus, auxilii Danis ferendi cupido, perduxerat. Per hunc Scotorum inſectatione relicta, curſum in Britanniam reflectere juſſus, prædam, quam vafre rejecerat, acriter recuperavit. Pœnituit tunc oneris Britannos, ſanguine pœnas avaritiæ dantes. &c.

Dani armatura præſtant. Scoti pugnam fuga præveniunt. Scottus Affini ſuo Frothoni fert ſuppetias.

§. 3. *Idem Libr. 3. de* Amletho *noſtro, Britanniæ Regis genero, ſed qui ſocerum ſuum cæde amici* Fengonis *in tantum offenderat, ut periculoſa in Scotiam legatione extinctum iri cuperet. Pagg. Edit. Sor. 56.*

Geſta Amlethi, Jutiæ Regis, in Scotia.

Quos (*ſc. Amlethum, ejusque a Dania reducis comites*) Britanniæ Rex beniguiſſime exceptos, regii apparatus impenſis proſequitur. Qui inter epulandum an Fengo viveret, integrisque fortunis eſſet, cupide percontatus, cognoſcit e genero ferro periiſſe. &c. Quo audito, tacitum animi ſtuporem contraxit, quod ad ſe promiſſam quondam Fengonis ultionem pertinere cognoſceret. Ipſe equidem ac Fengo, ut alter alterius ultorem ageret, mutua quondam pactione decreverant. Trahebat itaque Regem hinc in filiam pietas, in generum amor, inde charitas in amicum, & præterea juris jurandi firmitas &c. Tandem cum affinitatis contemptu juratoria præponderavit fides, converſusque ad ultionem animus, neceſſitudini religionem antepoſuit. Sed quoniam hoſpitalitatis ſacra violare nefas credebatur,

Fengo Jutiæ Rex, Regi Angliæ perdilectus.

Conſuetudo olim per ſeptentrionem, juramento ſe ad amici mortem ulciſcendam obligare.

Hoſpitalitatis ſacra violare nefas.

batur, aliena manu ultionis partes exſequi præoptavit, innocentiæ ſpecimen occulto facinore prætenturus. Igitur inſidias officiis texit, &c. Et quia conjux ejus nuper morbo conſumpta fuerat, Amlethum reparandarum nuptiarum legationem ſuſcipere jubet, admodum ſe ſingulari ipſius induſtria delectatum præfatus. Regnare ſiquidem in Scotia fœminam aſſerebat, cujus vehementer connubium affectaret. Sciebat namque, eam non modo pudicitia cœlibem, ſed etiam inſolentia atrocem, proprios ſemper exoſam procos, amatoribus ſuis ultimum irrogaſſe ſupplicium, adeo, ut ne unus quidem e multis extaret, qui procationis ejus pœnas capite non luiſſet. Proficiſcitur itaque Amlethus, quanquam periculoſa legatio imperaretur, injuncti muneris obſequium non detrectans, ſed partim domeſticis ſervis, partim Regis vernaculis fretus. Ingreſſusque Scotiam, cum haud procul Reginæ penatibus abeſſet, recreandorum equorum gratia junctum viæ pratum acceſſit, ibique loci ſpecie delectatus, quieti conſuluit, jucundiore rivi ſtrepitu ſomni cupidinem provocante, ordinatis, qui ſtationem eminus obſervarent. Quo audito, Regina denos juvenes exterorum adventum apparatumque ſpeculaturos emittit. Quorum unus, vegetioris ingenii, eluſis vigilibus, pervicacius ſubiens, clypeum Amlethi, quem capiti forte dormiturus affixerat, tanta lenitate ſubmovit, ut ne ſuperjacentis quidem quietem turbaret, aut cujuspiam ex tanto agmine ſomnum perrumperet, dominam non modo nuncio, ſed etiam rerum indicio certiorem redditurus. Delegatus quoque ei literas loculis, quibus aſſervabantur, pari calliditate ſubduxit. Quibus regina ad ſe perlatis, clypeum curioſius contemplata, ex affixis notulis totius argumenti ſummam elicuit, eum-

Legatio periculoſa.

Iter Amlethi in Scotia.

Techna juvenis Scotici.

euſque affore intellexit, qui exactiſſimo prudentiæ conſilio fretus, de patruo paternæ cladis pœnas acceperit. Literas quoque, nuptiarum ſuarum petitionem continentes intuita, totos obliteravit apices, quod ſenum admodum connubium abhorreret, juvenum complexus appeteret. Inſcripſit autem mandatum, perinde atque a Britanniæ Rege ſibi transmiſſum, & ejus titulo pariter ac nomine conſignatum, quo ſe latoris peti conjugio ſimularet. Quin etiam facta, quæ ex ejus ſcuto cognoverat. (NB. *Narravit in antecessum Saxo, Amlethum in ſcuto ſuo omnem operum ſuorum contextum, ab ineuntis ætatis primordiis, exquiſitis picturæ notis adumbrandum curaſſe*) ſcripto, complectenda curavit &c. Deinde eos, quorum exploratione uſa fuerat, ſcutum referre, literasque loco ſuo reſtituere jubet, &c. Interea Amlethus clypeum capiti fraude ſubductum expertus, occluſis de induſtria oculis, quietem callidius ſimulat, quod vero ſopore amiſerat, ficto recuperaturus &c. Nec eum opinio fefellit. Speculatorem quippe clandeſtino aditu ſcutum ac chartam priſtino loco reponere cupientem, proſiliens corripit, captumque vinclorum pœna coercuit. Deinde excitatis comitibus, Reginæ penates accedit. Cui ex ſoceri perſona, conſalutatæ, ſcriptum ejusdem ſigillo obſignatum porrexit. Quod cum accepiſſet Hermuthruda, (Reginæ id nomen erat) perlegiſſetque, operam Amlethi induſtriamque, verbis impenſioribus proſecuta, juſtas Fengonem pœnas pependiſſe dicebat, ipſum vero Amlethum, rem humana æſtimatione majorem, incomprehenſæ profunditatis ingenio molitum, quod non ſolum paterni exitii, maternique concubitus ultionem, inſcrutabili ſenſus altitudine commentus fuiſſet, verum etiam regnum ejus con-

Clypei veter. Danor. Hiſtoriei.

Speculator Scot. captus.

Amlethus a Regina Scot. Hermutruda adamatus, & laudatus.

batur, aliena manu ultionis partes exſequi præoptavit, innocentiæ ſpecimen occulto facinore prætenturus. Igitur inſidias officiis texit, &c. Et quia conjux ejus nuper morbo conſumpta fuerat, Amlethum reparandarum nuptiarum legationem ſuſcipere jubet, admodum ſe ſingulari ipſius induſtria delectatum præfatus. Regnare ſiquidem in Scotia fœminam aſſerebat, cujus vehementer connubium affectaret. Sciebat namque, eam non modo pudicitia cœlibem, ſed etiam inſolentia atrocem, proprios ſemper exoſam procos, amatoribus ſuis ultimum irrogaſſe ſupplicium, adeo, ut ne unus quidem e multis extaret, qui procationis ejus pœnas capite non luiſſet. Proficiſcitur itaque Amlethus, quanquam periculoſa legatio imperaretur, injuncti muneris obſequium non detrectans, ſed partim domeſticis ſervis, partim Regis vernaculis fretus. Ingreſſusque Scotiam, cum haud procul Reginæ penatibus abeſſet, recreandorum equorum gratia junctum viæ pratum acceſſit, ibique loci ſpecie delectatus, quieti conſuluit, jucundiore rivi ſtrepitu ſomni cupidinem provocante, ordinatis, qui ſtationem eminus obſervarent. Quo audito, Regina denos juvenes exterorum adventum apparatumque ſpeculaturos emittit. Quorum unus, vegetioris ingenii, eluſis vigilibus, pervicacius ſubiens, clypeum Amlethi, quem capiti forte dormiturus affixerat, tanta lenitate ſubmovit, ut ne ſuperjacentis quidem quietem turbaret, aut cujuspiam ex tanto agmine ſomnum perrumperet, dominam non modo nuncio, ſed etiam rerum indicio certiorem redditurus. Delegatus quoque ei literas loculis, quibus aſſervabantur, pari calliditate ſubduxit. Quibus regina ad ſe perlatis, clypeum curioſius contemplata, ex affixis notulis totius argumenti ſummam elicuit, eum-

Legatio periculoſa.

Iter Amlethi in Scotia.

Techna juvenis Scotici.

eumque affore intellexit, qui exactiſſimo prudentiæ conſilio fretus, de patruo paternæ cladis pœnas acceperit. Literas quoque, nuptiarum ſuarum petitionem continentes intuita, totos obliteravit apices, quod ſenum admodum connubium abhorreret, juvenum complexus appeteret. Inſcripſit autem mandatum, perinde atque a Britanniæ Rege ſibi transmiſſum, & ejus titulo pariter ac nomine conſignatum, quo ſe latoris peti conjugio ſimularet. Quin etiam facta, quæ ex ejus ſcuto cognoverat. (NB. *Narravit in anteceſſum Saxo, Amlethum in ſcuto ſuo omnem operum ſuorum contextum, ab ineuntis ætatis primordiis, exquiſitis picturæ notis adumbrandum curaſſe*) ſcripto, complectenda curavit &c. Deinde eos, quorum exploratione uſa fuerat, ſcutum referre, literasque loco ſuo reſtituere jubet, &c. Interea Amlethus clypeum capiti fraude ſubductum expertus, occluſis de induſtria oculis, quietem callidius ſimulat, quod vero ſopore amiſerat, ficto recuperaturus &c. Nec eum opinio fefellit. Speculatorem quippe clandeſtino aditu ſcutum ac chartam priſtino loco reponere cupientem, profiliens corripit, captumque vinclorum pœna coercuit. Deinde excitatis comitibus, Reginæ penates accedit. Cui ex ſoceri perſona conſalutatæ, ſcriptum ejusdem ſigillo obſignatum porrexit. Quod cum accepiſſet Hermuthruda, (Reginæ id nomen erat) perlegiſſetque, operam Amlethi induſtriamque, verbis impenſioribus proſecuta, juſtas Fengonem pœnas pependiſſe dicebat, ipſum vero Amlethum, rem humana æſtimatione majorem, incomprehenſæ profunditatis ingenio molitum, quod non ſolum paterni exitii, maternique concubitus ultionem, inſcrutabili ſenſus altitudine commentus fuiſſet, verum etiam regnum ejus con-

Clypei veter. Danor. Hiſtoriei.

Speculator Scot. captus.

Amlethus a Regina Scot. Hermutruda adamatus, & laudatus.

conſpicuæ probitatis operibus occupaſſet. Quamobrem mirari ſe, tam eruditi ingenii virum, uno nuptiarum errore labefactari potuiſſe, qui, cum humanas pene res claritate tranſcendat, in ignobilem obſcurámque copiam prolapſus videatur. Quippe conjugem ejus ſervis parentibus eſſe, quanquam eos fortuna regiis honoribus exornaſſet. &c. &c. Eſſe vero, quam ſibi nobilitate parem aſciſcere poſſit. Se ſiquidem nec rebus tenuem, nec ſanguine humilem, ejus amplexibus idoneam fore, utpote quam nec regiis opibus vincat; nec avito ſplendore præcellat. Quippe Reginam ſe eſſe, & niſi refragaretur ſexus, Regem exiſtimari poſſe: imo quod verius eſt, quemcumque toro ſuo dignata fuerit, Regem exiſtere, regnumque ſe cum amplexibus dare. &c. Nec parvi beneficii eſſe, eam proprios offerre amplexus, quæ circa alios ferro repulſam exequi conſueverat. &c. Hæc dicens aſtrictis in eum complexibus ruit. Ille tam comi virginis eloquio delectatus, in mutua prorumpit oſcula, alternos complexum nodos conſerit, ſibique, quod virgini, placitum proteſtatur. Fit deinde convivium, accerſuntur amici, corrogantur primores, nuptiæ peraguntur. Quibus expletis, cum nupta Britanniam repetit, valida Scotorum manu propius ſubſequi juſſa, cujus opera adverſum varios inſidiarum objectus uteretur. Redeunti Britannici Regis filia, quam in matrimonio habebat, occurrit. Quæ, quanquam ſe ſuperductæ pellicis injuria læſam quereretur, indignum tamen ajebat mari, tali gratiæ pellicatus odium anteferri, &c. Habere enim ſe pignus conjugii filium. &c. Quin & in te ſiniſtre excogitata detegam. &c. Quamobrem cavendum tibi ſocerum putes, quod ipſe legationis proventum carpſeris, omnemque ejus fructum in te-

Rex Angliæ ſervilis originis.

Regina ſuo ipſius nomine procatur.

Nuptiæ Amlethi, cum Regina Scotiæ.

Mirum exemplum fidei conjugalis, ubi zelotypiæ locus eſſet.

met, eluſo mittentis voto, pervicaci uſurpatione transtuleris. &c. Hæc loquente ea, adeſt Britanniæ Rex &c. *Reliqua ſuperius in Anglicis quærantur. Tandem Reginam hanc Scotiæ Hermutrudam, cæſo Amletho, Lethrarum Regi (ita ſupremus quondam Daniæ Rex, cui cæteris regulis jura dandi tollendique jus eſſet, ab arce, quam inhabitabat, Lethrica, vulgo* **Leyre**, *antiquitus Hleidra, cujus manifeſta ad pagum Siellandiæ, qui olim caput regni erat,* **Leyre**, *adhuc ſuperſunt veſtigia; vid.* Worm. *in Mon. Dan. ſalutabatur) Vigleto nupſiſſe tradit.* Poſt hæc cum a Vigleto, Scaniæ Sialandiæque viribus rei creato, per legatos ad bellum provocaretur, &c. Quamobrem Hermutruda, virilem profeſſa fiduciam, ne in acie quidem ſe eum deſerturam ſpopondit, detestabilem inquiens fœminam, quæ marito mortem conferri formidaret. Quam promiſſionis novitatem parum exſecuta eſt. Nam cum Amlethus apud Jutiam a Vigleto acie interemptus fuiſſet, ultro in victoris prædam amplexumque conceſſit. Ita votum omne fœmineum fortunæ varietas abripit. &c.

SupremiDaniæ Reges, olim Reges Lethrar. dicti.

Antiquum Daniæ caput **Leyre**.

Virilis Hermutrudæ animus.

Hermutruda Vigleto Lethr. Regi nubit.

§. 4. *Idem poſtea de Regnero Lodbrock Daniæ Rege Libr. IX.* Inde Scotiæ ac Petiæ, inſularumque, quas auſtrales vel meridianas vocant, ducibus interfectis, Syvardo ac Rathbartho filiis, vacuas gubernatore provincias, in poteſtatem addixit. Norvagiam quoque principe ſuo violenter exutam, Fridlevo parere præcepit, eundemque Orchadibus, proprio duce defectis, præferre curavit. *Et multis interjectis.* Ubi Fridlevo atque Sivardo apud ſe ſtipendia merentibus, Normannos Scotosque duobus aliis falſo Regis nomen irrogaſſe comperiens, inprimis Norvagicæ rei uſurpatorem ſuſtulit, eamque Biorno fruendam

Regneri Lodbr. Dan. Reg. in Scot. geſta, Cædes Ducum Scot. &c.

Fil. Regneri Scotiæ præfecti & Orcadibus.

Scoti deficiunt a Regn. filiis.

endam tradidit. Deinde eo atque Erico adſcitis, Orcades populatus, ad ultimum Scotorum finibus appulit, eorumque Regem Murial, triduano exhauſtum prælio, interfecit. Verum filii ejus, Dunvat atque Rathbarthus, pugna ſpectabiliter edita, ab hoſte necati, ſanguine ſuo cruentam patri victoriam pepererint.

Cædes Regis Scotor. Murialis.
Cædes duorum ex Regn. filiis.

Regnum Scotiæ olim Norvegis tributarium ac clientelare.

§. 5. *Cel.* Torfæus *Rerum Orcadenſ. Hiſtor. Libr. I. Cap. II.* Aimonius & incertus quidam auctor, illo tempore, anno nimirum DCCCXLVI. Scotos Norvegis tributarios factos tradunt, referente Pontano Diſcuſſion. Hiſtoric. Cap. XI. his verbis: Scoti a Normannis (Norvegos intelligit) per annos plurimos tributarii efficiuntur, inſulis circumquaque poſitis, nullo reſiſtente, potiti immorantes. Imo; teſte eodem Aimonio, tota aquilonaris Britannia, iisdem temporibus ditionis Norvegicæ fuit, videturque Kennethus, (ſc. ſecundus Scotiæ Rex) jure clientelari, Scotiam & inſulas ab iis accepiſſe. &c.

Danor. in Scot. Expedit. Ducibus Hubba & Humbro.
Opulentia Danor. antiqua.
Occaſio hujus exped.
Multitudo Danor. antiqua.
Dani Chriſtianor. perſecutores.

§. 6. Georgius Buchananus Scotus, *Rer. Scoticarum libr. 6. pag. 175.* Circa hæc tempora (ſc. ſub Rege Scotiæ Conſtantino, Kennethi filio) Dani tum omnium Germanorum opibus florentiſſimi, a Pictis adverſus Scotos, item a Buerno (vel ut alii ſcribunt, Verna, cujus uxori Osbrethus per vim ſtuprum intulerat) ſollicitati, abundante domi juventutis multitudine, facile conſenſerunt, ut in Britanniam claſſe magna transmitterent. Primum in agrum Fifanum exſcenderunt. Ibi obviis omnibus, ob Chriſtiani nominis odium, ſine diſcrimine trucidatis, bifariam diviſo exercitu, agros late vaſtarunt. Adverſus eos Conſtantinus profectus, primum in eam inci-

incidit manum, cui Hubba, Regis Danorum frater, præerat. Hi ſubito Levini amnis incremento prohibiti, cum ſuis vires conjungere, facile victi, omnesque cæſi, præter paucos, qui nandi periti, flumen tranſiere, atque ad Humbrum, alterum Ducem, pervenere. Ad hos, fluvio jam permeabili, Conſtantinus tanquam ad prædam, non ad prælium ducens, eos eſt aſſecutus non procul a Curalia oppido, caſtris jam permunitos. Dani enim ab adverſæ pugnæ eventu magis in omnia intenti: ſuper modicas & flexuoſas rupes prope littus, cumulis objacentium paſſim ſaxorum aggeſtis, ſpecimen valli objecerunt. Ibi Conſtantinus eos adortus, loci iniquitate Danorum deſperationem juvante, multo cum ſuorum ſanguine ſuæ temeritatis pœnas luit. Magna enim exercitus parte amiſſa, ipſe captus, & in ſpeluncam modicam tractus, occiditur. Extant adhuc ejus pugnæ monumenta, ſpecus & caſtrorum ambitus, non æquis ſpatiis dimenſus, ſed ad rupium flexus circumductus. Dani, ſpoliis collectis, ad naves abierunt. Poſtridie Regis cadaver inventum, ad ſepulchra majorum in Jonam inſulam defertur. Regnum autem tenuit Conſtantinus annos ſedecim, anno DCCCLXXIIII ſucceſſit Ethus frater, a pedum celeritate Alipes cognominatus, nulla alia commendatione Rex electus, niſi quia reliquias exercitus a Danis profligati reduxit.

Hubba Regis Danor. frater, forte filius Regneri Ubbe.
Strages Danor.
Caſtr. & vall. Dan.
Cædes Conſtant. Scot. Regis.
Veſtig. Danor.
Dani victores abeunt.

*De hiſce Danorum in Scotia geſtis loquitur celebris ille Rerum Danicarum Scriptor Gallus, Dominus* J.B. Des Roches *Hiſtoire de Dannemarc, à Amſterdam MDCCXXX. Tome ſecond. p. 19. hunc in modum:*

Je trouve, qu' avant cette expédition des Danois en Italie, ils en firent une en Ecoſſe, ſous

ſous la conduite du même Biornon, dont nous avons déja parlé, ils y furent en partie invités par les Pictes, mais le principal motif étoit le reſſentiment de Biornon, qui vouloit ſe venger de l' affront, qu' Osbreth lui avoit fait en abuſant de ſa Femme. Ils firent deſcente dans la Province de Fiſe, et ayant partagé leurs Troupes, en deux Corps d' Armée, ils ravagerent le Païs, d' une maniére horrible, pillant et ſaccageant tout ce qu' ils rencontroient. Conſtantin, Roi d' Ecoſſe, accourut en armes, et ſe préſenta devant le Corps d' Armée, que commandoit le Prince Hubba, Frére du Roi de Dannemarc. Les Danois ſurpris et ne pouvant paſſer le Lewin, pour ſe joindre à leurs Camarades, parceque les eaux de ce fleuve étoient extraordinairement crûës, furent tous taillés en piéces, à l' exception d' un petit nombre, qui ſe ſauva à la nage, et fut joindre Humbrus, qui commandoit l' autre Corps d' Armée. Animé de cette prémiére victoire, Conſtantin trouvant un Gué, dans la Riviére, la fit paſſer à ſon Armée, et fut camper à la vûë de celle des Danois, qu' il ſe flattoit de défaire ſans peine; mais ceux-ci, que la défaite de leurs Compatriotes engageoit à ſe tenir ſur leurs gardes, s' étoient fait une eſpéce de retranchément, ſur le rivage, avec de groſſes pierres, qu' ils avoient entaſſées les unes ſur les autres. Conſtantin entreprit de les y forcer, mais en vain: ſon Armée perit, pour la plus grande partie, dans les attaques, et lui même ayant été fait priſonnier, fut conduit dans

dans une caverne du voiſignage, où les Danois lui donnerent la mort.

§. 7. Buchananus *iterum pag. 177. ſeq.* Etho Gregorius, Dongalli filius eſt ſuffectus. &c. Prima ei expeditio in Fiſam, adverſus Pictos, illic a Danis relictos, fuit, dum ipſi in Anglos arma transferunt. Eos non modo illinc, ſed e Lothiana & Marcia ejecit. Cum Bervicum veniſſet, Dani, ſi quid ipſis accidiſſet, Anglos etiam a tergo metuentes, non auſi, cum Gregorio marte aperto congredi, partem ſuarum copiarum trans fluvium in Northumbriam miſerunt, juſſam cum nova manu popularium recens advecta ſe conjungere: reliqui, ut oppido eſſent præſidio, Bervicum ingrediuntur. Verum Angli, qui Danis (diverſæ religionis hominibus) inviti parebant, nocte Scotos in urbem receperunt. Dani in medio cæſi, ad unum interiere. Inde in Northumbriam Gregorius profectus, cum *Hardunto* feliciter conflixit, tantamque Danorum cædem fecit, ut eorum vires toti nuper Britanniæ formidabiles, partim a Gregorio Scoto, partim ab Aluredo Anglo prope confectæ fuerint. Gregorius recepta Northumbria, Anglisque, qui abire vellent, cum bona gratia dimiſſis, reliquis humaniter habitis, ſedes dedit. Majorem eorum partem retinuit, partim ſoli natalis amor, partim regis beneficentia, & timor ab hoſtibus. Nam cum jam per aliquot annos tam incerta victoria, totque conflictibus cruentis cum Danis eſſet bellatum, multi Anglorum Scotis, etſi antea inimicis, tamen Chriſtianis parere malebant, quam vel in crudelium Danorum poteſtatem venire, vel incerta ſuorum auxilia ſperare, præſertim rebus ita per totam inſulam turbatis, ut fere ſemper An-

Dani a Gregorio Scot. Rege triumphati.

Nova Danor. manus in Northumbr. advecta.

Angli, Scotis, Chriſt. quam Danis gentil. parere malunt.

Harduntus Danor. Dux.

Dani toti Britan. formidabiles.

Dani crudeles.

gis dubitare cogerentur, cui primum parti opem ferrent. Re adverſus Danos ita geſta, ut diuturnam ab eis quietem ſperaret, arma vertit in Britones, qui partem agri Scotici adhuc tenebant. Cum his quoque pace facta, receptis agris, promiſſoque auxilio adverſus Danos, ſi redirent, exercitum dimiſit. &c. &c. Acceſſerunt eodem fere tempore Legati ab Aluredo Anglo, partim, ut victoriam de Danis gratularentur, ut quæ communiter omnibus Chriſtianis jucunda eſſe deberet, partim, ut novo fœdere ſe adverſus omnes Chriſtianorum inimicos confirmaret.

Victor. Scotor. de Dan.

Legatio Angli congratulatoria.

Strages Danor. omni Chriſtian. jucunda.

§. 8. Buchananus *iterum pag. 179.* Proxime Rex eſt factus Conſtantini ſecundi filius Donaldus, ejus nominis quintus. &c. Cum nova Danorum manus ad Northumbriæ littus appuliſſet, ac ſine cujusquam injuria illic ad anchoras aliquot dies ſtetiſſet, Donaldus, confecto exercitu eo profectus, in occaſiones omnes intentus, regioni præſedit. Tandem audito Danos in Anglorum agros exſcendiſſe, auxilia ad Aluredum Anglum miſit. Is adeo cruento prælio de hoſte victoriam retulit, ut non recuſaret, eos in partem agri accipere, modo Chriſtiani fierent. Ita pace compoſita, ac demiſſo exercitu, &c.

Nova Dan. claſſis ad Northumbr. appellit.

Auxilia Donaldi Scotiæ Regis Anglo contra Danos miſſa.

Dani ab Angl. victi.

Dani Chriſto nomen dare promittunt.

§. 9. Buchan. *iterum pag. 180.* Donaldo ſuffectus eſt Ethi filius, Conſtantinus tertius. &c. Dani, qui nullis pollicitationibus Gregorium & Donaldum, proximos Scotorum Reges, potuerant flectere, ut arma adverſus Anglos tum Chriſtianos, ſumerent, Conſtantinum facile muneribus, & vana ſpe finium proferendorum corruperunt, ut ſecum fœdus iniret. Quod cum vix biennium duraſſet, Scotis relictis, Dani cum Anglo fœdus percuſſere. Eo quoque

Scoti Danor. fœderati & auxiliares contra Angl.

Dani fœdus cum Scotis reſcindunt.

que vix quatuor annos continuato, Eduardus, Anglus, milite repente coacto, Danorum agros longe lateque populatus, eo deſperationis eos reduxit, ut ad Scotos, nuper a ſe relictos, redirent: ac ſanctiſſime jurarent, ſe amicitiam perpetuo duraturam inituros. Hoc ſecundum fœdus magna ceremonia fuiſſe factum memoratur decimo, quam Conſtantinus regnare cœperat, anno. (*ſc. DCCCCXIII. nam dixerat in anteceſſum, Anteceſſorem ejus Donaldum deceſſiſſe DCCCCIII.*) Is eodem quoque anno Milcolumbo, proximi Regis filio, Cumbriam donavit. &c. Orto igitur bello, inter Eduardum, Alvredi filium, & Danos, Conſtantinus auxilia Danis, Milcolumbo duce, miſit. Hi exercitibus junctis, multitudine ſua freti, late proximos Anglorum agros populantur: & maximam, quacunque eunt, vaſtitatem faciunt, eo ſcilicet conſilio, ut Anglos, longe numero inferiores, ad prælium illicerent. Tantum enim ſibi arrogarunt, ut ne conſpectum quidem ſuum hoſtem laturum exiſtimarent, ac jam non de victoria, ſed de ſpoliis partiendis cogitarent. Verum, ut ſecundæ res animos interim prudentiorum occæcant, ita adverſæ periculorum cogitatione infirmiores erudiunt. Angli, quod viribus deerat, conſilio ſupplent. Acie ſubſidiis commode firmata, juſſis primis cedentium ſpeciem præbere, ac deinde ſolutis hoſtium ordinibus, confertim in perſequentes redire, pugnam non morantur. Præerat omnibus Anglorum copiis Athelſtanus, Eduardi nothus. &c. Igitur, cum ſatis acre prælium initio conſeruiſſet, ſenſim primo, deinde trepidantius cedendo, cum jam veræ fugæ ſpeciem præbuiſſet, Dani & Scoti ſeſe victores rati, ne ſi longius ſequerentur, præda omnis penes inertiſſimos eſſet, ad caſtra diripienda recurrunt.

Dani fœdus cum Scotis redintegrant.

Auxilia Scotica Danis contra Angl. miſſa.

Inſolentia Danor.

Strategema Angl.

Prælium acre.

gli dubitare cogerentur, cui primum parti opem ferrent. Re adverſus Danos ita geſta, ut diuturnam ab eis quietem ſperaret, arma vertit in Brittones, qui partem agri Scotici adhuc tenebant. Cum his quoque pace facta, receptis agris, promiſſoque auxilio adverſus Danos, ſi redirent, exercitum dimiſit. &c. &c. Acceſſerunt eodem fere tempore Legati ab Aluredo Anglo, partim, ut victoriam de Danis gratularentur, ut quæ communiter omnibus Chriſtianis jucunda eſſe debeat, partim, ut novo fœdere ſe adverſus omnes Chriſtianorum inimicos confirmaret.

Victor. Scotor. de Dan.

Legatio Anglica gratulatoria.

Strages Danor. toti Chriſtian. jucunda.

§. 8. Buchananus *iterum pag. 179.* Proxime Rex eſt factus Conſtantini ſecundi filius Donaldus, ejus nominis quintus. &c. Cum nova Danorum manus ad Northumbriæ littus appuliſſet, ac ſine cujusquam injuria illic ad anchoras aliquot dies ſtetiſſet, Donaldus, confecto exercitu eo profectus, in occaſiones omnes intentus, regioni præſedit. Tandem audito Danos in Anglorum agros exſcendiſſe, auxilia ad Aluredum Anglum miſit. Is adeo cruento prælio de hoſte victoriam retulit, ut non recuſaret, eos in partem agri accipere, modo Chriſtiani fierent. Ita pace compoſita, ac demiſſo exercitu, &c.

Nova Dan. claſſis ad Northumbr. appellit.

Auxilia Donaldi Scotiæ Regis Anglo contra Danos miſſa.

Dani ab Angl. victi.

Dani Chriſto nomen dare promittunt.

§. 9. Buchan. *iterum pag. 180.* Donaldo ſuffectus eſt Ethi filius, Conſtantinus tertius. &c. Dani, qui nullis pollicitationibus Gregorium & Donaldum, proximos Scotorum Reges, potuerant flectere, ut arma adverſus Anglos tum Chriſtianos, ſumerent, Conſtantinum facile muneribus, & vana ſpe finium proferendorum corruperunt, ut ſecum fœdus iniret. Quod cum vix biennium duraſſet, Scotis relictis, Dani cum Anglo fœdus percuſſere. Eo quoque

Scoti Danor. fœderati & auxiliares contra Angl.

Dani fœdus cum Scotis reſcindunt.

que vix quatuor annos continuato, Eduardus, Anglus, milite repente coacto, Danorum agros longe lateque populatus, eo deſperationis eos reduxit, ut ad Scotos, nuper a ſe relictos, redirent: ac ſanctiſſime jurarent, ſe amicitiam perpetuo duraturam inituros. Hoc ſecundum fœdus magna ceremonia fuiſſe factum memoratur decimo, quam Conſtantinus regnare cœperat, anno. (*ſc. DCCCCXIII. nam dixerat in anteceſſum, Anteceſſorem ejus Donaldum deceſſiſſe DCCCCIII.*) Is eodem quoque anno Milcolumbo, proximi Regis filio, Cumbriam donavit. &c. Orto igitur bello, inter Eduardum, Alvredi filium, & Danos, Conſtantinus auxilia Danis, Milcolumbo duce, miſit. Hi exercitibus junctis, multitudine ſua freti, late proximos Anglorum agros populantur: & maximam, quacunque eunt, vaſtitatem faciunt, eo ſcilicet conſilio, ut Anglos, longe numero inferiores, ad prælium illicerent. Tantum enim ſibi arrogarunt, ut ne conſpectum quidem ſuum hoſtem laturum exiſtimarent, ac jam non de victoria, ſed de ſpoliis partiendis cogitarent. Verum, ut ſecundæ res animos interim prudentiorum occæcant, ita adverſæ periculorum cogitatione infirmiores erudiunt. Angli, quod viribus deerat, conſilio ſupplent. Acie ſubſidiis commode firmata, juſſis primis cedentium ſpeciem præbere, ac deinde ſolutis hoſtium ordinibus, confertim in perſequentes redire, pugnam non morantur. Præerat omnibus Anglorum copiis Athelſtanus, Eduardi nothus. &c. Igitur, cum ſatis acre prælium initio conſeruiſſet, ſenſim primo, deinde trepidantius cedendo, cum jam veræ fugæ ſpeciem præbuiſſet, Dani & Scoti ſeſe victores rati, ne ſi longius ſequerentur, præda omnis penes inertiſſimos eſſet, ad caſtra diripienda recurrunt.

Dani fœdus cum Scotis redintegrant.

Auxilia Scotica Danis contra Angl. miſſa.

Inſolentia Danor.

Stratagema Angl.

Prælium acre.

runt. Tum dato ſigno ab Athelſtano, Angli ad ſigna collecti, ſparſos & præda graves adorti, velut pecora trucidant. Periit in ea pugna major Scoticæ nobilitatis pars, dum mori potius eligunt, quam ignominiæ (velut ſociorum (ſc. *Danorum*) deſertores) ſupereſſe. Milcolumbus multis vulneribus ſaucius, in pacatum a ſuis reportatus, triſtem amiſſi exercitus ad Regem Conſtantinum nuncium pertulit. Neque apud Danos lætiores res fuere. Athelſtanus, attonitis tanta clade hoſtibus, de Scotis Cumbriam & Veſtmariam, de Danis Northumbriam cepit.

Strages Danor. & Scotor.

Fides Scotor. erga ſocios Danos.

Northumbria Danis erepta.

§. 10. Buchananus *iterum pag. 182.* Conſtantino in monachorum ſeceſſu quietem amplexo, (DCCCCXXXVIII.) Rex (ſc. Scotiæ,) declaratur Milcolumbus, Donaldi filius, Athelſtano mortuo & regnante fratre ejus Edmundo. Cumbria & Veſtmaria ad aſſvetum imperium rediere, & Dani, qui in Northumbria remanſerant, Avalaſſum Danum, hominem regii generis, tum in Hibernia exulantem, ad regnum accipiendum vocant. Edmundus proſpiciens, quanta belli moles inſtaret, Milcolumbum Cumbria & Veſtmaria donat, ea lege, ut qui proxime in regnum Scotorum ſucceſſurus eſſet, ſacramentum Anglorum Regi, ceu ſupremo eorum locorum domino diceret. Deinde Danos, variis calamitatibus afflictos, facile in ſuam ditionem redigit: nec ipſe diu ei victoriæ ſuperſtes fuit. Angli in locum ejus fratrem Edredum regem creant. Adverſus hunc, cum Dani, qui Northumbriam tenebant, nec unquam bona fide pacem cum Anglis fecerant, rebellaſſent, multaque loca munita de eo, in diverſa regni parte occupato, cepiſſent: ac inprimis Eboracum, decem millibus Scotorum in ſubſidium acceptis, Anglus eos magna clade compeſcuit. &c.

Avalaſſus Danus regii generis Rex Danor. in North.

Fœdus Scotor. cum Angl. adverſ. Danos.

Dani varia loca munita & in his Eboracum Angl. ademerunt.

§. 11.

§. 11. Buchan. *iterum pag. 183.* Proxime regnavit Indulfus. &c. Octavo demum regni anno (*i. e. DCCCCLXI. nam Milcolumbum anteceſſorem ejus, decimo quinto imperii anno ſc. DCCCCLIII. interfectum monuit*) Dani ægre ferentes, amicitiam Anglorum ſuæ prælatam, fœdusque perpetuum a duobus regibus (*ſc. Edmundo Angl. & Milcolumbo Scot.*) adverſus ſe factum, claſſe quinquaginta navium, Scotis nihil minus expectantibus, in æſtuarium Forthæ fluminis ingreſſi, prope nec opinantes oppreſſerunt. Igitur in re tam ſubita, terroris ac trepidationis plena fuerunt omnia, aliis bona ſua in loca tutiora, ac mediterranea transferentibus, aliis ad mare concurrentibus, ut hoſtem exſcendere prohiberent. Præerat claſſi Hago & Helricus. Hi cum Lothianam ac deinde Fifam fruſtra tentaſſent, Tai æſtuarium adeunt. Illic quoque terra prohibiti, cum reliquum littus legerent, Æneiam, ſive Anguſiam, Merniam, Marriam,Buchaniam prætervecti, nec uſquam admiſſi, tanquam diſceſſuri, vela in altum dederunt. Deinde omnibus ſecuris, poſt aliquot dies revecti, in littore Boinæ, ad Gollini fluminis oſtium, nacti locum idoneum, antequam edito tumultu accolæ accurrerent, nullo prohibente, militem exponunt. Eorum adventum cum reſciſſet Indulfus, pene famam ſui prævenit: ac primum in ſparſos populatores invectus, eos ad reliquum exercitum compulit, minore quidem cum cæde, quod Danorum caſtra non longe aberant. Ubi in mutuum conſpectum eſt ventum, ſine mora inſtructis aciebus, paribus prope animis & viribus eſt concurſum. Cum acriter utrinque pugnaretur, ſubito Danos perturbarunt, a tergo conſpecti Græmus & Dumbarus, cum Lothianis cohortibus. Cum alii ad naves, alii, quo metus hoſtium age-

Expedit. Dan. in Scot. Hagone & Helrico Ducibus.

Cauſa hujus expedit.

Claſſ. Danor. 50. nav.

Hago & Helricus Dan. claſſ. Duces.

Stratagema Dan.

Prælium acre.

Fuga Danor.

Indulſus Rex Scotiæ, a Danis occiſus.

agebat, per loca ignota fugerent, major pars in valle ſilveſtri conglobati, occaſionem, aut rei bene gerendæ, aut fortiter moriendi opperiebantur. Indulſus, velut penitus hoſtibus profligatis, cum paucis obequitans, caſu in illos illatus, occiditur, ineunte decimo ſui regni anno (ſc. DCCCCLXIII.) Præfuit enim Scotis novem annos, & tres menſes. Sunt, qui ſagitta, e nave miſſa, interemtum prodant, dum exarmatus, ut fugientibus vehementius inſtaret, in conſcendentes acrius fuiſſet invectus.

Expedit. alia Dan. in Scotiam regnante Kennetho III.

Claſſis Danor. numeroſa.

Conſultatio Dan.

§. 12. *Idem* Buchananus *pag. 191. ſub Rege Scot. Kennetho III.* Hanc totius Britanniæ publicam tranquillitatem interpellarunt Dani, quorum numeroſam claſſem prope Rubrum promontorium (is locus eſt Æneæ ſive Anguſiæ) ad anchoras ſtare nunciatum eſt. Tenuit eos ibi aliquot dies conſultatio, utrum in proximum littus deſcenderent, an in Angliam, quo eis curſus erat, deflecterent. Multi enim cenſebant, Angliam petendam, regionem opulentam, quæ & fructibus exercitum alere, & auxiliis augere poſſet. Multos enim ibi Danici generis eſſe, adhuc ſuperſtites: multos vetere amicitia cum Danis conjunctos. Hos omnes ad primum eorum motum accurſuros, quod ſemper antea ibi factitatum eſt. In Scotia gentem eſſe ingenio ferocem, & ut in duro atque inopi ſolo duram, & laboris patientem: & quam nunquam ſine clade inſigni ſint aggreſſi: quam ſi vincant, nullum operæ pretium facturos: ſin vincantur, extrema omnia paſſuros. Alii contra diſſerebant, ſi in Angliam deſcenderent, cum utraque gente ſimul confligendum. Scotis autem prius devictis, facile bellum cum Anglo futurum, externis auxiliis ſpoliato, & amicorum clade territo. Neque magni animi viros in prædam unam inten-

Multi Dani in Angl.

Dani Northumbrenſ. adventantibus popularibus ſe aggregare ſoliti.

Dani nunquam impune Scotos aggreſſi.

Dani gloriæ magis quam

intentos eſſe, decere: ſed potius meminiſſe debere propinquorum, & majorum, toties in Scotia crudeliter cæſorum. Nunc, cum ab omnibus ad bellum rebus neceſſariis parati, tantum exercitum habeant, eam vindictam expetendam, quæ & immanitatem Scotorum pro merito puniat, & terrorem Danici nominis ad omnes nationes circumjectas perferat. Hæc ſententia cum in conſilio viciſſet, traducta claſſe ad Eckæ fluminis oſtium, copias in terram expoſuerunt. Oppidum proximum diripiunt: in direptum ferro & igne ſæviunt: arcem ſolo æquant: cives ſine diſcrimine occidunt: nulli vel ſexui, vel ætati parcunt. Eam vaſtitatem per Anguſiam, usque ad Tai æſtuarium faciunt. Hæc per eos, qui fuga ſævitiam evaſerant, etiam tumultuoſiora quam erant, ad Regem Sterlinum perferuntur. Is, conſultis qui aderant ex primoribus, brevem propius habitantibus ad conveniendum diem dicit. Ad longinquiores ſcribit, ut cum auxiliis accelerent. Ipſe cum præſentibus copiis, ad ſpeculandum e propinquo res hoſtium, & populationes agrorum, quoad poſſet coercendas, recta ad hoſtem ducit. Brevi ingens multitudo in caſtra Regis, quæ erant ad confluentem Tai & Jernæ fluminum, acceſſit. Ibi dum contrahit copias, ad eum affertur, hoſtes, Taum transgreſſos, Bertham oppidum obſidere. Loci tam propinqui periculo motus, ſtatim eo ducit. Ubi in conſpectu Dani fuere, nulla per Scotos in vindictam præcipites, mora pugnæ facta eſt. Itaque ſtatim, acie æquo in loco ſtructa, contra hoſtes proceſſere. Verum cum Dani in colle adverſo conſiſterent, neque ad eos facilis eſſet, ſine ingenti periculo, acceſſus, ſagittarii & jaculatores eo miſſi, cum deſcendere coegiſſent, ad radices collis acerrima pugna

Prædæ ſtudioſi & magnanimi.

Terror Danici nominis.

Scotia a Danis vaſtata.

Dani Bertham oppidum Scotiæ obſident.

Prælium acre.

Cædes Regis Scotor. Murialis. Cædes duorum ex Regn. filiis.

endam tradidit. Deinde eo atque Erico adſcitis, Orcades populatus, ad ultimum Scotorum finibus appulit, eorumque Regem Murial, triduano exhauſtum prælio, interfecit. Verum filii ejus, Dunvat atque Rathbarthus, pugna ſpectabiliter edita, ab hoſte necati, ſanguine ſuo cruentam patri victoriam pepererunt.

Regnum Scotiæ olim Norvegis tributarium ac clientelare.

§. 5. *Cel.* Torfæus *Rerum Orcadenſ. Hiſtor. Libr. I. Cap. II.* Aimonius & incertus quidam auctor, illo tempore, anno nimirum DCCCXLVI. Scotos Norvegis tributarios factos tradunt, referente Pontano Diſcuſſion. Hiſtoric. Cap. XI. his verbis: Scoti a Normannis (Norvegos intelligit) per annos plurimos tributarii efficiuntur, inſulis circumquaque poſitis, nullo reſiſtente, potiti immorantes. Imo, teſte eodem Aimonio, tota aquilonaris Britannia, iisdem temporibus ditionis Norvegicæ fuit, videturque Kennethus, (ſc. ſecundus Scotiæ Rex) jure clientelari, Scotiam & inſulas ab iis accepiſſe. &c.

Danor. in Scot. Expedit. Ducibus Hubba & Humbro. Opulentia Danor. antiqua.

Occaſio hujus exped.

Multitudo Danor. antiqua.

Dani Chriſtianor. perſecutores.

§. 6. Georgius Buchananus Scotus, *Rer. Scoticarum libr. 6. pag. 175.* Circa hæc tempora (ſc. ſub Rege Scotiæ Conſtantino, Kennethi filio) Dani tum omnium Germanorum opibus florentiſſimi, a Pictis adverſus Scotos, item a Buerno (vel ut alii ſcribunt, Verna, cujus uxori Osbrethus per vim ſtuprum intulerat) ſollicitati, abundante domi juventutis multitudine, facile conſenſerunt, ut in Britanniam claſſe magna transmitterent. Primum in agrum Fiſanum exſcenderunt. Ibi obviis omnibus, ob Chriſtiani nominis odium, ſine diſcrimine trucidatis, bifariam diviſo exercitu, agros late vaſtarunt. Adverſus eos Conſtantinus profectus, primum in eam inci-

incidit manum, cui Hubba, Regis Danorum frater, præerat. Hi ſubito Levini amnis incremento prohibiti, cum ſuis vires conjungere, facile victi, omnesque cæſi, præter paucos, qui nandi periti, flumen tranſiere, atque ad Humbrum, alterum Ducem, pervenere. Ad hos, fluvio jam permeabili, Conſtantinus tanquam ad prædam, non ad prælium ducens, eos eſt aſſecutus non procul a Curalia oppido, caſtris jam permunitos. Dani enim ab adverſæ pugnæ eventu magis in omnia intenti: ſuper modicas & flexuoſas rupes prope littus, cumulis objacentium paſſim ſaxorum aggeſtis, ſpecimen valli objecerunt. Ibi Conſtantinus eos adortus, loci iniquitate Danorum deſperationem juvante, multo cum ſuorum ſanguine ſuæ temeritatis pœnas luit. Magna enim exercitus parte amiſſa, ipſe captus, & in ſpeluncam modicam tractus, occiditur. Extant adhuc ejus pugnæ monumenta, ſpecus & caſtrorum ambitus, non æquis ſpatiis dimenſus, ſed ad rupium flexus circumductus. Dani, ſpoliis collectis, ad naves abierunt. Poſtridie Regis cadaver inventum, ad ſepulchra majorum in Jonam inſulam defertur. Regnum autem tenuit Conſtantinus annos ſedecim, anno DCCCLXXIIII ſucceſſit Ethus frater, a pedum celeritate Alipes cognominatus, nulla alia commendatione Rex electus, niſi quia reliquias exercitus a Danis profligati reduxit.

Hubba Regis Danor. frater, forte filius Regneri Ubbe.
Strages Danor.
Caſtr. & vall. Dan.
Cædes Conſtant. Scot. Regis.
Veſtig. Danor.
Dani victores abeunt.

*De hiſce Danorum in Scotia geſtis loquitur celebris ille Rerum Danicarum Scriptor Gallus, Dominus* J.B. Des Roches *Hiſtoire de Dannemarc, à Amſterdam MDCCXXX. Tome ſecond. p. 19. hunc in modum:*

Je trouve, qu' avant cette expédition des Danois en Italie, ils en firent une en Ecoſſe,

ſous

endam tradidit. Deinde eo atque Erico adſcitis, Orcades populatus, ad ultimum Scotorum finibus appulit, eorumque Regem Murial, triduano exhauſtum prælio, interfecit. Verum filii ejus, Dunvat atque Rathbarthus, pugna ſpectabiliter edita, ab hoſte necati, ſanguine ſuo cruentam patri victoriam pepererint.

Cædes Regis Scotor. Murialis.
Cædes duorum ex Regn. filiis.

§. 5. *Cel.* Torfæus *Rerum Orcadenſ. Hiſtor. Libr. I. Cap. II.* Aimonius & incertus quidam auctor, illo tempore, anno nimirum DCCCXLVI. Scotos Norvegis tributarios factos tradunt, referente Pontano Diſcuſſion. Hiſtoric. Cap. XI. his verbis: Scoti a Normannis (Norvegos intelligit) per annos plurimos tributarii efficiuntur, inſulis circumquaque poſitis, nullo reſiſtente, potiti immorantes. Imo, teſte eodem Aimonio, tota aquilonaris Britannia, iisdem temporibus ditionis Norvegicæ fuit, videturque Kennethus, (ſc. ſecundus Scotiæ Rex) jure clientelari, Scotiam & inſulas ab iis accepiſſe. &c.

Regnum Scotiæ olim Norvegis tributarium ac clientelare.

§. 6. Georgius Buchananus Scotus, *Rer. Scoticarum libr. 6. pag. 175.* Circa hæc tempora (ſc. ſub Rege Scotiæ Conſtantino, Kennethi filio) Dani tum omnium Germanorum opibus florentiſſimi, a Pictis adverſus Scotos, item a Buerno (vel ut alii ſcribunt, Verna, cujus uxori Osbrethus per vim ſtuprum intulerat) ſollicitati, abundante domi juventutis multitudine, facile conſenſerunt, ut in Britanniam claſſe magna transmitterent. Primum in agrum Fiſanum exſcenderunt. Ibi obviis omnibus, ob Chriſtiani nominis odium, ſine diſcrimine trucidatis, bifariam diviſo exercitu, agros late vaſtarunt. Adverſus eos Conſtantinus profectus, primum in eam inci-

Danor. in Scot. Expedit. Ducibus Hubba & Humbro.
Opulentia Danor. antiqua.
Occaſio hujus exped.
Multitudo Danor. antiqua.
Dani Chriſtianor. perſecutores.

incidit manum, cui Hubba, Regis Danorum frater, præerat. Hi ſubito Levini amnis incremento prohibiti, cum ſuis vires conjungere, facile victi, omnesque cæſi, præter paucos, qui nandi periti, flumen tranſiere, atque ad Humbrum, alterum Ducem, pervenere. Ad hos, fluvio jam permeabili, Conſtantinus tanquam ad prædam, non ad prælium ducens, eos eſt aſſecutus non procul a Curalia oppido, caſtris jam permunitos. Dani enim ab adverſæ pugnæ eventu magis in omnia intenti: ſuper modicas & flexuoſas rupes prope littus, cumulis objacentium paſſim ſaxorum aggeſtis, ſpecimen valli objecerunt. Ibi Conſtantinus eos adortus, loci iniquitate Danorum deſperationem juvante, multo cum ſuorum ſanguine ſuæ temeritatis pœnas luit. Magna enim exercitus parte amiſſa, ipſe captus, & in ſpeluncam modicam tractus, occiditur. Extant adhuc ejus pugnæ monumenta, ſpecus & caſtrorum ambitus, non æquis ſpatiis dimenſus, ſed ad rupium flexus circumductus. Dani, ſpoliis collectis, ad naves abierunt. Poſtridie Regis cadaver inventum, ad ſepulchra majorum in Jonam inſulam defertur. Regnum autem tenuit Conſtantinus annos ſedecim, anno DCCCLXXIIII ſucceſſit Ethus frater, a pedum celeritate Alipes cognominatus, nulla alia commendatione Rex electus, niſi quia reliquias exercitus a Danis profligati reduxit.

Hubba Regis Danor. frater, forte filius Regneri Ubbe.
Strages Danor.

Caſtr. & vall. Dan.

Cædes Conſtant. Scot. Regis.
Veſtig. Danor.

Dani victores abeunt.

*De hiſce Danorum in Scotia geſtis loquitur celebris ille Rerum Danicarum Scriptor Gallus, Dominus* J. B. Des Roches *Hiſtoire de Dannemarc, à Amſterdam MDCCXXX. Tome ſecond. p. 19. hunc in modum:* Je trouve, qu' avant cette expédition des Danois en Italie, ils en firent une en Ecoſſe, ſous

ſous la conduite du même Biornon, dont nous avons déja parlé, ils y furent en partie invités par les Pictes, mais le principal motif étoit le reſſentiment de Biornon, qui vouloit ſe venger de l' affront, qu' Osbreth lui avoit fait en abuſant de ſa Femme. Ils firent deſcente dans la Province de Fiſe, et ayant partagé leurs Troupes, en deux Corps d' Armée, ils ravagerent le Païs, d' une maniére horrible, pillant et ſaccageant tout ce qu' ils rencontroient. Conſtantin, Roi d' Ecoſſe, accourut en armes, et ſe préſenta devant le Corps d' Armée, que commandoit le Prince Hubba, Frére du Roi de Dannemarc. Les Danois ſurpris et ne pouvant paſſer le Lewin, pour ſe joindre à leurs Camarades, parceque les eaux de ce fleuve étoient extraordinairement crûës, furent tous taillés en piéces, à l' exception d' un petit nombre, qui ſe ſauva à la nage, et fut joindre Humbrus, qui commandoit l'autre Corps d'Armée. Animé de cette prémiére victoire, Conſtantin trouvant un Gué, dans la Riviére, la fit paſſer à ſon Armée, et fut camper à la vûë de celle des Danois, qu'il ſe flattoit de défaire ſans peine; mais ceux-ci, que la défaite de leurs Compatriotes engageoit à ſe tenir ſur leurs gardes, s'étoient fait une eſpéce de retranchément, ſur le rivage, avec de groſſes pierres, qu' ils avoient entaſſées les unes ſur les autres. Conſtantin entreprit de les y forcer, mais en vain: ſon Armée perit, pour la plus grande partie, dans les attaques, et lui même ayant été fait priſonnier, fut conduit

dans

dans une caverne du voiſignage, où les Danois lui donnerent la mort.

Dani a Gregorio Scot. Rege triumphati.

§. 7. Buchananus *iterum pag. 177. ſeq.* Etho Gregorius, Dongalli filius eſt ſuffectus. &c. Prima ei expeditio in Fiſam, adverſus Pictos, illic a Danis relictos, fuit, dum ipſi in Anglos arma transferunt. Eos non modo illinc, ſed e Lothiana & Marcia ejecit. Cum Bervicum veniſſet, Dani, ſi quid ipſis accidiſſet, Anglos etiam a tergo metuentes, non auſi, cum Gregorio marte aperto congredi, partem ſuarum copiarum trans fluvium in Northumbriam miſerunt, juſſam cum nova manu popularium recens advecta ſe conjungere: reliqui, ut oppido eſſent præſidio, Bervicum ingrediuntur. Verum Angli, qui Danis (diverſæ religionis hominibus) inviti parebant, nocte Scotos in urbem receperunt. Dani in medio cæſi, ad unum interiere. Inde in Northumbriam Gregorius profectus, cum *Hardunto* feliciter conflixit, tantamque Danorum cædem fecit, ut eorum vires toti nuper Britanniæ formidabiles, partim a Gregorio Scoto, partim ab Aluredo Anglo prope confectæ fuerint. Gregorius recepta Northumbria, Anglisque, qui abire vellent, cum bona gratia dimiſſis, reliquis humaniter habitis, ſedes dedit. Majorem eorum partem retinuit, partim ſoli natalis amor, partim regis beneficentia, & timor ab hoſtibus. Nam cum jam per aliquot annos tam incerta victoria, totque conflictibus cruentis cum Danis eſſet bellatum, multi Anglorum Scotis, etſi antea inimicis, tamen Chriſtianis parere malebant, quam vel in crudelium Danorum poteſtatem venire, vel incerta ſuorum auxilia ſperare, præſertim rebus ita per totam inſulam turbatis, ut fere ſemper An-

Nova Danor. manus in Northumbr. advecta.

Angli, Scotis, Chriſt. quam Danis gentil. parere malunt.

Harduntus Danor. Dux.

Dani toti Britan. formidabiles.

Dani crudeles.

gli dubitare cogerentur, cui primum parti opem ferrent. Re adverſus Danos ita geſta, ut diuturnam ab eis quietem ſperaret, arma vertit in Brittones, qui partem agri Scotici adhuc tenebant. Cum his quoque pace facta, receptis agris, promiſſoque auxilio adverſus Danos, ſi redirent, exercitum dimiſit. &c. &c. Acceſſerunt eodem fere tempore Legati ab Aluredo Anglo, partim, ut victoriam de Danis gratularentur, ut quæ communiter omnibus Chriſtianis jucunda eſſe debeat, partim, ut novo fœdere ſe adverſus omnes Chriſtianorum inimicos confirmaret.

Victor. Scotor. de Dan.

Legatio Anglica gratulatoria.

Strages Danor. toti Chriſtian. jucunda.

§. 8. Buchananus *iterum pag. 179.* Proxime Rex eſt factus Conſtantini ſecundi filius Donaldus, ejus nominis quintus. &c. Cum nova Danorum manus ad Northumbriæ littus appuliſſet, ac ſine cujusquam injuria illic ad anchoras aliquot dies ſtetiſſet, Donaldus, confecto exercitu eo profectus, in occaſiones omnes intentus, regioni præſedit. Tandem audito Danos in Anglorum agros exſcendiſſe, auxilia ad Aluredum Anglum miſit. Is adeo cruento prælio de hoſte victoriam retulit, ut non recuſaret, eos in partem agri accipere, modo Chriſtiani fierent. Ita pace compoſita, ac demiſſo exercitu, &c.

Nova Dan. claſſis ad Northumbr. appellit.

Auxilia Donaldi Scotiæ Regis Anglo contra Danos miſſa.

Dani ab Angl. victi.

Dani Chriſto nomen dare promittunt.

§. 9. Buchan. *iterum pag. 180.* Donaldo ſuffectus eſt Ethi filius, Conſtantinus tertius. &c. Dani, qui nullis pollicitationibus Gregorium & Donaldum, proximos Scotorum Reges, potuerant flectere, ut arma adverſus Anglos tum Chriſtianos, ſumerent, Conſtantinum facile muneribus, & vana ſpe finium proferendorum corruperunt, ut ſecum fœdus iniret. Quod cum vix biennium duraſſet, Scotis relictis, Dani cum Anglo fœdus percuſſere. Eo quoque

Scoti Danor. fœderati & auxiliares contra Angl.

Dani fœdus cum Scotis reſcindunt.

que vix quatuor annos continuato, Eduardus, Anglus, milite repente coacto, Danorum agros longe lateque populatus, eo deſperationis eos reduxit, ut ad Scotos, nuper a ſe relictos, redirent: ac ſanctiſſime jurarent, ſe amicitiam perpetuo duraturam inituros. Hoc ſecundum fœdus magna ceremonia fuiſſe factum memoratur decimo, quam Conſtantinus regnare cœperat, anno. (*ſc. DCCCCXIII. nam dixerat in anteceſſum, Anteceſſorem ejus Donaldum deceſſiſſe DCCCCIII.*) Is eodem quoque anno Milcolumbo, proximi Regis filio, Cumbriam donavit. &c. Orto igitur bello, inter Eduardum, Alvredi filium, & Danos, Conſtantinus auxilia Danis, Milcolumbo duce, miſit. Hi exercitibus junctis, multitudine ſua freti, late proximos Anglorum agros populantur: & maximam, quacunque eunt, vaſtitatem faciunt, eo ſcilicet conſilio, ut Anglos, longe numero inferiores, ad prælium illicerent. Tantum enim ſibi arrogarunt, ut ne conſpectum quidem ſuum hoſtem laturum exiſtimarent, ac jam non de victoria, ſed de ſpoliis partiendis cogitarent. Verum, ut ſecundæ res animos interim prudentiorum occæcant, ita adverſæ periculorum cogitatione infirmiores erudiunt. Angli, quod viribus deerat, conſilio ſupplent. Acie ſubſidiis commode firmata, juſſis primis cedentium ſpeciem præbere, ac deinde ſolutis hoſtium ordinibus, confertim in perſequentes redire, pugnam non morantur. Præerat omnibus Anglorum copiis Athelſtanus, Eduardi nothus. &c. Igitur, cum ſatis acre prælium initio conſeruiſſet, ſenſim primo, deinde trepidantius cedendo, cum jam veræ fugæ ſpeciem præbuiſſet, Dani & Scoti ſeſe victores rati, ne ſi longius ſequerentur, præda omnia penes inertiſſimos eſſet, ad caſtra diripienda recurrunt.

Dani fœdus cum Scotis redintegrant.

Auxilia Scotica Danis contra Angl. miſſa.

Inſolentia Danor.

Strategema Angl.

Prælium acre.

runt. Tum dato ſigno ab Athelſtano, Angli ad ſigna collecti, ſparſos & præda graves adorti, velut pecora trucidant. Periit in ea pugna major Scoticæ nobilitatis pars, dum mori potius eligunt, quam ignominiæ (velut ſociorum (ſc. *Danorum*) deſertores) ſupereſſe. Milcolumbus multis vulneribus ſaucius, in pacatum a ſuis reportatus, triſtem amiſſi exercitus ad Regem Conſtantinum nuncium pertulit. Neque apud Danos lætiores res fuere. Athelſtanus, attonitis tanta clade hoſtibus, de Scotis Cumbriam & Veſtmariam, de Danis Northumbriam cepit.

Strages Danor. & Scotor.

Fides Scotor. erga ſocios Danos.

Northumbria Danis erepta.

§. 10. Buchananus *iterum pag. 182*. Conſtantino in monachorum receſſu quietem amplexo, (DCCCCXXXVIII.) Rex (ſc. Scotiæ,) declaratur Milcolumbus, Donaldi filius, Athelſtano mortuo & regnante fratre ejus Edmundo. Cumbria & Veſtmaria ad aſſvetum imperium rediere, & Dani, qui in Northumbria remanſerant, Avalaſſum Danum, hominem regii generis, tum in Hibernia exulantem, ad regnum accipiendum vocant. Edmundus proſpiciens, quanta belli moles inſtaret, Milcolumbum Cumbria & Veſtmaria donat, ea lege, ut qui proxime in regnum Scotorum ſucceſſurus eſſet, ſacramentum Anglorum Regi, ceu ſupremo eorum locorum domino diceret. Deinde Danos, variis calamitatibus afflictos, facile in ſuam ditionem redigit: nec ipſe diu ei victoriæ ſuperſtes fuit. Angli in locum ejus fratrem Edredum regem creant. Adverſus hunc, cum Dani, qui Northumbriam tenebant, nec unquam bona fide pacem cum Anglis fecerant, rebellaſſent, multaque loca munita de eo, in diverſa regni parte occupato, cepiſſent: ac inprimis Eboracum, decem millibus Scotorum in ſubſidium acceptis, Anglus eos magna clade compeſcuit. &c.

Avalaſſus Danus regii generis Rex Danor. in North.

Fœdus Scotor. cùm Angl. adverſ. Danos.

Dani varia loca munita & in his Eboracum Angl. ademerunt.

§. 11.

§. 11. Buchan. *iterum pag. 183.* Proxime regnavit Indulfus. &c. Octavo demum regni anno (*i. e. DCCCCLXI. nam Milcolumbum anteceſſorem ejus, decimo quinto imperii anno ſc. DCCCCLIII. interfectum monuit*) Dani ægre ferentes, amicitiam Anglorum ſuæ prælatam, fœdusque perpetuum a duobus regibus (*ſc. Edmundo Angl. & Milcolumbo Scot.*) adverſus ſe factum, claſſe quinquaginta navium, Scotis nihil minus expectantibus, in æſtuarium Forthæ fluminis ingreſſi, prope nec opinantes oppreſſerunt. Igitur in re tam ſubita, terroris ac trepidationis plena fuerunt omnia, aliis bona ſua in loca tutiora, ac mediterranea transferentibus, aliis ad mare concurrentibus, ut hoſtem exſcendere prohiberent. Præerat claſſi Hago & Helricus. Hi cum Lothianam ac deinde Fifam fruſtra tentaſſent, Tai æſtuarium adeunt. Illic quoque terra prohibiti, cum reliquum littus legerent, Æneiam, ſive Anguſiam, Merniam, Marriam, Buchaniam prætervecti, nec uſquam admiſſi, tanquam diſceſſuri, vela in altum dederunt. Deinde omnibus ſecuris, poſt aliquot dies revecti, in littore Boinæ, ad Gollini fluminis oſtium, nacti locum idoneum, antequam edito tumultu accolæ accurrerent, nullo prohibente, militem exponunt. Eorum adventum cum reſciſſet Indulfus, pene famam ſui prævenit: ac primum in ſparſos populatores invectus, eos ad reliquum exercitum compulit, minore quidem cum cæde, quod Danorum caſtra non longe aberant. Ubi in mutuum conſpectum eſt ventum, ſine mora inſtructis aciebus, paribus prope animis & viribus eſt concurſum. Cum acriter utrinque pugnaretur, ſubito Danos perturbarunt, a tergo conſpecti Græmus & Dumbarus, cum Lothianis cohortibus. Cum alii ad naves, alii, quo metus hoſtium age-

Expedit. Dan. in Scot. Hagone & Helrico Ducibus.

Cauſa hujus expedit.

Claſſ. Danor. 50. nav.

Hago & Helricus Dan. claſſ. Duces.

Stratagema Dan.

Prælium acre.

Fuga Danor.

agebat, per loca ignota fugerent, major pars in valle ſilveſtri conglobati, occaſionem, aut rei bene gerendæ, aut fortiter moriendi opperiebantur.

Indulfus Rex Scotiæ, a Danis occiſus.

Indulfus, velut penitus hoſtibus profligatis, cum paucis obequitans, caſu in illos illatus, occiditur, ineunte decimo ſui regni anno (ſc. DCCCCLXIII.) Præfuit enim Scotis novem annos, & tres menſes. Sunt, qui ſagitta, e nave miſſa, interemtum prodant, dum exarmatus, ut fugientibus vehementius inſtaret, in conſcendentes acrius fuiſſet invectus.

Expedit. alia Dan. in Scotiam regnante Kennetho III.

§. 12. *Idem* Buchananus *pag. 191. ſub Rege Scot. Kennetho III.* Hanc totius Britanniæ publicam tranquillitatem interpellarunt Dani, quorum numeroſam claſſem prope Rubrum promontorium (is locus eſt Æneæ ſive Anguſiæ) ad anchoras ſtare nunciatum eſt.

Claſſis Danor. numeroſa.

Conſultatio Dan.

Solanum herba ſomnifera. ac ſucco herbæ cujusdam, quam Latini Solanum ſomniferum vocant, imbutæ; hæc herba, cum largius ſumatur, in amentiam agit. Ea igitur cum eſſent infecta pæne omnia; qui commeatum in caſtra vehebant, ne fraus appareret, prægustabant, Danosque ad bibendum invitabant. Idem quoque Sveno ipſe, benevolentiæ teſtandæ gratia, ut mos eſt genti, faciebat. Ac mox potu copioſiore in ſomnum ſolutis Norvagis, caſtra ingreſſi Scoti, cædunt univerſos. Sveno ipſe, ſomno adhuc gravis, a paucis, qui minus temulenti erant, arreptus, ad naves delatus eſt. Quæ dum fiunt, adfertur, aliam ad Kingornum Danicam claſſem ſtare, ſubſidio Svenoni a Canuto ſubmiſſam, rectores in terram expoſitos ferre, agere, nullo reſiſtente, incolentium bona. Adverſus eos Scoticus Dux, Banchd nomine, cum copiis miſſus, primo adortus, & quosdam concidens; reliquos ad naves compulit. Verum Scoti iſto ſtratagemate, ſive dolo potius, non virtute ſuperiores, ad incitas tum acti fuiſſent, præſertim ſi altera hæc claſſis priori juncta rem integram reperiſſet. Regreſſus inde ad Norvagos Sveno, Scotos dimiſit. *Hæc Malmesburienſis.*

Mos Danor. ſibi invicem propinandi, addito conſueto epiphonemate: God Taar.

Dano-Norvegi ſomno vinoque ſepulti cæduntur, ſalvo Rege Svenone.

Alia Claſſis Danica adeſt.

Scoti dolo, non virtute ſuperiores.

*Contigit hæc Dano-Norvegica in Scotiam expeditio, Rege Scotiæ* Donaldo, *Milcolumbi ex filiis Nepote, de quo* Georgius Buchananus *Scotus, Rer. Scoticar. Libr. 7. pag. 209.* Temporibus difficillimis, cum ab avo præfectus Cumbriæ fuiſſet, quanquam propter Danorum cohortes paſſim vagantes, ad Regem penetrare non poterat, ut in leges juraret, tamen cum fide partium Anglicarum cauſam ſuſtinuit, donec cætera Anglia dedita, Canutus expeditionem in eum ſuſcepiſſet: ac tum demum in fidem Danorum ſe dedit, eisdem conditionibus, quibus antea Anglo parebat.

Rex Scot. Donaldus, Cumbriæ olim præfectus, in fidem Danor. ſe dederat.

Idem

*Idem* Buchananus *pag. ſeqq.* 210. *de expeditione ipſa Dano-Norvegica:* Domeſtica, *inquit*, ſeditione pacata, terror Danicus majorem longe ſollicitudinem attulit. Sveno Danorum Rex potentiſſimus, moriens tribus filiis tria reliquit regna, Angliam Haraldo, Norvegiam Svenoni, Daniam vero Canuto. Haraldo brevi poſt mortuo, ei ſucceſſit Canutus in regnum Angliæ. (*NB. Confunditur hic Sveno barba furcata, cum filio ejus Canuto Magno, & Canutus Durus, cum patre ſuo Canuto Magno, quippe qui filium Svenonem, & Norvegiæ, & expeditionis hujus imperio præfecerat.*) Sveno, Rex Norvegiæ, fraternæ laudis (*rectius apud Malmesburienſ. paternæ*) æmulus magna cum claſſe in Fifam trajecit. Ad rumorem ejus adventus Macbethus ad delectum miſſus, Banchone, qui interim rei militari præeſſet, cum Rege relicto. Duncanus velut ex ignaviæ ſomno excitatus eſſet, hoſti obviam ire coactus eſt. Prope Culroſſiam pugnatum eſt, tanta pertinacia, ut alterius ad ſequendum fugientes, animus deeſſet, vix alteris ad fugam vires ſuppeterent. Scoti, qui iniquitate loci magis, quam virtute ſuperati, ſibi videbantur, poſtquam Bertham venerunt, ibi hoſtium conſilia opperientes, cum reliquiis victi exercitus conſederunt. Sveno, ſi paulum inſtaret, totam Scotiam brevi ſuæ ditionis fore ratus, Bertham cum omnibus copiis ad Duncanum obſidendum contendit, claſſe circummiſſa, ut per Taum amnem eodem appelleret. Duncanus, etſi adveniente, ac jam propinquo cum novis ſubſidiis Macbetho, ſatis præſentibus rebus confideret, tamen ſubjiciente Banchone, ut arte vires juvaret, demittit nuncios, alium ad Macbethum, ut ſubſiſteret, alium ad Svenonem, qui de deditione ageret. Scotus petebat, ut urbe dedita,

Terror Danicus.

Buchananus notatus.

Claſſis Dano-Norveg. in Fifam appellit.

Victoria Dano-Norveg. ad Culroſſiam.

Sveno totius Scotiæ ditionem ſibi promittit.

dita, ſibi cum ſuis incolumibus abire liceret. Sveno ratus, eam deditionem ab ultima deſperatione profectam, nihil niſi omnibus ſibi permiſſis audiebat. Miſſi alii nuncii, cum liberis mandatis, qui in ſcribendis conditionibus tempus tererent. Hi ut ampliorem beneficentiæ ſpeciem adjicerent, Regem affirmant, dum leges pacis darentur, earum rerum, quarum non magnam copiam apud Norvegos intelligeret eſſe, affatim in caſtra miſſurum. Id vero munus, non tam beneficentia Scotorum, & penuria Norvegorum, fecit gratum, quam quod exiſtimarent, fractis ferocibus animis jam debellatum eſſe. Miſſa magna vis panis & vini, tum e vite, tum ex ordeo confecti, ac ſucco infecti herbæ cujuſdam veneficæ, cujus magna copia paſſim in Scotia naſcitur. Vulgo Solanum ſomniferum vocant. Caulis ei, major bipedali, in ramos ſuperne diffunditur: folia latiuſcula, acuminata exteriore parte, ac languide virentia, acini prægrandes, ac nigri, cum maturuerunt; coloris, qui e caule ſub axilla foliorum exeunt: ſapor eis dulcis & propemodum fatuus: Semen habent perexiguum, velut vici grana, vis fructui, radici ac maxime ſemini ſomnifera, & quæ in amentiam, ſi largius ſumantur, agat. Hac herba cum omnia infecta eſſent, qui commeatus in caſtra vehebant, ne qua doli ſubeſſet ſuſpicio, prægustabant, Danoſque magnis poculis invitabant ad bibendum. Idem quoque Sveno ipſe, benevolentiæ ſignificandæ cauſa, ut illis nationibus mos eſt, faciebat. Duncanus, qui futurum ſciret, ut vis potionis una cum ſomno viſceribus conciperetur, jam Macbethum cum ſuis, per averſam ab hoſte portam, ſummo ſilentio in urbem receperat: compertoque per exploratores, ſomno & vino graves jacere hoſtes, Bancho-

*Vini & panis non magna olim apud Norveg. copia.*

*Stratagema Scotor. excogitatiſſimum.*

*Deſcript. herbæ Solani ſomniferi.*

*Conſuetudo ſeptentrional. gent.*

chonem, itinerum aditusque in caſtra gnarum, cæteris in inſidiis collocatis, cum parte majore exercitus mittit. Is ingreſſus caſtra, ſublato clamore magno, opinione ſua omnia negligentiora invenit. Pauci tumultu excitati, cum velut amentes temere diſcurrerent, ab obviis cæduntur. Reliquis fere mors cum ſomno continuata eſt. Rex per temulentiam velut mortuus, a paucis, qui minus vinolenti erant, correptus, cum non modo viribus, ſed etiam ſenſu careret, inſtar oneris in jumentum forte oblátum injectus, ad naves eſt delatus. Nihilo ibi, quam in caſtris, melior ſtatus rerum fuit. Nautis enim prope omnibus in terra cæſis, vix, qui unam navem regerent, collecti: eorum opera Rex domum reportatus eſt. Reliquæ naves, vi tempeſtatis obortæ, inter ſe colliſæ, ſubſederunt: eumque arena atque alii, quæ flumen temere fert, aggeſtis, cumulum navigantibus periculoſum fecerunt, quem vulgo Drumilaum vocant. Scotis poſt hanc victoriam ſine ſanguine partam, in lætitiam converſis, affertur, claſſem Danicam ad Kingornum ſtare, ſubſidio Svenoni a Canuto miſſam: vectores in terram expoſitos, ferre, agere, nullo reſiſtente, Fifanorum bona. Adverſus eos Bancho cum copiis miſſus, primus adortus, magna ſtrage concidit. Hi fere primores gentis erant, reliqui facile ad naves compulſi. Banchō magna pecunia cæſorum ſepulturam vendidiſſe dicitur, quorum ſepulchra, ajunt, adhuc in Æmona inſula oſtendi. Danos toties male tentatis in Scotiam expeditionibus, jurejurando ſanxiſſe ferunt, ſe nunquam hoſtiliter eo redituros. *Hæc* Buchananus, *ex quo* Malmesburienſis *ſua hauſit.*

Dano-Norvegi ob temulentiam trucidati.

Sveno Rex ad naves ſoſpes defertur.

Superſtites nautæ vix uni navi regendæ ſufficiunt.

Veſt. Danor. in Drumilao.

Alia Claſſis Danica.

Primores Danor. cæſi, reliqui ad naves rejecti.

Veſtigia Dan.

Dani ſe nunquam Scotiam oppugnaturos jurant.

4. *Bellum hocce, a* Svenone *nomine Patris ſui* Canuti Magni *geſtum, diſerte docet relatio Domini* Des

 Ro-

Roches *Hiſtoire de Dannemarc*, *Tom.* 2. *P.* 132.

Canut.Magnus cum arma Scotis inferenda ſtatuiſſet, filio Suenoni Norveg. Pro-Regi ſpartam Ducis demandavit.

Canut, Maitre de l'Angleterre, du Dannemarc, de la Norvége, d'une partie de la Suéde, à qui il avoit enléve la Scanie, dans la derniére Guerre, et de quelques portions de la Sclavie et de la Sembie, tourna ſes armes du côté de l'Ecoſſe. Il confia la conduite de l'entrepriſe à ſon fils Suenon, Viceroi de Norvége, qui vint debarquer, avec une Flotte nombreuſe, dans la Province de Fife. Macbet et Duncan, Princes du Païs, voulurent lui faire tête; il leur livra bataille auprès de Culroſſ, et les pourſuivit vivement, après les avoir battus. Il ſe préparoit à profiter du fruit de ſa Victoire, lorsque Duncan voyant ne pouvoir plus rien gagner, par la force, employa l'artifice. Ce Seigneur deputa deux Perſonnes, l'une pour avertir Macbet de ne pas s'eloigner, et l'autre pour aller faire des propoſitions de paix à Suenon. L'Ecoſſois demandoit plus qu'il ne pouvoit naturellement eſpérer, afin d'avoir occaſion de venir inſenſiblement à ſon but, et Suenon, qui voyoit ſes Troupes animées de l'avantage, qu'elles venoient de remporter, vouloit qu'il ſe rendit à diſcretion. Pendant la Conférence, Duncan envoya de nouveaux Députes, qui pour tirer le tems en longueur, avoient ordre de demander, que les propoſitions de paix fuſſent rédigées par écrit, et d'offrir à Suenon tous les rafraîchiſſemens, dont ſes Troupes auroient beſoin. On vit arriver auſſi-tôt dans le Camp une quantité de pain, de vin, et de biére, dans laquelle on avoit eu

Scoti ad Culroſſiam victi.

Strategema Danor.

eu ſoin de mêler du ſuc de Morelle, afin de mieux aſſoupir ceux qui en boiroient. Suenon qui ne ſe doutoit aucunement de la fraude permit à ſes Soldats de boire, et bût lui même; de ſorte que dans un inſtant le Chef et la plus grande partie de ſon armée ſe trouvérent yvres. L' Ecoſſois, qui s' attendoit à ce déſordre, approcha à la tête de ſes Gens, qui tuérent ſans peine les Norwegiens, qu' ils trouvérent la plû part couchés, ſans armes et ſans défenſe. Suenon fut ſauvé de ce maſſacre par quelques-uns de ſes Gens, moins yvres que les autres, qui le portérent à ſes Vaiſſeaux. A peine y fut-il arrivé, qu' on apprit qu'une autre Flotte Danoiſe, envoyée par Canut au ſecours de Suenon, venoit de mouiller devant Kingorn; mais elle ne fut pas plus heureuſe que la prémiére. Bancho, autre Prince Ecoſſois, battit les prémiers, qu'il recontra, et pouſſa le reſte juſqu' à leurs vaiſſeaux, où ils ſe rembarquérent, à la hâte. Suenon renonça alors à la conquête, qu' il avoit projettée, et qu' il n' eût pas manqué de faire, s' il eût ſû ſe garentir du piége, qu' on lui tendit. Il mit peu de tems apres à la voile, pour ſe rendre en Norwége.

Laniena Norvegor.

Claſſis alia Danica à Canuto tranſmiſſa.

§. 15. *Nec indigna eſt, quæ hic legatur, relatio* Torfæi *Hiſtor. Norv. Part. 2. p. 49. de* Sigurdo Norvego, *Rognvaldi Mæriarum in Norvegia Comitis fratre, & famigeratiſſimi iſtius* Rollonis *patruo, quem Rex Norv.* Harald. Pulchricomus *Comitis titulo Orcadibus præfecerat: Cap. XXX. hunc in modum:* Sigurdus Rögnvaldi Mæriarum Comitis frater, cum Thorſteino Ruſo (NB. *Ille a* Regnero Lod-

Geſta Sigurdi Norvegi Comitis Orcadenſis in Scotia.

Societas Sigurdi & Thorſteini Ruſi adverſ. Scotos.

 broch,

Rex Scoticis ſcriptoribus ignotus.

broch, *Daniæ Rege deſcendens, poſtea Rex Scotiæ factus eſt*, *referente poſtea* Torfæo *pag. 115. ubi inter alia:* Retulit mihi venerandus Vir Mag. Lucas Debes, Eccleſ. quondam Færegenſium Præpoſit. communiter Færegenſes ſe Scotorum Rege quodam oriundos gloriari, de quo tamen nihil, & ne nomen quidem referre norint. Is ipſe eſt, de quo agimus, Thorſteinius Rufus.) ſocietate inita, fines Regni ultra limitem inſularum, quem Oceanus præſcripſit, longe protulit. Nam Katneſiam & Sudurlandiam, usque ad terminum Eckialdzbackam, in ditionem uterque communi opera redigit. Codex Flategenſis Roſſiam & Moraviam, adeoque dimidiam Scotiam, addit, oppidumque ab eo in auſtrali Moravia exſtructum, nomine omiſſo, tradit. Fuit Comes quidam in Scotia, nomine Melbrigdius, a prominente, orique exſerto dente, Tannius ſeu Dentatus dictus. Inter hunc & Sigurdum convenit, ut in locum conventui deſtinatum ad mutuum colloquium, quilibet quadraginta tantum militum ſatellitio ſtipatus coirent. Verum præſtituto tempore Sigurdus metuit, ne forte Scotus pluribus militibus ſuccinctus, inſidias ſibi tenderet, quod igitur extimuit ſcelus, ſibi occupandum ſtatuit. Singulis itaque equis equites duos impoſuit, quo numero equorum deceptus propius Comes accederet. Quod ut Melbrigdius animadvertit: decepit nos, *inquit*, Sigurdus, duplicato armatorum numero, e ſingulis namque lateribus equorum duos pedes dependere animadverto. Suos itaque hortatur, ut quod unum reliquum fortuna fecerit, cohoneſtent virtute, id ſolum referre, utrum præbentes corpora pecorum modo inulti trucidentur, an toto animo, a patiendo expectandoque eventu, in impetum atque iram verſo, agentes audentesque per-

Feroenſes noſtri a Rege Scotiæ deſcendere ſe gloriantur.

Dimidia Scotia à Sigurdo occupata, & oppidum in Moravia exſtruct.

Pactum inter Sigurd. & Melbrigdium Tannium ſ. Dentat. Comit. Scot. a Sigurdo perfide ruptum.

Animoſa Melbrigdii ad milites exhortatio.

perfuſi hoſtium cruore, inter exſpirantium inimicorum cumulata armaque & corpora cadant. Atque his dictis, conferti hoſtes expectant: quo animadverſo Sigurdus, parte dimidia equis depoſita, jubet, ut ſtatim ſequantur, ſe vero cum equitatu impetum in illos irruptionemque facturum, & a ſtatione turbaturum. Nec fefellit eum conſilium, non enim Scoti equitatum ſuſtinebant, itaque primo impetu pulſi, facilem de ſe hoſti victoriam conceſſerunt: ad unum omnes cæſi ſunt, capitaque corporibus amputata, aque victorum ephippiis ſuſpenſa, ne quid inſolentiæ deeſſet, quaſi in triumphum ducebantur. Verum accidit, ut Sigurdus equum calcaribus in curſum acrius concitaturus, pedem in prodigioſum demortui Comitis dentem impegerit, unde vulnus virulento humani dentis morſu ſuræ inflictum, confeſtim intumuit, conceptoque veneno lethiferum evaſit. Inde perfidiæ inſolentia cumulatæ ſecuta pœna, infamis exitus, quem ſibi ipſe, alienis per ſummum nefas inhians, loco ſpoliorum prædæque acceleravit. Conditus eſt tumulo in Eckialdsbacca, neque enim ultor rupti fœderis fideique, Deus, domum eum redire paſſus eſt. &c.

Fœda Sigurdi victoria.

Capita Scotor. in triumphum ducta.

Sura Sigurdi prodigioſo Meſbrigdii dente læſa.

Vindicta perfidiæ.

Sigurdus in Eckialdsbacka apud Scotos ſepult.

*Idem* Torfæus *pag. 92. Ejusd. Tom. de Sigurdi hujus ex fratre Nepote, inclytiſſimo Normannor. Duce* Rollone: Ejus, *inquit*, filia Kadlina, nupta Scotiæ Regi, Scotorum ſcriptoribus inter univerſales Reges ignoto, Biolano: filiam habuit Nidbiorgem, quæ inter piraticas excurſiones prædaſque intercepta, ab Helgio Islando, Ketillis Simi pronepote eo translata eſt, inque uxorem ducta. &c.

Rollo Pedeſtr. Sigurdi Nepos. Kadlina filia Rollonis Regina Scot.

Biolanus Rex Scot. ſcriptor. ignotus, Nidbiorgis filia ejus in Island. abducta.

§. 16. Thorgiſellum (*vel ut alii Thorgilſem*) *Islandum Scotiam ab infeſto quondam pirata Surtero,* ferrei

Monomachia Thorgiſelli Islandi cum pirata Surtero Sco-

carneis alienatos, & a Scotis, quorum fiducia pater ejus bellum ſuſceperat, deſtitutum ſe intelligens, animum facile ad pacem flexit: neque magis prælium adverſum, quam ab Inſulanis metus, adoleſcentis ferociam infregerat. Nam jam Alexander, navibus circummiſſis, Mannam inſulam, inter Scotiam & Hiberniam medio fere curſu ſitam, recuperaverat, ea lege, ut inſulæ regulus, quoties opus eſſet, decem naves longas ad Regem mitteret. Rex vero eum ab hoſte externo defenderet. Hanc inclinationem animorum cum reliquæ inſulæ ſecuturæ viderentur; Magnus de pace legatos miſit: quam cum Alexander, niſi receptis Æbudis, recuſaret, tandem pacificatoribus ultro citroque commeantibus, convenit, ut Æbudas Scotus teneret: in præſentia quatuor millia marcarum argenti, in ſingulos autem annos centum marcas numeraret. Præterea, ut Margarita, Alexandri filia, quatuor annorum puella, cum per ætatem commodum eſſet, Hangonano, Magni filio, nuberet.

*Manna inſula a Scoto recuperata.*

*Pax inita.*

*Scoti Norvego de Æbudis tributum ann. ſolv.*

*Filia Scot. Reg. Hangonano (forte Hogen) filio Magni deſponſata.*

§. 118. *Hinc aliquid monendum erit de Nuptiis* Jacobi III, *Scotiæ Regis, cum Margareta*, Chriſtiani I, *Daniæ Regis filia, Orcadibusque, Scoto dotis nomine, ſalvo tamen jure reluitionis, conceſſis.* Buchananus *Libr. 12. pag. 43.* Interea Legati in Daniam decreti, ut Margaritam, Dani Regis filiam, Jacobo peterent uxorem: utque proſpicerent, quoad fieri poſſet, ut vetus controverſia de Orcadibus, & Schetlandicis inſulis, magnis utriusque gentis cladibus exercita, tolleretur. Princeps ejus Legationis fuit Andreas Stuartus, Valteri filius, idemque Scotiæ Cancellarius. De nuptiis facile cum Dano tranſactum, omni jure, quod in omnes circa Scotiam inſu-

*Nuptiæ Jacobi III. Reg. Scot. cum Principe Dan. Margareta & oppignoratio Orcadum.*

*An Chriſtianus juri ſuo in Orcadas renunciavit?*

inſulas, majores ejus ſibi arrogarant, dotis nomine remiſſo: tantum ut privatis agrorum poſſeſſoribus caveretur, ut agros, quos ibi haberent, uti ante poſſederant, ita tenerent. Sunt, qui pignori oppoſitas, donec dos ſolveretur, ſcribant: ſed poſtea Jacobo, nepoti ex filia recens nato, Danum omne jus ſuum in perpetuum ceſſiſſe. (Hoc ſi maxime factum eſſet (*ſubjungit* Torfæus *Hiſtor. Orcadenſ. Libr. 2. pag. 189.*) ipſo tamen jure irritum eſt, cum Chriſtiano Regi, abſque Senatus Norvegici conſenſu, vix ulla poteſtas fuerit, ad provincias regni alienandas, id quod ex obligationibus ſucceſſorum planum eſt, qui quoties inaugurarentur, Senatui jurabant, ſe provincias illas ſoluto pignore redempturos. Qui nec poſtea ceſſabant jus ſuum variis legationibus impenſiſque repetere, quæ ſi in ſortem imputentur, parum aut nihil ſupererit, quod ſolvi oportet.) Cum à Cancellario Rex certior eſſet factus (*pergit iterum* Buchananus) omnia ex ſententia eſſe confecta, proxima incipit deliberatio, de honeſto nobilium globo, ad novam Reginam deducendam mittendo. Ibi fraude inimicorum, & amicis parum proſpicientibus, Thomas Bodius, Roberti filius, Araniæ Comes, laudata ſupra modum etiam ab invidis, & minus æquis, ejus virtute & ſplendore, opibuſque ad quamvis magnificentiam ſuppetentibus, legatus deligitur. &c. &c. &c. Proximo vere, Danica claſſis reginam advexit. Thomas Bodius, audita calamitate totius familiæ, (*ob crimen læſæ majeſtatis*) quanquam non deeſſent, qui in publica omnium lætitia ſpem veniæ ei oſtentarent, non eſt auſus tamen deſcendere, verum ab uxore, quæ ad rumorem Danicæ claſſis advolaverat, edoctus, nullum reditum ad Regis gratiam patere, omni aditu ab inimicis præcluſo, ſtatim

Provinc. regni abſque Senatus Norv. conſenſu abalienari nequibant. Reges Dan. inaugurandi Orcadas ſe repetituros, jurabant & ſæpe repetere ſtuduerunt.

Th. Bodius Legatus Scot. in Dan. miſſ.

Sponſa advecta.

Bodius, majeſtatis reus, in Daniam refugit.

tim in Daniam, unde venerat, revectus eſt: &c. &c.

Nuptiæ Jacobi Tertii, & Margaritæ, Reginæ magno nobilitatis concurſu celebratæ, decimo die menſis Julii Anni MCCCCLXX. Ex eo matrimonio tertio poſt anno natus eſt Jacobus, qui patri in regnum ſucceſſit, menſe Martio, die ſacro Divo Patricio. *Hæc Buchananus.*

Nuptiæ celebratæ.

Johannes Ferrerius, Pedemontanus, (*cui ſupellex hiſtorica ab* Henrico Saindair, *Epiſcopo Roſſenſi, ex Archivis Scotiæ ſubminiſtrata eſt*) *in App. hiſtor. Scot.* Hect. Boet. In mari, *inquit*, præterea Deucaledonio ad circium & Boream ſunt Orcadum inſulæ, proxime ad litus Scoticum ſitæ, numero XXVIII, hodie tantum habitatæ, atque ſupra Orcades ad centum milliaria & amplius Norvegiam verſus reperiuntur, Schetlandiæ numero XVIII. quæ hodie ab hominibus incoluntur, & Scotiæ Regi parent, de quibus magna fuit prioribus ſeculis, inter Scotos & Danos contentio, poſſeſſore tamen Dano, has omnes Chriſtiernus, Daniæ Rex, novi matrimonii gratia, Jacobo, Scotorum Regi, cum Margareta filia poſſidendas, pacifice tradiderat, quousque vel ipſe, vel poſteri ejus dotis nomine, quinquaginta millia florenorum Rhenenſium, nondum diſſolutorum, Regi Scoto, vel ſucceſſoribus ejus perſolvant, ſic enim nos ipſi vidimus, & legimus in matrimonii Dominæ Margaretæ, Danorum Regis filiæ, tabulis nuptialibus cum Jacobo, ejus nominis Tertio, Scotorum Rege, confectis, & utriusque regni ſigillis decenter conſignatis An. Dom. MCDLXVIII. Poſtea vero cum Domina Margareta Regina peperiſſet filium ſuum primogenitum Jacobum, Scotiæ Principem, Rex Danus fœcunditati filiæ ſuæ congratulaturus, in perpetuum renunciavit juri ſuo de inſu-

Numerus Orcadum &c.

Contentio antiqua de his inſ. inter Dan. & Scot.

Oppignoratio loco dotis.

Chriſt. I. juri ſuo renunciaſſe dicitur.

inſulis, maris Deucalidonici, nempe Orcadibus, Hetlandiis, & aliis, quas ſub hypotheca in matrimonio filiæ Regi Scotiæ cum ea tradiderat. Hujus renunciationis tabulas in Archivis Scotor. Principum aſſervari audio.

*Quibus ſubjicit* Torfæus *Orcad. Hiſtor. libr. 2. p. 189.* Recte ſcripſit, audiviſſe tantum, non item vidiſſe, quemadmodum de tabulis nuptialibus ſcribit: Tales enim, ſi extitiſſent, tabulæ renunciationis, jam dudum a Scotis, contra Danos, jus ſuum toties repetentes, ex Archivis protractæ fuiſſent, & Scotorum hiſtoriographi, eas in commodum regni, Archiva patria ſcrutando, haud neglexiſſent, ſed expreſſius laudaſſent, præſertim in re tunc controverſa, nec Scoti ullo in conſeſſu earum unquam meminerunt. Hic & Buchananus nihil certi aſſerere auſus. &c. Refutatio. Scoti nullas renunciationis tabulas oſtendere valent.

*Ex ipſo contractu matrimoniali in rei evidentiam hæc excerpere libuit:* Nos Chriſtiernus, Daciæ, Swetiæ, Norvegiæ &c. Rex &c. In complementum inſuper totius dotis promittimus, pollicemur, & obligamus nos, hæredes, & ſucceſſores noſtros, præfato Excellentiſſ. Principi Jacobo, Scotorum Regi Sereniſſimo, ſuisve Procuratoribus in ſummam ſexaginta millium florenorum Rhenenſium fideliter perſolvendam, de qua quidem ſumma præfatis Procuratoribus decem millia florenorum prædictorum, ante eorum, ad regnum Scotiæ, de regno noſtro Daciæ, receſſum integraliter fideliterque perſolvemus, & de eadem pecunia numerata ſatisfaciemus expedite cum effectu. Pro ſumma vero quinquaginta millium florenorum reſtante, de ſumma integrali prædicta, Nos Chriſtiernus, Norvegiæ Rex, de conſenſu & aſſenſu Prælatorum, Procerum ac Majorum regni Excerpt. ex contract. matrimon. Summa dotis.

tim in Daniam, unde venerat, revectus eſt: &c. &c. Nuptiæ Jacobi Tertii, & Margaritæ, Reginæ magno nobilitatis concurſu celebratæ, decimo die menſis Julii Anni MCCCCLXX. Ex eo matrimonio tertio poſt anno natus eſt Jacobus, qui patri in regnum ſucceſſit, menſe Martio, die ſacro Divo Patricio. *Hæc Buchananus.*

Nuptiæ celebratæ.

Johannes Ferrerius, Pedemontanus, (*cui ſupellex hiſtorica ab* Henrico Sainclair, *Epiſcopo Roſſenſi, ex Archivis Scotiæ ſubminiſtrata eſt*) *in App. hiſtor. Scot.* Hect. Boet. In mari, *inquit*, præterea Deucaledonio ad circium & Boream ſunt Orcadum inſulæ, proxime ad litus Scoticum ſitæ, numero XXVIII, hodie tantum habitatæ, atque ſupra Orcades ad centum milliaria & amplius Norvegiam verſus reperiuntur, Schetlandiæ numero XVIII. quæ hodie ab hominibus incoluntur, & Scotiæ Regi parent, de quibus magna fuit prioribus ſeculis, inter Scotos & Danos contentio, poſſeſſore tamen Dano, has omnes Chriſtiernus, Daniæ Rex, novi matrimonii gratia, Jacobo, Scotorum Regi, cum Margareta filia poſſidendas, pacifice tradiderat, quousque vel ipſe, vel poſteri ejus dotis nomine, quinquaginta millia florenorum Rhenenſium, nondum diſſolutorum, Regi Scoto, vel ſucceſſoribus ejus perſolvant, ſic enim nos ipſi vidimus, & legimus in matrimonii Dominæ Margaretæ, Danorum Regis filiæ, tabulis nuptialibus cum Jacobo, ejus nominis Tertio, Scotorum Rege, confectis, & utriusque regni ſigillis decenter conſignatis An. Dom. MCDLXVIII. Poſtea vero cum Domina Margareta Regina peperiſſet filium ſuum primogenitum Jacobum, Scotiæ Principem, Rex Danus fœcunditati filiæ ſuæ congratulaturus, in perpetuum renunciavit juri ſuo de inſu-

Numerus Orcadum &c.

Contentio antiqua de his inſ. inter Dan. & Scot.

Oppignoratio loco dotis.

Chriſt. I. juri ſuo renunciaſſe dicitur.

inſulis, maris Deucalidonici, nempe Orcadibus, Hetlandiis, & aliis, quas ſub hypotheca in matrimonio filiæ Regi Scotiæ cum ea tradiderat. Hujus renunciationis tabulas in Archivis Scotor. Principum aſſervari audio.

*Quibus ſubjicit* Torfæus *Orcad. Hiſtor. libr. 2. p. 189.* Recte ſcripſit, audiviſſe tantum, non item vidiſſe, quemadmodum de tabulis nuptialibus ſcribit: Tales enim, ſi extitiſſent, tabulæ renunciationis, jam dudum a Scotis, contra Danos, jus ſuum toties repetentes, ex Archivis protractæ fuiſſent, & Scotorum hiſtoriographi, eas in commodum regni, Archiva patria ſcrutando, haud neglexiſſent, ſed expreſſius laudaſſent, præſertim in re tunc controverſa, nec Scoti ullo in conſeſſu earum unquam meminerunt. Hic & Buchananus nihil certi aſſerere auſus. &c. Refutatio. Scoti nullas renunciationis tabulas oſtendere valent.

*Ex ipſo contractu matrimoniali in rei evidentiam hæc excerpere libuit:* Nos Chriſtiernus, Daciæ, Svecciæ, Norvegiæ &c. Rex &c. In complementum inſuper totius dotis promittimus, pollicemur, & obligamus nos, hæredes, & ſucceſſores noſtros, præfato Excellentiſſ. Principi Jacobo, Scotorum Regi Sereniſſimo, ſuisve Procuratoribus in ſummam ſexaginta millium florenorum Rhenenſium fideliter perſolvendam, de qua quidem ſumma præfatis Procuratoribus decem millia florenorum prædictorum, ante eorum, ad regnum Scotiæ, de regno noſtro Daciæ, receſſum integraliter fideliterque perſolvemus, & de eadem pecunia numerata ſatisfaciemus expedite cum effectu. Pro ſumma vero quinquaginta millium florenorum reſtante, de ſumma integrali prædicta, Nos Chriſtiernus, Norvegiæ Rex, de conſenſu & aſſenſu Prælatorum, Procerum ac Majorum Excerpt. ex contract. matrimon. Summa dotis.

regni

regni noſtri Norvegiæ prædictæ Nobilium, damus, concedimus, impignoramus, ac ſub firma hypotheca & pignore imponimus, atque hypothecamus omnes & ſingulas terras noſtras, Inſularum Orcadenſium, cum omnibus & ſingulis juribus, ſerviciis, ac juſtis ſuis pertinentiis, nobis Regali jure, & Prædeceſſoribus noſtris Norvegiæ Regibus, ſpectantibus, ſeu quovis modo ſpectare valentibus, tenendas & habendas, totas & integras terras noſtras inſularum Orcadenſium prædictarum, una cum omnibus & ſingulis Cuſtumis, proficuis, libertatibus &c. &c. quomodolibet in futurum ſæpe dicto Excellentiſſ. Principi Jacobo, Scotorum Regi, filio & confœderato noſtro chariſſimo, in partem dotis cum filia noſtra Margareta prædicta, donec & quousque per nos, hæredes noſtros vel ſucceſſores, Norvegiæ Reges, præfato Jacobo, Scotorum Regi, hæredibus ſeu ſucceſſoribus ſuis, de ſumma quinquaginta millium florenorum Rhenenſium reſtantium, de parte dotis, fuerit integraliter & plenarie ſatisfactum, ac perſolutum cum effectu. &c. &c. &c. Datum apud oppidum Hafniæ, infra regnum Daciæ, octavo die menſis Septembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo, ſexageſimo octavo.

Hypotheca & pignus.

Quousque Scoti Orcadas tenerent.

*De hacce oppignorationis negotio, aliisque omnibus, quæ ad Orcadas ſpectant, fuſe & dilucide agit* Torfæus, *in Hiſtoria Orcadenſi, conglomeratis tot venerandæ antiquitatis inſtrumentis ac codicillis, Norvegici in Orcadas Hæbudasque, cæterasque Deucaledonici maris inſulas, juris teſtibus, quo Lectorem plura volentem amandamus. Et poſtquam demonſtraverit, Auguſtiſſimos Daniæ Reges,* Chriſtianum III, Fridericum II, Chriſt. IV, Frid. III, & Chriſt. V. *non*

Quinam Reg. Dan. jus ſuum & quam diligenter repetierunt.

*non fuiſſe otioſos, in jure ſuo pacifice repetendo, nec parcos in impenſis, in legationes erogandis, nixosque juris evidentia, tum etiam cauſæ æquitate, ab aſperioribus conſiliis ſemper abſtinuiſſe, quamvis vires ad illud armis vindicandum nunquam defuerint, ſæpe etiam occaſiones affulſerint, variis tamen ſubterfugiis a Scotis exceptos fruſtratosque, Opus illud ita concludit:*

Subterfugia Scotor.

In tanta igitur hiſtoriarum luce, etiamſi per tot obſtacula rerum, cum verſati ſimus, nihil orbem latere poteſt, quod Regum Daniæ Norvegiæque jus in prædictas inſulas, ex naturæ gentiumque corroboretur pandectis, quibus Anglorum toties injecta mora penitus adverſatur. Nec veritas usquam glorioſius tuetur locum, quam in re tam lucida & conteſtata, omnium oculis & judiciis expoſita. Cauſam ideo coram ampliſſimo orbis terrarum tribunali ulterius diſceptare ſuperſedemus, & confiſi æquitati, remedia a tempore ſperamus. Regnerum Lodbrog, *inclytum Daniæ, magnaque partis ſeptentrionis Regem, Orcadas exſpoliaſſe, Duceque defectis, filium ſuum* Fridleſum *præpoſuiſſe, Saxo tradit. Tandem circa annum DCCCLXXV. laceſſitus a piratis, quibus hæ inſulæ receptacula præbebant, primus Norvegiæ Monarcha* Haraldus Pulchricomus, *Orcadas occupavit, & Sigurdum, inclyti* Rollonis Pedeſtris *patruum, de quo ſupra egimus, primum Orcadenſium Comitem creavit, poſteaque Norvegis paruere tanquam eorum coloniæ.*

Jus Dan. in Orcadas jure Nat. & gent. ſtabilitur.

Angli peccant contra Jus Nat. & gent.

Fridleſus Regneri Lodbroch fil. Orcadib. præfect.

Orcades ab Haraldo Pulchricomo Nor. Reg. occupatæ, a Norvegis inhabitantur.

Buchananus *Libr. I.* Orcadum maxima multis veterum Pomona vocatur, hodie continentem appellant, quod longe alias magnitudine præcedat. Patet enim in longum triginta millia paſſuum. Hæc

Pomona Orcadum maxima.

ſatis frequenter habitatur, habet enim duodecim parrochias ruſticas, præterea oppidum unum, quod Dani, quorum in ditione Orcades diu fuerunt, Cracoviacam appellabant, nunc nomine corrupto, Kircua Scotis dicitur. In hoc duæ ſunt velut modicæ arces propinquæ, altera Regis, altera Epiſcopi, inter eas ſitum eſt templum, ut in locis illis ſatis magnificum. &c. *Quibus ſubjungit* Torfæus: Pomona, nulla nominum convenientia, Hroſſey eſt, ubi oppidum Kirkiuvogus minus corrupto (*ſecus ac* Buchananus *ſtatuit*,) nomine Kercua appellatum, quam illud, quod correctius putat Cracoviaca. Danis antiquum vocabulum Kirkiuvog, quaſi ſinum templo ſubjectum, dixeris, in peregrinum illud, priſcæ linguæ ignotum, forte a Cracovia Poloniæ metropoli petitum, detorquentibus. &c. *Quod linguam & nomen attinet:* Buchananus: Germanicus aut pene vetus Gothicus eſt illis ſermo. *Item:* omnes Germanicæ originis eos fuiſſe tradunt. At e qua natione Germanorum advenerint, id non proditur. Si e ſermone conjecturam faciemus, & olim, & nunc quoque vetere Gothica lingua utuntur. Torfæus *iterum*. Vir infinitæ lectionis Guilhelmus Cambdenus, antiquæ membranæ ductu, Orcades quaſi Argath dictas docet, & interpretatur a ſitu, quaſi ſupra Getas, mavult autem ſupra Cath, id eſt, Cataneſiam. &c. Cum autem conſtet, indigenas inſularum ab antiquiſſ. memoria, Gothica lingua uſos eſſe, Pictos quoque, ſi eos primos cultores ſtatuemus, Gothicæ originis fuiſſe, ut id multis argumentis adſtruit Daniel Langhornius Antiqu. Alb. p. 275. ex eadem lingua ratio nominis petenda erit, quæ etiam quærenti ſe ultro offert. Fit enim in hac Hiſtoria mentio ſive villæ, ſive monumenti, quod

Orcades olim tenuerunt Dani.

Cracoviaca ſeu Kirkiuvog urbs Epiſcop. Orcadum ex Dan. Kirke & Vig.

Orcadenſes lingua Gothica utuntur.

Picti erant Gothi.

Orka-

Orkahaugur, id eſt, tumulus Orckii, ſive Orcadis, appellatur, forte quod inſularum eponymus loco etiam ſepulchri, nomen de ſuo reliquerit. Orka lingua Danica antiqua robur denotat, & hinc verbum, *at orka*, id eſt poſſe, viribus pollere. Illum ab hac radice nomen contraxiſſe, deque ſuo inſulis indidiſſe, malo credere, quam eas id immediate, hac ſignificatione ſortitas eſſe. Nam licet unica regiminis forma imperioque unitæ, ingentia virium roborisque documenta dederint, nomen tamen prius accepiſſe videntur, quam eo potentiæ creverint. Sed nec inſularum natura notationem vocis Ork reſpuet, quod eremum ſignificat, cum in vaſtiſſimo oceano, tanquam eremo ſparſæ ſunt, quas ritu Cycladum, per oceanum diſperſas, Adamus Bremenſis tradit. Nec litera N interjecta notationi huic repugnat, cum non Orkeyar, ſed Orkneyar ſcribantur: id enim ex Anglica dialecto, quæ poſtea irrepſit, provenit, nam Scotis atque Anglis vulgo appellantur the Iles of Orcadnay, & contracte Orcanay, & Orcanoy, docente Phil. Cluv. Antiqu. Germ. lib. 3. *Et hæc de Orcadibus dicta ſufficiant.*

Eponymus Orcadum, Orkius ex verbo Danico *at orke* dictus. Sepulchr. ejus.

Vires Orcadenſium antiquæ.

Orcades forte dictæ ex Danico Ørk Eremus.

§. 19. *Coronidis loco meminiſſe juvat Legationis Anglo-Scoticæ, quam circa finem ſeculi decimi quinti tanta dexteritate obivit* Johannes Jacobi Fil. *e nobili Ravensbergiorum gente oriundus, (Patre Jacobo Johannis de Ravensberg) tum Cancellarius regius, poſtea ex Præpoſito monaſt. Dalbyenſis, Epiſcopus Roſchildenſis; & quidem ipſis Epitaphii, quod in Cathedrali Roſchild. legitur,* Marmoribus *noſtris* Danicis *Libr. I. cap. 1. inſertum, ita ſonantibus elogiis:*

Legatio Anglo-Scotica Joh. Jac. Ravensbergii.

**Johannes, Jacobi Filius, Dei gratia quondam Epiſcopus Roſchildenſis, reverſus ex ſtudio bonarum li-**

terarum, quod magna cum laude, & multorum doctorum commendatione, in Germania confecerat, (*ſc. Colonia*) primum ob morum probitatem, & ingenii ſingularem eruditionem, & facultatem, tum omnium rerum experientiam admirabilem, aſſumtus eſt in Archigrammateum JOHANNIS, Regis Daniæ, &c. ejus nominis primi. Interea in Angliam & Scotiam miſſus Legatus; qua in Legatione ita ſe geſſit, ut jucundiſſima, gratiſſima, & glorioſiſſima ſit ejus nominis memoria, & apud Anglos & Scotos, quos ipſos etiam eodem tempore, cum inter ſe maximum bellum geſſiſſent, & ſtarent jam utrinque inſtructi exercitus, infeſtis animis & ſignis, alter in alterius perniciem accincti, in concordiam diſſidentes reconciliavit. Factum omnibus ſeculis memorandum. Tanta erat illius viri, apud peregrinos etiam homines, quædam vocis & vultus auguſta majeſtas, & graviſſimis in rebus nominis autoritas. Mox in Patriam regreſſus, a Canonicis Roſchildenſibus Epiſcopus deſignatus eſt. &c. &c. &c. Mortuus eſt in Arce Hiortholm ann. æt. plus minus ſexageſ. Pontificatus vero ſui undecimo, a Chriſto nato ſaluti noſtræ MDXIII. feriis Paſchalib. &c. &c. *Reliqua ejus encomia, inprimis qua liberalitatem inſignem, in ipſo Epitaphio quærantur loc. cit.*

Memoria Joh. Jacobi apud Angl. & Scotos glorioſa.

Anglos & Scotos reconciliavit.

Facundia Gravitas & Autoritas hujus Viri.

*Finimus hocce de Scoticis Danor. Geſt. ac Veſtig. Caput, verbis iſtis obſervatu non indignis, ex* Commentariolo Culdei (ſc. *Ita Monachi Scotici ſe appellabant, quaſi Cultores Dei, teſte Buchanano*) cujusdam Andreapolitani, *apud* Uſſerium, *Britann. Eccleſ. Primord. Cap. 15. p. 650. deſumptis.*

Ad Andreapolitanam Eccleſiam in Scotia venire peregrinos undique, etiam Danos, atque ibi per Dei

miſe-

miſericordiam ad gloriam S. Andreæ Ap. (NB. *Is eſt Patronus Scotiæ*) manifeſtiſſime curari.

P. S.

*Subjungenda hic poſtliminio erunt ſequentia, ex uberioribus illis ac eruditiſſimis, quæ* Nicolai Cragii *Annalibus, Havn. 1737. Editor. Illuſtr.* Jo. Grammius *præfixit, Prolegomenis pag.* 7. 8. 9.

Legatio Stenonis Bilde ad Jacob. Scot. R. adjuncto oratore Nic. Cragio.

Cum ergo mittenda Legatio eſſet in Scotiam, ad quam nominatus erat vir primariæ nobilitatis Steno Bilde, ac de iſtiusmodi collega (oratorem vulgo nuncupant) ipſi adjungendo deliberaretur, proceres, qui minore annis Chriſtiano III. gubernacula tenebant regni, oculos conjecerunt in Nic. Cragium. Legationis autem, cui decretæ quidem anno MDXCII. neſcio quarum rerum interventu protractum eſt tempus, usque in ſequentem annum, hic finis erat, ut jura Reginæ Scoticæ vindicatum irent, Regemque & proceres ad præſtanda, quæ ipſi per ſtipulationem, dotis ac redituum annuorum nomine, promiſſa fuerant, inducerent. Cum enim anno MDXXCIX. Anna, Regis Daniæ & Norveg. Friderici II. filia, in manum conveniret Jacobi, Scotorum Regis, in illa, quæ per nuptiarum dies facta ſolenni more fuit, donatione, certas quasdam poſſeſſiones acceperat, cum prædiis fundisque ampliſſimis, quorum ab ea quotannis fructus perciperentur, certa pecuniæ ſumma æſtimati, atque in ipſis donationis tabulis diſerte verbis declarati. Verum cum ex his duntaxat quædam portio, ſane haud magna, Reginæ rationibus inferretur, deprehenſum fuit, alios jam dudum in potiorem poſſeſſionum partem irrepſiſſe, Regemque inſigni dolo a Cancellario Mætellano circumventum. Iſte enim vir, cum

donationis tabulas conficeret, nonnulla fortaſſe amicis, ac eis, qui ad tegendam fraudem adjuvarent, ſibi vero ipſi luculentiora prædia attribuerat. Quod iniquiſſime ab eo factum eſſe, Scotorum præcipui, in quibus aliquid fidei juſtitiæque erat, agnoverunt. Arduum erat negotium, multisque difficultatibus implicitum, ad quas autem inſpiciendas, Cragius, non minore ſagacitate, quam ad perrumpendas induſtria ſolertiaque erat. &c. &c. Verum in quo magis adhuc enituit alta Cragii noſtri indoles animique magnitudo, erat illud perquam inſigne ſtudium erga ſalutem Regis Reginæque, turbulento inprimis & periculoſo tempore præſtitum, quo utriusque libertati & vitæ, a Franciſco Bothuelio inſidiæ parabantur. Nam & caput ſuum periculis objectavit, Comitique in palatium conanti, per ſeditionem irrumpere, fortiter ſe oppoſuit & auctor Jacobo Regi fuit conſiliorum, ex quibus deinceps cum Bothuelio actum, quorumque ſumma moderatione ſuſceptorum, hic exitus fuit, ut factioſum iſtum Comitem, cujus indomita & effrænata audacia non parvum aulæ terrorem injecerat, proſtratum ad pedes ſuos Rex videret, ſupplicemque ad omnes conditiones deſcendere, quæ a Legatis Danicis conſignatæ, ipſi imponerentur. Huiusque rei teſtes excitare poſſumus, ex monumentis avtographis, inter cætera legationis acta repertis; in quibus & libellus extat, ipſius Bothuelii manu ſubnotatus, quo delicti veniam orat, Regisque ſe poteſtati, dummodo ſibi de impoſito veneficii crimine æquum reddatur judicium, permittit. Sed neſcio, an amplius inſigniusque ullius memorabilis rei afferri poſſit teſtimonium, quam quod de hac ipſa, quam expoſuimus, a Jacobo Rege, poſt aliquot annos impertitum eſt,

Nic. Cragius libertatem & vitam Regis Reginæque Scot. inſigni fide tuetur.

quod-

quodque eandem extra dubitationem omnem collocat. Habetur id in literis ad Regem glor. mem. Chriſtianum IV. ſcriptis: quas quia totæ ex laudibus Cragii ſunt compoſitæ, ac nihil quicquam illis præterea continetur, non dubitamus hoc loco, in honorem noſtri, inſerere.

„Jacobus, Dei gratia Rex Scotorum, Sereniſſimo „Principi, Domino Chriſtiano Quarto, Daniæ, Nor„vegiæ, Vandalorum, Gothorumque Regi, Duci „Sleſvici, Holſatiæ, Stormariæ, Dithmarſiæ, Co„miti in Oldenburg & Delmenhorſt, Conſangui„neo, affini, fratri & compatri chariſſimo, ſalutem „& continuum felicitatis incrementum.

Litteræ Jacobi Regis ad Chr. IV. Dan. Regem.

„Sereniſſime Princeps, conſanguinee, affinis, „frater & compater chariſſime. Cum nobis in „mentem venit, qua fide & diligentia Nicolaus Cra„gius, Ser^tis^ V^ræ^ ſubditus, legationem in regione „noſtra obiverit, non poſuimus non ejus reminiſci, „& gratum noſtrum erga eum animum his noſtris „literis palam facere. Si nihil aliud, fortunatus cer„te ſucceſſus, qui in chariſſimæ noſtræ conjugis re„bus, dicti Nicolai maxime opera & conſilio, ſapi„enter conſtitutis apparet, ejus fidem prudentiam„que abunde teſtatur. His accedit inſignis animi „magnitudo, qua turbulento & periculoſo tempo„re, ſeditioſis aliquot, qui in palatium noſtrum per „inſidias cum forte irruperant, Ser^tis^ Veſtræ no„mine ſeſe fortiter oppoſuit, quod nobis magno uſui „fuit. Quod circa eum, ut virum doctum & pru„dentem Ser^ti^ V^ræ^ enixe commendamus. Ro„gantes, ut Ser^tas^ V^ra^ ejus ſtudia foveat, & benevolo „animo tueatur. Gratiſſimum certe nobis erit, ſi „commendationem hanc noſtram ſibi honori & „emolumento fuiſſe intelligat, paratique erimus,

Ampliſſimæ Cragii noſtri laudes.

„Seretem Vram omnibus fraternis officiis viciſſim „demereri, quam ut Deus opt. max. quam diutiſſi„me incolumem conſervet, ex animo precamur. „Datæ e regia noſtra Falcolandiana, quarto die men„ſis Auguſti MDXCVII.

S. V. frater amantiſſimus
Jacobus R.

---

# CAP. III.

## DE
## DANORUM IN HIBERNIA GESTIS ET VESTIGIIS.

§. 1. *Hibernor. ex Gothis noſtratib. origo.* Se ipſos Gajolthel nominant. &c.

§. 2. *Fridlevi I. ejusque filii Frothonis III. Daniæ Regum, expeditiones Hibernicæ.* Dublinum a Dan. obſeſſ. & Stratagemate expugnat. Hiberni fama fortitud. Dan. attoniti. Mores Hibernor. bellici. Kervillus Hyb. Dux cæſus. Hibernia Frothoni ſuccumbit. Expeditio Haconis Hamundi in Hibern.

§. 3. *Geſta Regneri Lodbrocb, & mors calamitoſa in Hibernia.* Melbricus Rex. Scot. cæſus. Dublin. a Danis expugnat. Myoparones Regneri inuſitatæ molis. Interula Regneri faſcinata ab ictibus immunis. Naufrag. Regneri. Conflictus Regneri cum Rege Hella. Interdictum Hellæ, metu Lodbrochidarum, ne quis Regnerum ipſum in bello proſterneret. Virtus martia Regneri. Captus viperis objicitur. Ænigma ejus, Cantus ejus cygneus, carmine eleg. & magnanimo expreſſus. Ridens moritur. Ænigmata Danis audiunt Kragemaal ex Regneri Conjuge, Regina Kraka, ſ. Aslauge. Fabula Anglor. de

de Lothebrico (seu Regnero) apud Edmund. Angl. Reg. regii aucupis munere functo, & ab æmulo aucupe intereмpto. Expedit. Agneri ad patrem ulciſcend: ſecutoque Edmundi ſic dicto martyrio. An Regnerus idem ac Aimonii Regenarius, Pariſiis ob ſpoliatum D. Germani Monaſter. miraculo ſublatus?

§. 4. *Variæ Danor. & Norvegor. in Hibern. irruptiones.* Inſula Recran ſpoliata. Dani & Norvegi Oſtmanni dicti. Exped. Norvegor in Hib. Duce Turgeſio. Conatia, Iaginia, Midia, Ultonia devaſtatæ. Perſecutio Chriſtianor. in Hib. a Norvegis. Veſtig. Danor. in Danes Rathes, vallis militarib. rotundis, item in collibus rotundis, Ducum Danicor. ſepulchretis. Turgeſius dolo occiſus, & Norvegi truncati. Novæ e Dan. & Norv. claſſes. Sexcenti ſupra duo millia Danor. uno anno in Hibern. occiſi. Expedit. Dano-Norvegica in Hibern. Ducibus Amlavo, Sytaracho & Yvoro. Tres civitates ab iis exſtructæ ſc. Dublinum, Gvaterfordia & Limmericum. Hiberni advenis hiſce tributarii facti. Prælium Danor. cum Rege Melachlino.

§. 5. *De Dublino a Norvegis & Danis initiato, Noſtratiumque ibidem per S. Patricium converſione fabuloſa.* Dublin. Norvegis ad inhabitand. conceditur, in gratiam Reginæ Hibern. filiæ Regis Norv. Noſtrates Dublini miraculo S. Patricii ad Chriſtianiſm. inducti. Veſtig. Danor. ſc. Fornices Templi S. Trin. Dublin. a Danis fundatæ.

§. 6. *Fabula de Glaſſio, gigante Norvego, quem S. Patricius in Hib. jam 100. ann. ſepult. vitæ, dum baptizaretur, reſtituerit.* Glaſſius hic Caſſi filius fuerat, porcarius Lugarii Regis Norv. chimæricl. a Mocconii ſatellitibus occiſus. Baptizatus tumulo redditur. Norvegia Hibernice dicitur Hir voi the.

§. 7. *Vaſtatio Hiberniæ a Danis.* Septentrionales Hibernis Lochlunii dicti.

§. 8. *Findani Hibernorum Sancti a Danis captivitas.* Redemturus ſororem captivam, Danos cum acceſſiſſet, ipſe detentus, æquo cujusdam Dani conſilio di-

mittitur. Alia vice inſequentes, ne ipſum reperirent, caligare fecit. Poſtea tamen ex improviſo ab iisdem abreptus, & ab uno Domino alii venditus.

§. 9. *Vaſtatio Ultoniæ Hebridumque per Danos & Norvegos.* Hienſis inſula combuſta.

§. 10. *Geſta Magni Nudipedis, bellicoſiſſimi Norvegor. Regis, per Hiberniam.* Fabula de exilio Regi ob reſeratum S. Olai ſcrinium, ab offenſis Sancti manibus injuncto. Veſtig. ejus in Mannia ſc. munitiones ejus nomine nuncupatæ. Murcardo Hiberniæ, Regi, vetera ſua calceamenta miſit, in ſignum ſubjectionis, feſto Iulio humeris geſtanda. Reſponſum Regis Murcardi, ſe vel ipſos calceos ejus manducare malle, quam Hiberniam ab ipſo vaſtari. Incentor expedit. Hibern. fuit Haco, Pauli Orcad. Comitis filius. Orcad. & Hæbud. ſubact. Terror panicus Regi, cum S. Columb. ædem aperiret, incuſſus. Religio Magni, Comitis Orcad. filii, qui contra inſontes non laceſſitus pugnare noluit, ſed cæteris pugnantibus, Pſalterio Davidico ſe munivit. Victoria Norveg. Sophiſma Magni Regis. Rubeum ſcutum ſuper malum navis pacis ſignum. Dublinum obſeſſ. & expugnat. Rex Norv. aciem ipſe præcedit. Habitus ejus. Fugere dedignatur. Strages Hibernor. Animoſum fortiſſimi Regis effatum, femora haſta transfixi. Vulnus lethale. Ultima morientis Regis verba. Theſaurus ejus Lincoliæ depoſitus. Sepultur. juxta Eccleſ. S. Patricii in Duno.

§. 11. *Legatio Sigurdi Hieroſolymipetæ, Norv. Regis, in Hibern.* Magna argenti vi pro cæde Patris extorta.

§. 12. *Perſonalia Haraldi Hiberni, Magni Nudiped. filii, Norveg. Reg.* Mira ejus & Hibernor. pernicitas.

§. 13. *De Duce Burchardo Gurmundi, Norvego Prioratus Leghlinenſis in Hibern. fundat.* Epitaph.

§. 14. *Geſta Copiar. Danicar. auxiliar. in Hibern. an. 1690, & 1691.* Dani excitata olim a majoribus munimenta reficiunt. Victoriæ Anglo-Danor. Hibern. ſubact. Numiſma triumphal. Ipſi Hibern. victor. Danis aſcribunt. Elog. Ducis Cop. Dan. Sacror. a Danis profanatio non inulta.

§. 1. *Ad*

§. 1.

*Ad noſtratium in Hibernia Geſta ac Veſtigia diſcutienda accedentes, repetamus heic in limine memoratam ſuperius Camdeni, aliorumque doctorum opinionem, Hibernos Scotorum atavos, ut & ipſos Scotos, cum ſe Gajothel, linguam ſuam Gaiothealg, & eam Britanniæ partem, quam primo occuparunt, Argathel nominent, Gothicæ fuiſſe originis. Vid.* Camd. *Britann. pag. 59.*

Hiberni ex Gothis noſtratibus oriundi.

§. 2. *Hinc ſe nobis offerunt* Fridlevus Celer, *ejusque filius* Frotho III. *Daniæ Reges, uterque expeditionibus Hybernicis clari. De Priore* Saxo *Hiſtor. Dan. libr. V.* Idem cum Duflynum, Hyberniæ oppidum, obſideret, murorumque firmitate expugnationis facultatem negari conſpiceret, Hadingiani acuminis ingenium æmulatus, hirundinum alis incluſum fungis ignem affigi præcepit. Quibus propria nidificatione receptis, ſubito flammis tecta luxerunt. Quas oppidanis reſtinguere concurrentibus, majoremque ſopiendi ignis, quam cavendi hoſtis curam præſtantibus, Duflyno potitur. *Hæc Saxo. Hanc* Fridlevi *in Hibernos expeditionem ita exprimit Hiſtoriæ Dan. Scriptor Gallus Cel.* des Roches, *Hiſtoire de Dannemarc. Tom. I. pag. 133.*

Fridlevi I. ejusque filii Froth. III. expedit. Hibern.

Dublinum a Danis obſeſſ.

Stratagema Danor.

Dublin. a Danis occupatum.

Quoi qu'il en ſoit, par cette Victoire le Dannemarc ſe trouva tranquille, mais le courage de Fridlef n' en fut que plus excité à entreprendre de nouvelles conquêtes. Il s' embarqua pour l' Islande, ou ne pouvant réduire, par la force, la Ville de Dublin Capitale de l' Isle, et dont la force des murailles la mettoit à l' abri d' inſulte, il y employa l' ar-

Martius Fridlevi Spiritus.

Fridlevus in Hibern. movit.

Dubl. obſeſſ.

l' artifice. Il fit attraper des hirondelles, aux aîles deſquelles il attacha des morceaux de champignons où il avoit renfermè du feu, & leur donna la liberté. Ces Hirondelles s'étant enſuite renduës dans leurs nids y mirent le feu, qui ſe communiqua aux maiſons; de ſorte que, dans un inſtant, on vit un incendie général dans toute la Ville. Les Habitans, négligeant alors la garde de leurs murailles, pour courir éteindre le feu, Fridlef prit Dublin d' aſſaut, ſans aucune réſiſtance. *In ſubjuncta nota.* Ce Stratagême n' étoit pas nouveau, s' il eſt vrai, comme on le prétend, que ce fut un de ceux qu' employa l' artificieux Roi Hadding.

Stratag.

Dublin incenſ. & occupatum.

Haddingus Rex Dan. artificioſus.

*De Frothone III, Fridlevi filio iterum* Saxo *libr. cit.* Interea Hiberni, crebreſcente Danicæ fortitudinis fama perculſi, quod difficiliorem partium ſuarum irruptionem præſtarent, ferreos terræ murices inſtraverunt, quibus littorum vetaretur acceſſus. Utitur autem Hibernorum gens levi & parabili armatura. Novaculis comam extenuat, totum occipitii crinem abradit, ne fugiens capillitio teneatur. Cæterum telorum cuſpides obvertit inſtantibus, mucronumque acumina inſequentibus de induſtria opponere aſſolet, ac plerumque poſt tergum lanceas jaculari, doctior fuga ſuperare, quàm bello. Quo fit, ut cum victoriam tibi ceſſiſſe putes, diſcrimen immineat. Tam inſidioſam hoſtium fugam Frotho conſideratius, quam cupidius inſpectatus, ducem gentis Kervillum acie fudit. Cujus ſuperſtes frater, depoſita rebellandi fiducia, patriam dedidit Regi. Captivam Rex prædam militi dispartivit, uti ſe

Fama fortitud. Dan. Hiberni conſternati.

Mores Hibernorum bellici.

Kervillus Hibernorum Dux cæſus.

Hibernia Frothoni ſuccumbit.

ſe totius avaritiæ expertem & a nimia rerum cupiditate averſum, ſolius gloriæ lucrum appetere teſtaretur. Itaque poſt Britannicos triumphos Hibernasque manubias in Daniam reditum eſt, annisque tricenis ab omni bellorum negotio temperatum eſt. Quo tempore cunctis pene terris eximia fortitudinis laude Danicum nomen inclaruit.

Manubiæ Hibernicæ.

Nominis Danici celebritas.

*Taceo, quæ idem Libr. VII. de Hacone memorat*: His auditis, Hako, Hamundi filius, quum in ultionem fratrum arma ab Hiberniensibus in Danos translaturus videretur, &c.

Expedit. Hibernica Haconis Hamundi.

§. 3. *Nec fortiſſimo Septentrionis Regi* Regnero Lodbrog *illibata manſit Hibernia*, *crudeli ejus nece infamis*, *ſi* Saxonem *ſequimur Libr. IX.* Cumque ibidem (*ſc. in Anglia*) Regnerus annum victor explesſet, conſequenter excitis in opem filiis, Hiberniam petit, occiſoque ejus Rege Melbrico, Duflinam barbaris opibus refertiſſimam obſedit, oppugnavit, accepit: ibique annuo ſtativis habitis, mediterraneum fretum pernavigans, ad Helleſponticum penetravit, interjecta regnorum ſpatia clariſſimis emenſus victoriis. &c. &c. Interea Hella (NB. *Hic, pulſo Ivaro, Regneri filio, ab Anglis in Regem electus fuerat, ſed poſtea a Regnero victus ac fugatus*) ad Hibernos collatus, omnes, qui ſe Regnero propiore fide devinxerant, ferro ſuppliciiſque mulctavit. Quem Regnerus claſſe adortus, juſta omnipotentis animadverſione manifeſtas detractæ religionis poenas pependit. Comprehenſus enim atque in carcerem conjectus, noxios artus colubris conſumendos advertit, atque ex viſcerum ſuorum fibris triſtem viperis alimoniam præbuit. Cujus adeſo jecinore, cum cor ipſum funeſti carnificis loco coluber obſideret, omnem ope-

Geſta Regnari Lodbr. & mors calamitoſa in Hibern.

Melbricus Rex Scotiæ cæſus.

Dublin. a Danis expugnatum.

Expeditio Regneri in Helleſp.

Regnerus contra Ellam in Hib. movit.

Mors triſtis.

operum ſuorum curſum animoſa voce recenſuit, ſuperiori rerum contextui, hanc adjiciens clauſulam: Si ſuculæ verris ſupplicium ſcirent, haud dubio, irruptis haris, afflictum abſolvere properarent. Quo dicto, Hella adhuc nonnullos filiorum ejus vivere interpretatus, quieſcere carnifices, amoverique viperas juſſit. Cumque ſatellites peragendæ juſſionis gratia accurriſſent, Regnerus imperium Regis funere ſuo præceſſerat, &c.

Ænigma Regneri.

Metus Ellæ a Regneri filiis.

*Poëma elegantiſſimum, quod, inſtar cantus cygnei, moriens fudiſſe fertur, rerum a ſe fortiter geſtarum apices complexum, doctioribus illuſtravit notis, illuſtratum exhibuit Cel.* Wormius, *in Append. Lit. Run. a pag. 182. ad 207. Clauditur illud memorabili hoc epilogo, vertente Wormio.*

Cantus cygneus Regneri.

Fert animus finire, invitant me * Dyſæ,
Quas ex Othini aula Othinus mihi miſit.
Lætus cerevifiam cum ** Aſis in ſumma
Sede bibam. Vitæ elapſæ ſunt horæ:
Ridens moriar.

Exempl. fortitudinis inaudit.

* *Dyſæ Deæ fuerunt Parcarum inſtar, quæ ab Odino morituris transmitti credebantur, ut animas eorum ad aulam Odini* Valhallam, *violenta morte extinctis deſtinatam, deferrent.*

Dyſæ Parcæ ſeptentr.

** *Aſæ ſ. Aſiatici audiebant Deaſtri Boreales, ex Aſia adveniſſe crediti.*

Torfæus *Hiſtor. Norv. P. I. Cap. LI. de expeditione Ragnaris Lodbrochis in Angliam ejusque calamitoſa morte, Hiberniæ haud meminit, nonnullas vero necis hujus circumſtantias tangit, dignas, quæ hic carptim exſcribantur.* Filiorum, *inquit*, ſuorum præclara geſta, ut luminibus ſuis obſtructura, inſigni

qui aliquo facinore Ragnar ſuperare geſtiebat; non quod filiis gloriam invideret, ſed quod eam ſua etiam augere voluerit. Angliam igitur duobus tantùm navigiis adoriri proponit, Northumbriam credo, quæ patris tempore defecerat, recuperaturus, & ex ſucceſſibus univerſum Anglicanum agrum complexurus, quo fama ad poſteros immortalis permanaret; tantilla manu ampliſſimum regnum deviciſſe, quam ſoli Northumbriæ ſuffecturam crediſit. &c. Tantæ magnitudinis myoparones iſti fuiſſe dicuntur, ut in Septentrione pares nunquam viſi ſint. &c. Modum illarum inde conjicere licet, quod juſtum exercitum paſſim regno excitum, juſtaque armatura inſtructum, iis impoſuerit; tantusque terror vicina regna ab apparatu ejus pervaſerit, ut omnes ſibi metuentes, diſpoſitis circa maritima validis cuſtodiis præſidiisque, hoſtilem impetum præcaverent. &c. His ergo paratis, Regina, quo tenderet? quæſivit: Angliam ſe oppugnaturum reſpondit. Qua conſilium improbante, pluresque naves & habiliores præferente, glorioſum quidem eſſe fatetur, numeroſa claſſe regiones regnaque ſubigere, cujus rei multa dentur exempla, duobus autem myoparonibus tanti regni ſubjecti memoriam nullam extare, nec probroſum videri, tam modica manu vinci. &c. Fruſtra fuit diſſuadere, jam pridem opinionis errore perſuaſo, quanto numerus navium augeretur, tanto gloriam minui. Regina proficiſcentem ad naves deducens, ſub diſceſſum penſaturam ſe jam ait veſtem, ſibi ab eo quondam donatam, exhibetque interulam affabre textam, ictus omnes refutaturam, iis nempe Diis conſecratam, ut merito ſacra diceretur. Is acceptūrum ſe uſurumque reſpondit. Ægre quidem illius diſceſſum tunc temporis tuliſſe Reginam conſtat. Curſum

Ambitio Regneri.

Myoparones Regn. inſolitæ molis.

Terror vicinor.

Interula faſcinata ab ictibus immunis.

ſum quidem venti, ſed nimium flantes, accelerabant, tandem illiſa ſyrtibus navis utraque frangebatur, Ragnar cum armis militibusque tantum, nullo alio apparatu, in inſulam pervenit, commeatus igitur & omnium rerum inopia preſſus, quod prius ſtimulante libidine, moturus erat bellum, jam accedente neceſſitate inſulanis, nec infeliciter primo, intulit, nam oppida caſtellaque multa expugnavit. &c. Ella ex univerſo regno, quanta potuit celeritate, exercitum conſcripſit. &c. Fit ingens indigenarum concurſus, quo adverſus Ragnarem profectus, conflixit, *edicto prius, metu vindictæ a filiis exſpectandæ, ne quis Ragnari necem inferret.* Ragnar caſſide tantum ad capitis protectionem uſus, loricæ vice interulam indutus, haſtam, qua ſerpentem prius interemerat, manu tenens, in prælium proceſſit. Modicæ erant Ragnaris copiæ, quæ multitudinis impetum haud diu ſuſtinentes, paſſim cædebantur, is vero, quoquo ſe vertebat, obvios proſternendo, aciem ſæpius perrumpens, ſtragem edebat ingentem, nam ictibus ejus prævalidis nihil reſiſtebat, ipſe contra adverſus ferrum obfirmatus, ſingulos eludebat; tandem orbe clypeorum (Skialldborg eſt in membranaceis exemplaribus) undique circumfuſus capitur, quærentes, quinam eſſet, nec nominis profeſſione, nec reſponſo dignatus. Id quod a vero abludere videtur, poſt complura oppida expugnata, nam deditorum intererat ſcire, cui ſe ſubmitterent &c. Ejus tamen rei penitius explorandæ cauſa in carcerem viperis confertum, conjectus memoratur, abdito in latebris exploratore, qui ſtatim, ut cognoſceret, Ragnarem eſſe, id ad Regem deferret, ut confeſtim inde eximeretur. Is ſerpentibus eum inceſſere veritis nunciabat, ingentem & raræ virtutis virum eſſe, cui pridem

Naufragium Regneri.

Confl. Regneri & Ellæ.

Cautum interdicto regio, ne quis Regnerum necaret.

Pugnacitas Regneri.

Skiallborg ſ. Skioldborg Orbis clypeorum.

Regnerus viperis objicitur.

Elogium Regneri.

pridem arma, nunc vero ſerpentes nocere nequirent. Rex juſſit, ut tunica exueretur; quo facto, undique a viperis impetitus eſt. Tum vero Ragnarus grunnituras ſuculas, ſi verris poenam noſcerent, dixiſſe fertur (ſucularum nomine filios ſuos, verris ſe ipſum intellexit) nec tamen iſto indicio ab alio Rege cognitus. (NB. *Hoc repugnat relationi Saxonis*) Rhytmos præterea duos ceciniſſe traditur, quibus unum ſupra quinquaginta bella, collatis cum hoſte ſignis, geſſiſſe profeſſus eſt, improviſo ſibi hanc calamitatem accidiſſe, quod multa præter opinionem contingere ſoleant. Alio rhytmo etiam procellorum grunnitum repetens, in funus ſe confeſtim convertendum concluſit. Ad ultimum poſt enumerata præclara ſua facinora, ſolatus ſe vitæ futuræ deliciis, terræ valedixit. Spirat iſtud carmen plane ſingularem & heroicum genium, illud idcirco dignum exiſtimavimus, quod metro Latino ad verbum fere exprimere curaremus.

Regnerus Poëta.

Cætera quid referam! nunc me Plutonis ab aula
 Emiſſæ Eumenides in ſua jura trahunt,
Ergo ubi vis animæ moribundos liquerit artus,
 Iverit & felix umbra per Elyſium.
Sedibus optatis epulis & nectare Divum
 Inter Aſas ſanctos, ambroſiaque fruar,
Ite voluptates! melioris raptor amore
 Sortis; ad hanc ridens tranſeo. Terra vale.

Mox & vitam finiiſſe traditur, veritati propiori relatione, quam quod omnium geſtorum ſeriem prolixa illa oda, quæ ei tribuitur, complexus fuerit; quam ab uxore poſt mortem in honorem ejus factam ſuſpicor; eo quod Krakæ nomine ab illo tempore, hodieque apud Iſlandos Krakumal ſeu Krakæ ſermo uſur-

Conjux Regneri Poëtria.

Ænigmata Danis audiunt Kragemaal ex Regina Kraka ſeu Aſlange.

uſurpetur. Fallor niſi Danis Kragemaal pro obſcuro, & ænigmatibus involuto ſermone, inde deſcenderit, quod hæc oda admodum intricata ſit. *Hæc* Torfæus. *Longe aliud mortis genus Regnero aſſignat* Polydorus Virgilius *Hiſtor. Angl. Libr. IV. ita ſcribens:*

Regnerus auceps. Edmundi Angl. Regis factus.

Interimitur ab æmulo, ſi fabulæ fides.

Lothebricus quidam, natione Dacus, pater Agneri & Hubonis (de his alibi ſæpius fiet mentio) cum aucupio plurimum delectaretur, fertur hyberno tempore, aſcenſa parvula navicula, dum ſtudio inſectandi aquatiles aves circa littus vagaretur, ſubita ventorum vi in altum raptus, duas noctes huc atque illuc agitatus fuiſſe, ac tertio tandem die ad orientalium Anglorum littus perveniſſe, & ob ſcientiam aucupandi ab Edmundo in familiam receptus. Non interceſſerant multi dies, cum hunc quidam ſervus, accipitrum domitor, invidia motus, quod ille in ea aucupandi parte peritior eſſet, per inſidias interemit: propter quod facinus cum a Rege venia negaretur, in Daciam aufugit, ibique Edmundo infenſus, quod impunitatem non conceſſiſſet, tale comminiſcitur ſcelus: Indicat enim Agnero & Huboni, ob patris caſum valde anxiis, de Lothebrico, narratque Edmundi juſſu illum necatum eſſe apud orientales Anglos. Agnerus cognita patris morte, ira & furore accenſus dicitur, ſumptis repente armis, cum bene magna armatorum manu in inſulam properaſſe ad ulciſcendam injuriam: & ut ad orientales Anglos pervenit, unum ex ſuis exploratum miſiſſe, ubi terrarum Edmundus Rex ſe teneret, mandaſſeque, ut nomine ſuo Regi tanquam jam victo imperaret pecuniam, ac cætera uſui neceſſaria, atque ediceret, illum non amplius regnaturum, niſi ſe mature Dacis dederet.

Expeditio Agneri ad patrem ulciſcendum.

Superbum Agneri poſtulatum.

ret. Interea ipſe exploratorem hoſtilem in modum ſequebatur, omnia cæde & igne complens. Edmundus audito nuntio, magnopere admiratus barbaricam temeritatem, nonnihil timore afficitur, & aliquantum cunctando ſecum cogitat, ecquid factu optimum ſit in re tam ſubita. Tandem vir innocentiſſimus memor documenti Chriſti: Qui perdiderit animam ſuam, inveniet eam; omni metu prorſus depoſito, in hunc fere modum nuntio reſpondit: Dicito Duci tuo, Edmundum, Regem Chriſtianum, nequaquam velle ſe ſerviliter ſubjicere populo Daco, pietatem Chriſtianam abhorrenti, niſi illam prius complectatur. Vix ea fatus erat, cum Agnerus repente adfuit, regiamque ingreſſus, multis mortalibus trucidatis, Edmundum cepit. Sunt, qui ſcribant, Regem aufugiſſe, & perſequentibus Dacis ſponte occurriſſe, atque interrogatum, an ſciret, ubi loci Rex eſſet, reſpondiſſe ſic: Dum ego in regia fui, ibi etiam Edmundus, quem quæritis, fuit: ubi abivi, ille quoque abiit: qui utrum manus veſtras fugiturus ſit, nec ne, ſolus Deus noſcit: & Dacos, ubi per interpretem audiviſſent, Deum nominari, probe intelligentes, illum eſſe Regem, illico cepiſſe, ac primo fuſtibus fere ad necem cæſum, ſagittis transfixiſſe, deinde Chriſtum invocantem obtruncaſſe. Sic pius Rex martyrii palmam tulit. At barbari, in demortuum adhuc ſævientes, ejus caput inter denſiſſimas vepres abdiderunt, ne Chriſtiani illud debitis colerent ceremoniis. *Hæc* Polydorus. *Eundem hanc hiſtoriam adfert* Johannes Bromton, *Abbas Jornalenſis, Chronici ſui pag. 804. ubi Lothebricum Polydori* Lothebrochum *rectius nominat, filiumque ejus Agnerum, Inguaris nomine appellat, atque eum cum fratre Hubba S. Edmund. Oriental. Angl. Reg. annum Chriſti*

Angl. Rex Edmundus capitur.

S. Edmundi ſic dictum martyrium.

*DCCCLXX, vel ſecundum alios DCCCLXVI, occidiſſe ait.*

Regnerus, Aimonio Regenarius.

*Quodſi Regenarius ille*, Aimonii, *Scriptoris Gallici, judice* Pontano, *idem ſit cenſendus, nec Hibernia neque Anglia, ſed Gallia, fata Regneri noſtri viderit. Verba* Pontani *inter alia hæc ſunt, Rer. Dan. libr. IV. ad ann. DCCCXLV. p. 100.* Sed levior hæc clades illa, quæ vix biennio poſt ad ann. DCCCXLV Aimonio atteſtante, Caroli Regis opes miſerrimis modis afflixit. Regenarius enim Rorici Danorum Regis auſpiciis, majore animo ac vi ad littora vicina applicans, modo Friſiam, modo Flandriam, atque ultimo Gallias armis infeſtas habuit. Ad oſtia Sequanæ delatus, primo Pariſiorum civitatem incurſavit, mox D. Germani monaſterium depopulatus, ad Melodunum, Senonum oppidum, igne & flammis devaſtandum, ſe vertit. &c. &c. &c. (*vide ſup. in Gallicis.*) Addit miraculum Aimonius, Raganarium (NB. *biſariam nomen illud exprimitur*) dum ſe ſuosque adverſus Calvum ſucceſſus, & hanc præcipue S. Germani devaſtationem Regi Rorico jactaret, diceretque, plus ibi mortuos, quam vivos potuiſſe, quod ſolos ſibi Divi Germani inanes occurſantes habuiſſet, continuo collapſum, atque inde per triduum expiraſſe, ex commilitonibus quoque permultos, qui ſacrilegas ædi manus intuliſſent, dyſenteria extinctos. Hunc Regenarium Aimonio dictum, Regem eſſe Regnerum Lotbrogum, parum ambigam, licet Saxo, qui eum quoque peregre fato functum ait, paulo aliter narret, & ab Ella, apud Hibernos, truculentiſſima nece confectum referat. Quis autem eidem Aimonio Roricus Rex ſit, cujus iſta auſpiciis Regenarius geſſerit, ex Saxone eodem, aut actis domeſticis nuſpiam liquet. *Hæc* Pont. *Ericus Pom. in Chr.* Regner Lechbroki ſubjugavit

Gallias depopulatur.

Pariſiis miraculo ſublatus dicitur.

gavit Angl. Scot. Hiberniam, &c. Tandem in Hibernia occiſus eſt.

§. 4. Jacobus Waræus, *libro, quem* Diſquiſitiones de Hibernia & ejus Antiquitatibus inſcripſit, *Cap. XXIV, nihil de Danorum aut Norvegorum in Hibernia geſtis ante annum DCCXCV. literis prodidit. Inde vero ſequentes irruptiones numerat:* Variæ Danor. & Norv. in Hib. irruptiones.

Contigerunt, *inquit*, dum in Dania Sigurdus Anguioculus ab anno DCCXC. ad ann. DCCCXX. Gudriodus Magnanimus in parte Norvegiæ, ab anno DCCLXXXIV. ad ann. DCCCXXIV. Donnchadus, Domnaldi Regis filius, in Hibernia, ab anno DCCLXX. ad ann. DCCXCVII. regnarent. Danos & Northmannos vel Oſtmannos anno Chriſti DCCXCV. Hibernica & Albanica litora primum infeſtaſſe, & ſpeciatim Recran inſulam ſpoliaſſe, produnt Annales Hibernici. Inſula Recran ſpoliata. Iisdem Regibus in Dania & Norvegia regnantibus, ſub Aido, Ornidii Nielli Nimboſi Regis filio, ab anno DCCXCVII. ad ann. DCCCXIX, Hiberniæ Rege, Dani & Norvegi, vel Oſtmanni anno DCCXCVIII. iterum Ultoniam & Hebrides piratica infeſtarunt. Dani & Norvegi Oſtmanni dicti. Anno DCCCVII. Hiberniam primum incurſionibus intrarunt, deinde Anno DCCCXII. Demum Anno DCCCXV. Turgeſus Norvegus in Hiberniam appulit, & exinde ibidem fixas ſedes habere coeperunt. Adventus Turgeſii Norveg. in Hib.

Hördaknuto in Dania ab Anno DCCCXX. ad ann. DCCCXL. Halfdano Nigro in parte Norvegiæ, ab Anno DCCCXX. ad Ann. DCCCLXIII. Niello Calneo, Aidi Ornidii Regis filio, ab Ann. DCCCXXXIII. ad Ann. DCCCXLVI. in Hibernia regnante, Norvegi Anno DCCCXXXV, majoribus inſtructi copiis,

magna claſſe appulerunt, ſub ductu Turgeſii, & Conatiam ferme univerſam, una cum quibusdam Iaginiæ & Midiæ partibus devaſtarunt. Intra trienium deinde poſtea, non parva Ultoniæ parte ſubjugata, ubique ferme templa demoliti ſunt, & in Chriſtianæ religionis profeſſores, (cujus tunc erant hoſtes) magna crudelitate graſſati, qua de re vide Iocel. Tuneſſenſ. in Vita S. Patricii Cap. 175. ſpeciatim Turgeſium Armacham occupaſſe, & inde Tarananum, Archiepiſcopum loci, expuliſſe, una cum omnibus religioſis & ſtudioſis, tradunt Annales Hibernici. Aſſerit porro Colganus ex Annalibus quatuor magiſtrorum, Anno DCCCXXXVIII, claſſe ſexaginta navium Nortmannos ingreſſos eſſe oſtia Boandi fluminis, & alia ſexaginta navium oſtia Liffii fluminis in Iagenia. A Turgeſio (quod obiter nota) multa foſſatorum illorum rotundorum, ſive militarium vallorum, vulgo Danes Rathes dictorum, facta dicuntur, quæ in plurimis Hiberniæ regionibus etiamnum ſuperſunt. Atque talia fortaſſe fuerunt caſtella Brigantum veterum, de quibus Iuvenal. Sat. 14.

Conátia Iaginia & Midia devaſtatæ.

Perſecutio Chriſtian. a Norvegis.

Veſtig. Dan. Danes Rathes.

Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum.

Sunt porro, qui credunt, Danos & Norvegos exſtruxiſſe multos e collibus illis rotundis, quos ſine foſſis paſſim in Hibernia cernimus, quaſi ſepulchra magnatibus & Ducibus ſuis; eundem olim morem in Dania viguiſſe, ex Olai Wormii libro de Danicis Monumentis liquet.

Veſtig. Danor.

Gormo Grandævo in Dania ab Anno DCCCXL ad ann. CMXXXV, regibusque ſupradictis in Norvegia & Hibernia regnantibus. Anno DCCCXLV Norvegi diripuerunt & incenderunt Clonmacnoiſam, Clonfertam, Ioghram & Tirdaglaſſam. Porro circa

eun-

eundem annum Turgeſius Melachlini, ſeu Melſechlini, Regis Midiæ filiam deperiiſſe fertur. Atqui Rex ille (Giraldum Cambrenſem audis) virus ſub pectore verſans, filiam ſuam illi concedens, ad inſulam quandam Mediæ ſcil. de Loch vair illam cum quindecim puellis egregiis ei miſſurum ſe reſpondit. Quibus & Turgeſius gaviſus, cum totidem nobilioribus gentis ſuæ, ſtatuto die & loco obviam venit, & invenit in inſula quindecim adoleſcentes imberbes, animoſos, & ad hoc electos, ſub habitu puellari dolum palliantes, cultellis, quos occulte ſecum attulerunt, ſtatim inter amplexus Turgeſius cum ſuis occubuit. Sic ille Topograph. Hibern. diſtinct. 3. cap. 4. Cæterum author Annalium Ultonienſium de dolo eo tacens, Turgeſium a Melachlino Rege captum fuiſſe, & in dicto lacu ſubmerſum tradit. Fama tum pernicibus alis (ſic iterum Cambrenſis Cap. 41.) totam ſtatim inſulam pervolante, & rei eventum, ut aſſolet, divulgante, Norvegienſes ubique truncantur, & in brevi omnes omnino, ſeu vi, ſeu dolo, morti traduntur, vel iterum Norvegiam & inſulas, unde venerant, navigio adire compelluntur. Deinde Cap. 42. Annos igitur circiter triginta Norvegienſium pompa & Turgeſii tyrannis in Hibernia perduravit, & deinde gens Hibernica, ſervitute depulſa, & priſtinam libertatem recuperavit & ad regni gubernacula denuo ſucceſſit. Hactenus Giraldus. (*Abruptis hic pauliſper* Waræi *verbis*, *inſerere libet iſtud* Camdeni *de eodem Turgeſio teſtimonium*, *Britann. p. 685*. Inde Norvegi Turgeſio Duce regionem (Hiberniam) per triginta annos indigniſſimis populationibus devaſtaverunt, ſed illo demum ex inſidiis ſublato, in Norvegos cæde adeo atroci graſſati ſunt incolæ, ut vix nuncius tantæ cladis ſuperfuerit. Nor-

Stratag. Regis Hib.

Turgeſius dolo occiſus.

Norveg. in Hib. truncari.

vegi hi procul dubio Normanni illi fuerunt, qui, ut inquit Eginhardus, Caroli M. temporibus Hiberniam Scotorum inſulam aggreſſi, a Scotis in fugam converſi erant. *Hæc* Camdenus.)

Hibernos quidem (*pergit rurſus* Waræus) hoc tempore Norvegorum vires multum fregiſſe certum eſt: attamen auxiliares copiæ, novis e Dania & Norvegia claſſibus indies confluentes, Hiberniam per plurimos poſtea annos graviſſime afflixerunt, ut infra patebit. Gormo Grandævo in Dania, Halfdano Nigro in Norvegia, Malachia Lonquovari Regis, e Malronio fratre nepote, ab anno DCCCXLVI ad an. DCCCLXIII. in Hibernia regnante, prælium inter Melachlinum (*de quo ſupra*) tum Regem Hiberniæ, & Danos Fouræ commiſſum, in quo ſeptingentis Danis occiſis, victoria Melachlino ceſſit. In prælio itidem ad Scia-naght, ab Olcobaro Rege Caſſeliæ (quem Abbatem etiam Imelacenſem appellat liber meus Coenobii Inisfallenſis) & Jorchano filio Kellachi, rege (ni fallor) Iageniæ, cæſi ſunt e Danis mille ducenti, ac in duabus aliis pugnis ante finem anni ceciderunt circiter mille ſeptingenti. Ita hic annus Danis in Hibernia fuit luctuoſiſſimus, unde Melachlinus Rex ob partas victorias, ad Carolum Calvum, Francorum Regem, pacis & amicitiæ gratia legatos cum muneribus miſit, viam ſibi petendi Romam concedi depoſcens. Sic Chronic. Normann. Anno DCCCXLIX. auxiliares copiæ e Dania & Norvegia, centum quadraginta nauibus in Hiberniam appellentes, bellum, magno Hibernorum damno, redintegrarunt. Anno DCCCLI Melachlinus Rex, jam bello civili implicatus, pace ad tempus Danis ſtabilita, eorum auxilio hoſtes magna ſtrage profligavit. Ante annum DCCCLI. Danos Dublinio & regi-

Novæ e Dan. & Norv. claſſ.

Prælium cum Danis.

Strages Danor.

Auxil. cop. e Dan. & Norv.

Dani Dublino potiti.

regiuncula vicina, quam Fingalliam vocamus, potitos eſſe, ex Hiſtoriis Hibernicis liquet. Inter hos & alios ejusdem gentis hoc anno atrox commiſſum eſt prælium, in quo Dani Dublinienſes profligati ſunt, & Dublinium a victoribus direptum. Atqui fuga non pauci elapſi, in patriam confugerunt, unde anno inſequente, auxiliaribus copiis reverſi, hoſtibus victis, Dublinum recuperarunt, & reſtaurarunt. Danos ſive Oſtmannos Dublinienſes intelligit procul dubio Vitæ S. Coëmgeni, ſive Keivini Scriptor, cum de Dublinio & ejus civibus ita loquitur: Civitas Ath-cliath eſt in aquilonari Jaginienſium plaga, ſuper fretum maris poſita, & id Scotice dicitur Dublein, quod ſonat Latine nigra therma, & ipſa civitas potens, & belligera eſt, in qua ſemper habitant viri aſperrimi in præliis, & peritiſſimi in claſſibus.

Dani Dublinenſes victi.

Dublin. recuperant.

Eleg. Danor. & Norveg.

Anno DCCCLII Armacha, ipſo Paſchatis die, a Danis devaſtata eſt, ac paulo poſt Dermitius, loci Epiſcopus, quem Annales Hibernici ſapientiſſimum omnium Europæ Doctorum appellant, ſive mœrore, ſive morbo extinctus eſt.

Dermitius ſapientiſſimus omnium Europ. Doct.

Anno DCCCLIII Amlavus, aliis Amelaus, magna Danorum & Norvegorum claſſe huc appulit, eique omnes Dani in Hibernia tum degentes ſe ſubmiſerunt. Hic Amelaus (opinor) ille fuit, & hæc Norvegorum ea claſſis, de quibus hæc habet Giraldus Cambrenſis, Topograph. Hiberniæ Lib. III cap. 43. Non multo vero poſt tempore (poſt mortem ſcil. Turgeſii) iterum de Norvegiæ & inſularum borealium partibus, quaſi de reliquiis gentis prioris, & quia vel oculata fide, vel parentum relatione terram optimam noverant, non in bellica claſſe, ſed ſub pacis obtentu, & quaſi mercaturæ

Adventus Amlavi cum Danis & Norveg. in Hib.

exercendæ prætextu, in Inſulam quidam advenerunt, qui & maritimos Hiberniæ portus ſtatim occupantes, tandem de aſſenſu Principum terræ, civitates in ipſis varias conſtruxerunt. Quoniam enim innatæ ocioſitatis vitio, gens Hibernica, ut diximus, nec maria luſtrare, nec mercaturæ indulgere aliquatenus voluerat, de communi totius regni conſilio perutile videbatur, ut gens aliqua, cujus opera aliarum regionum commercia, quibus hæc terra caruerat, huc advehi poſſent, in aliquibus regni partibus huc admitterentur. Fuerunt autem Duces eorum tres fratres: Amelaus ſcil. Sytarachus, & Yvorus. Conſtructis itaque primo civitatibus, tribus: Dublinia, Gvaterfordia, Limerico, Dubliniæ principatus ceſſit Amelao, Gvaterfordiæ, Sytaracho, Limerici Yvoro, & ex iis paulatim ad alias Hiberniæ civitates conſtruendas, proceſſu temporis ſunt derivati. Gens igitur, quæ nunc Oſtmannica gens vocatur, in primis iſtius regibus ſatis tractabiles fuerunt & pacifici: Sed ex quo in immenſum generis numeroſitate jam excreverant, & civitates foſſatis & muris optime cinxerant, antiquas inimicitias alta mente repoſitas, nonnunquam renovare, & acriter rebellare ſolebant. Dicti ſunt autem Oſtmanni, lingua ipſorum, corrupto quodam Saxonico, quaſi orientales homines: reſpectu namque terræ iſtius, ab orientalibus huc partibus undecunque advecti ſunt. Ita Giraldus, e quo eadem hauſiſſe videtur Ranulphus Monachus Ceſtrienſis in Polychronico.

Dani civitates in Hib. ſtruunt.

Ocioſitas gentis Hib.

Dublinia & 2 aliæ Civitat. in Hib. a Dano-Norvegis ſtructæ.

Cur Dani Oſtmanni dicti.

Cæterum, ut de hac narratione, quod ſentio, dicam, conſtabit (opinor) Oſtmannos ſedes eas maritimas, non mercaturæ prætextu, nec Hibernorum aſſenſu, ſed vi & armis obtinuiſſe, ſi conſideremus, quanta immanitate, a primo eorum ingreſ-

ſu,

ſæ, imo hoc ipſo tempore, de quo nunc loquimur, & diu poſtea, per Hiberniam graſſabantur. Certe ex optimis Hiſtoricis liquet, Amlavum hunc, poſt prælium unum aut alterum, proſpero contra Hibernos eventu, tanto fuiſſe iis terrori, ut annuo quodam tributo pacem ad tempus redimere coacti ſunt.

Graſſatio Danor. per Hibern.

Hiberni Danis advenis tributarii.

Anno DCCCLVI inter Melachlinum Regem & Danos atrox ortum eſt bellum, quo multi utrinque ceciderunt. Anno DCCCLVII, Cathaldus Albus, dum res novas moliretur, ab Amlavo & Ivaro prælio profligatus eſt in Momonia.

Prælium cum Danis.

Anno DCCCLIX, Amlavus & Ivarus cum magno exercitu in Mediam profecti ſunt. De ſucceſſu tacent Annal. Hibernici, eo vero tempore (ut videtur) induciæ inter Melachlinum & Danos ſunt pactæ.

Induciæ inter Danos & Hib.

Anno DCCCLXII, defuncto Melachlino, Rege Hiberniæ, Lorcanus, filius Cathaldi, & Cornelius filius Derinctii, regnum Midiæ inter ſe partiti ſunt. Iis vero ab Edano cognomento Finliat, Danorum auxilio poſtea captis, Edanus, Rex Hiberniæ ſalutatus eſt. Lorcanum ab Edano tunc oculis orbatum, & Cornelium ab Amlavo Clonardæ ſubmerſum ferunt. *Hactenus ex* Waræo.

§. 5. *Cel.* Thomas Bartholinus Thom. Fil. *Tom. I. MSStor. quæ aſſervantur in Acad. Havn. Bibl. Publ. Secul. V.* Urbem Hiberniæ Dubliniam a Norvegiæ & inſularum populis initiatam fuiſſe, & incolentes eam Norvegos cum Hibernis a S. Patricio converſos ad Chriſtum, ac baptizatos, Vitæ S. Patricii Capite LXXI. narrat Jocelinus, ſanctum ſcilicet Patricium veniſſe memorans in urbem nobilem, quæ

De Dublinia a Norvegis & Danis initiata, & converſione noſtratium ib. per S. Patricium.

quæ vocatur Dublinia. Hæc enim a Norvegienſibus & inſularum populis habitata, eiſdem tempore pacis, ob neceſſariorum adminiſtrationem, a Rege Hiberniæ conceſſa, in favorem Regis, ſub Regina, filia Regis Norvagiæ, initiata, in poſterum per varias rerum vices, modo fœderata, modo rebellis Regibus Hiberniæ extitit. Hunc Jocelini locum imperfectum eſſe in impreſſis, atque in eo nonnulla deſiderari, ad laudem Norvegorum non parum facientia, palam fecit doctiſſ. Uſſerius, de Britannicarum Eccleſiarum primordiis, Capite XVII. qui ipſum ex MSSto Codice taliter locupletatum producit: Advenit Patricius in urbem nobilem populo, ſitu amœniſſimam, concurrentibus mari & flumine, piſcibus opulentam, commerciis famoſam, planitie viridante affectuoſam, glandiferis nemoribus conſitam, ferarum luſtris circumvallatam, quæ poſtea dicta fuit Dublinia. Hæc a convenis Norvagiæ & Inſularum populis exercitio peritiſſimis, omni armatura munitis, bello fortibus, dapſilibus pace, omni regno neceſſariis, in favorem Regis Hiberniæ, ſub Regina, filia Regis Norvagiæ initiata, &c. Exſequitur deinde multis Jocelinus, quomodo ſanctus Patricius, Alphini, Regis Dubliníenſis, binam ſobolem vitæ reſtituerit, ac Regem populumque miraculo inductos ad Chriſtum converterit, baptizaveritque, qui mox voverunt ſe & omnes poſteros ſuos in ſervitium S. Patricii & Ardmachanorum Primatum, ſtatuentes Eccleſiam juxta præfatum Patricii fontem, & aliam manſionem juxta Eccleſ. S. Trinitatis in civitate ad occidentem ejusdem ſedis Archipræſulis. Iſtam S. Trinitatis ædem fornici-

Regina Hibern. filia Reg. Nor.

Splendidum Norvegor. & Danor. elog.

Noſtrates miraculo S. Patricii inducti ad Chriſtianiſmum dicuntur.

nicibus ſubterraneis innixam fingere, Uſſerius docet, de quorum fundatione hæc habet Niger, ejuſdem Templi, Uber ab Uſſerio, Waræo, Monaſtico Anglicano, aliiſque citatæ: Fornices ſive voltæ fuerunt fundatæ per Danos ante adventum S. Patricii ad Hiberniam, & tunc temporis Eccleſia Chriſti non fuerat fundata, nec conſtructa, prout nunc eſt. Quapropter S. Patricius celebravit miſſam in uno fornice ſive volta, qui in hodiernum diem appellatur Fornix, ſive Volta S. Patricii. Qualis farinæ ſit Niger iſte liber ex allegato loco Rodericus O-Flaherty Ogygiæ Parte I. colligit, cum neque Hibernos & multo minus Danos, tum Chriſtianos, nec ante 400. annos poſt Patricii adventum Danos ullos in Hibernia pedem fixiſſe notiſſimum ſit. Quomodo & Colganus allatam Jocelini narrationem infringere in Notis ad citatum Jocelini caput allaborat: Nam nullus author bonæ fidei vel notæ, domeſticus vel externus, meminit Danos, Norvegos, Normannos pedem poſuiſſe in Hibernia, usque ad quadringentos & amplius annos poſt adventum S. Patricii, ſive ante annum octingenteſimum trigeſimum octavum. Attamen ante eum annum potenti manu ſæpius in Hiberniam irrupiſſe & ſtrages late dediſſe non diffitetur, & nos deinceps, ubi ſe obtulerit occaſio, ex Annalibus quatuor Magiſtrorum, qui ab omnibus Hibernis ſcriptoribus magni fiunt, recenſebimus.

Veſtig. Danor.

Strages Hibern. a Danis.

§. 6. *Idem l. cit: de* Glaſſio, *gigante in Hibernia Norvego, a* S. Patricio, *cum centum jam annos mortuus fuerat, vitæ reſtituto, ac baptizato, Hibernorum nobis propinat ineptias:* Author, *inquit*, Vitæ Tripartitæ S. Patricii, Apoſtoli Hiberniæ, S. Patricium

Fabula de Glaſſio Norvego, quem S. Patricius vitæ reſtituit jam 100. ann. mortuum.

cjum immenſæ magnitudinis gigantem quendam in Hibernia ad vitam revocaſſe perhibet, qui a Sancto de nomine & genere rogatus, reſpondit, ſe Glaſſium eſſe, Caſſii filium, porcariumque quondam extitiſſe Lugarii Regis Norvegiæ, quem Satellites Macconii, centum abhinc annis, Carbreo Niafear regnante, trucidarunt. Poſthæc ſalutari lavacro devote e manu Patricii ſuſcepto, pie in Domino obdormivit, & in ſuo priſtino reconditus eſt tumulo. Eodem fere modo hanc fabulam exhibet Tertiæ S. Patricii vitæ author cap. LXVII. a quo gigas ille Glas, filius Cais, porcarius Lugair Regis Hyrote nominatur: ubi Joannes Colganus in Notis monet: Per Regem Hirote ſive Hiroithe videtur intelligere Regem Norvegiæ; Hibernis enim lingua vernacula Hirvoithe ſive Irvoithe vocatur Norvegia. Regis Ricrote porcarium fuiſſe Probus, qui Quintam S. Patricii vitam conſcripſit, libro II. cap. XXI. memorat. Quales etiam nugas venditat Jocelinus, Sextæ S. Patricii Vitæ ſcriptor, qui ab eodem Colgano in Triade Thaumaturga cum reliquis ſupra recenſitis adductus, S. Patricii ſermonem coram dicto gigante (quem Leogarii Hyrotæ Regis porcarium vocat) habitum, cæteris fuſius deſcribit, quo gigantem converſum, ac a S. baptizatum denuo obiiſſe memorat. Hanc autem narrationem tanquam fabuloſam ex miraculis S. Patricii expunxerunt docti Socii Bollandiani, Henſchenius & Papebrochius, ad diem XVII Martii, cum neque credibile ducerent, Norvegos Hibernis cognitos fuiſſe ante Patriciana tempora, quorum in Hibernicis hiſtoriis, aut aliis quibuscunque, mentio nulla ante VIII Seculum.

*Lugarius, Rex Norveg. Chimæricus.*

*Norvegia Hibernice dicitur Hirvoithe.*

§. 7. *Laudatus* Bartholinus *l. cit. ſub finem Tomi I. MSStor. ad Ann. Chr. DCCXCV iterum ita inſit*: Anno incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo nonageſimo quinto, Dani Scotiæ & Hiberniæ oras infeſtare cœperunt; uti tradit Rodericus O-Flaherty Ogygiæ Parte III. Capite XCIII. Iſtos Hiberniæ vaſtatores, quorum nomen & potentia per plura ſecula remanſit, ſcriptores Hiberni Oſtmannos vulgo appellant, quorum nomine Danos & Norveges intelligi inter eruditos convenit. Hos terrarum ſeptentrionalium incolas Hibernis Lochlunios, a re piratica vocatos eſſe, quos alii a ſitu Normannos dixerunt, O-Flaherty Ogygiæ Parte III. Cap. LVI. annotavit. Deprædationis vero Normannicæ, hoc anno in Hibernia exercitæ, meminit a Waræo Antiquitatum Hibern. Cap. XXIV, adductus Dicuil Hibernus, cujus hæc ſunt verba; *Sed ſicut a principio mundi deſertæ ſemper fuerunt inſulæ Hibernicæ, ita nunc cauſa latronum Nortmannorum vacuæ Anachoritis*. Præter alias Hiberniæ partes vaſtatas, Rechrannia inſula incendiis deformata. Uſſerius de Britannicarum Eccleſiarum primordiis Cap. XVII. In Annalibus Ultonienſibus, ait, ad annum DCCXCIV (qui nobis DCCXCV eſt) combuſtio & vaſtatio Rechrain per Gentes refertur. Danis Gentium nomine hic intellectis, qui circa hæc tempora (ut a Caradoco Lancarvanenſi in chronico ſuo Cambrico eſt notatum) maximam Hiberniæ partem populati, Rechreyn quoque vaſtaverunt. Anno DCCXC inſectas Rechranniæ flammas produnt Annales quatuor Magiſtrorum apud Colganum in quinta Appendice Vitæ S. Columbæ: Rechrannia, inquiunt, per gentiles piratas flammis exuritur, ejus ſcrinia deſtruuntur. Eſt autem Rechrannia, Waræo docente,

Vaſtatio Hibern. a Danis.

Septentrionales Hibernis Lochlunii dicti.

Rechrannia inſula incenſa.

te, pars agri Antrimenſis, una leuca a continente diſtans.

§. 8. Graſſantibus tali modo (*pergit in ſeq.* Bartholin.) Danis, ac maximam Hiberniæ partem vaſtantibus, inter alios ab iis captus eſt Findanus Laginenſis, poſtea monachus Rinaugienſis, & poſt mortem Sanctorum numero adſcriptus. Erat autem Findanus, uti in vita ejus, quam ab Anonymo conſcriptam Tom. I. Alamannicarum Rerum, Parte II. Goldaſtus edidit, genere Scottus (quo nomine Hiberni eo ſæculo venerunt) civis provinciæ Laginenſis, cujus ſororem gentiles, qui Nordmanni dicuntur, plurima Scottiæ inſulæ, quæ & Hibernia dicitur, loca vaſtantes, inter alias fœminas adduxere captivam. Tunc pater ipſius, filio ſuo Findano præcepit, ut accepta pecunia ſororem redimeret, & ad patrem reduceret. Qui ſumptis ſecum comitibus, & interprete, juſſa patris implere deſiderans, amoremque fraternum pio corde conſervans, in eodem mox itinere a paganis tentus, atque in vincula conjectus, nec non & ad naves ipſorum, quæ proximo in littore ſtabant, eſt ſine mora perductus. Ipſo vero die & nocte ſequenti catenis ligatus, ſine cibo potuque permanſit. Mane vero Nordmannis conſilium ineuntibus, atque aliquibus, quibus mens ſanior erat, & (ut credimus) a Deo inſtigata humanitas, referentibus, quod illuc venientes pro aliis redimendis, vi teneri non debuiſſent; inde ipſe hoc modo liberatus eſt. Vice quoque alia, cum multitudo hominum eorundem eum in quandam domum fugientem inſequeretur, & ipſe poſt oſtium lataret, nemo ex illis ipſum reperire poterat, quamvis circa ipſum huc illucque diſcurrerent. Poſtea hoc eodem anno Findanus a perfidis conterraneis ſub

Findani Hibernor. Sancti captivitas a Danis.

Æquitas cujusdam Dani.

ſub ſpecie amicitiæ ad convivium invitatus eſt; quem Nordmanni, ex pacto cum ſubdolis convivis antea inito, ſupervenientes, medium abripuerunt, vinctumque in captivitatem duxerunt. Juxta morem ergo ſuum Dominus ejus Nordmannus, quia necdum ad patriam ſuam redire cupiebat, alii illum vendidit. &c. &c. &c.

§. 9. *Ad annum DCCXCVIII item* Bartholinus *l. cit.* Anno incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo nonageſimo octavo, Normanni iterum Hiberniam invadentes, Ultoniam & Hebrides piratica infeſtarunt, memorante O-Flaherty Ogygiæ libr. III. cap. XCIII. Hoc (Aido Rege) Dani Norvegi, vel Oſtmanni, ut a diverſis vocantur, anno 798. iterum Ultoniam & Hebrides piratica infeſtarunt. Sævos hujus incurſionis fructus Hienſem inſulam ſenſiſſe veriſimile eſt, cum ex quatuor Magiſtror. Annalibus hæc referat Colganus in Triade Thavmaturga. Hienſis inſula comburitur per piratas alienigenas. Vaſtatio Ultoniæ a Danis & Norv.

*Hactenus MSS. Bartholinianum.*

§. 10. *Hinc ad* Magni Nudipedis, *Norvegiæ Regis, in Hibernia res geſtas devolvimur, quas nobis ita deſcribit Chronicon rerum Manniæ, a* Camdeno *Britanniæ ſuæ ſuffixum:* Eodem anno (*ſc. 1098.*) Magnus, Rex Norweg. filius Olavi, filii Haraldi Harfagre, volens explorare incorruptionem S. Olavi, Regis & Martyris, præcepit, ut ejus Mauſolæum aperiretur. Epiſcopo autem & Clero reſiſtente, ipſe Rex audacter acceſſit, & vi regia aperiri ſcrinium fecit. Cumque & oculis vidiſſet, & manibus attrectaſſet incorruptum corpus, ſubito timor magnus irruit in eum, & cum magna feſtinatione diſceſſit. Geſta Magni Nudipedis Norv. Reg. in Hibern.

Manes S. Olavi offenſi.

ceſſit. Sequente nocte Olavus Rex & Martyr ei per viſum apparuit, dicens: Elige tu, inquam, unum e duobus, vel vitam cum regno infra triginta dies amittere, vel a Norvegia diſcedere, & eam amplius nunquam videre. Expergefactus Rex a ſomno, vocavit ad ſe principes, & majores natu, & expoſuit eis viſionem. Illi autem conterriti, hoc conſilium dederunt ei, ut cum omni feſtinatione de Norvegia exiret. Ille ſine mora coadunari fecit claſſem centum ſexaginta navium, & ad Orcades inſulas transfretat, quas ſibi ſtatim ſubjugavit, & tranſitum faciens per univerſas inſulas, easque ſibi ſubjiciens, pervenit usque Manniam: cumque applicuiſſet, ad inſulam S. Patricii venit, videre locum pugnæ, quam Mannenſes paulo ante inter ſe commiſerant, quia multa adhuc corpora occiſorum inhumata erant. Videns autem inſulam pulcherrimam, placuit oculis ejus, eamque ſibi in habitationem elegit, munitiones in ea conſtruxit, quæ usque hodie ex ejus nomine nuncupantur. Galvedienſes ita conſtrinxit, ut cogeret eos, materias lignorum cædere, & ad littus portare, ad munitiones conſtruendas. Ad Moniam inſulam Walliæ navigavit, & duos Hugones Comites invenit in ea, unum occidit, alterum fugavit, & inſulam ſubjugavit; (*ubi* Camdenus *in Marg.* Monia pro Anglesey vide Gyrald. Cambrenſ. in Itinerario Cambriæ) Wallenſes vero multa munera ei præbuerunt, & valedicens eis ad Manniam remeavit. Murecardo Regi Hiberniæ miſit calciamenta ſua, præcipiens ei, ut ea ſuper humeros ſuos in die natalis Domini, per medium domus ſuæ portaret, in conſpectu nunciorum ejus, ut inde intelligeret, ſe ſubjectum eſſe Magno Regi. (NB. *Quæ carmine vernaculo ita exprimit* Claudius Chriſtoph. Lyſchander *in Chron. Gronlandiæ Rhytmica:*

Optio duor. malor.

Rex Norvegia excedit nunquam rediturus.

Veſtigia Magni Regis in Mannia.

Superbum Magni Regis ad Regem Hibern. mandatum.

Sand

Hand ſendte til Irland ſine gamle Skoe
Og bød den Konge, ſom der monne boe,
Hand ſkulde dem Feyerlig bære
Paa Juule Dag i ſin Kongelig-Pragt,
Og ſige hand haffde ſit Rige og Magt
Af Norges og Øernes Herre.)

Quod audientes Hybernienſes, (*pergit Chron. Mann.*) ægre ferebant & indignati ſunt nimis. Sed Rex ſaniori conſilio uſus, non ſolum inquit, calciamenta ejus portare, verumque manducare mallem, quam Magnus Rex unam provinciam in Hibernia deſtrueret. Itaque complevit præceptum, & nuncios honoravit. Multa quoque munera per eos Magno Regi tranſmiſit, & fœdus compoſuit. Nuntii vero redeuntes ad dominum ſuum, narraverunt ei de ſitu Hiberniæ & amœnitate, de frugum fertilitate & aëris ſalubritate. Magnus vero hæc audiens, nihil cogitabat, quam totam Hiberniam ſibi ſubjugare. Itaque præcepit claſſem congregare. Ipſe vero cum ſedecim navibus procedens, explorare volens terram, cum incaute a navibus diſceſſiſſet, ſubito ab Hibernienſibus circumvallatus, interiit cum omnibus fere, qui ſecum erant. Sepultus eſt autem juxta Eccleſiam S. Patricii in Duno. Regnavit 6 annis. Quo mortuo, Principes inſularum acceſſerunt Olavum, filium Godredi Crouan, qui degebat in Curia Henrici Regis Angliæ, filii Guilielmi.

Meticuloſum Hiberniæ Regis reſp. Mandata exſequitur.

Expedit. Magni in Hib.

Magni Cædes & ſepulturæ locus in Eccleſ. S. Patricii in Duno.

Torfæus *Hiſtor. Norv. Part. 3. pag. 421. cap. IV. de exped. Magni in occident. aliam, quam fabuloſas S. Olavi minas, occaſionem affert.* Expeditionis hujus incentorem Scriptores noſtri Haconem, Pauli Orcadum Comitis filium, ſtatuunt. Hic animo inquies, orto cum Patruelibus, Magno & Erlingo,

Incentor hujus exped.

 Erlen-

Erlendi Comitis filiis, diſſidio, procerum precibus ſe exorari paſſus, inſulis ceſſerat, comparatisque omnibus, quæ uſus requirebat, in Norvegiam navigabat. *Et nonnullis interjectis:* Veritus itaque, ne ſibi aditum ad imperium intercluderent patrueles, muniendum ſe adverſus eorum potentiam ratus, Magnum, Norvegiæ Regem, in partes ſuas trahendum ſtatuit, quod perfacile futurum exiſtimavit, quod ingenium ejus vaſtum, gloriæ juxta ac imperii dilatandi cupidum, aliorum Principum ditionibus inhians, ex ſermonibus ſæpius cum eo inſtitutis obſervaret, cumque eum ad auxilium ſibi ferendum ſollicitaſſet, nec ſatis pronum animadverteret, aliis rationibus ad id inducendum ſentiebat. Nactus itaque occaſionem, glorioſum tantoque principe dignum prædicavit, mari transmiſſo, in occidentem expeditionem facere, inſulasque, quas domuit Haraldus, ad obſequium regni Norvegici reducere. Occupatis deinde Hæbudis, Scotiam & Hiberniam irruptionibus incurſibusque patere; quas ſi poſſet domare, eſſe, unde ingens militum ſupplementum haberi poſſit, ſingulas namque victorias ſequentium bellorum inſtrumenta futuras, ad ultimum Angliam in ultionem Haraldi avi ejus infeſtandam. His auditis Rex: recte eum & pro majeſtate ingenioque Regio monuiſſe reſpondit; verum tamen, ſi ſe ad res tam arduas & ſumtuoſas perſuaderi verbis ejus patiatur; certe imperii occidentis partibus impenſas ſuas penſaturum, ne habito quidem reſpectu, ad quem pertineant. Se ſuosque haud obſcure tangi obſervabat Hacon; itaque ad expeditionem ſuis rebus nihil profuturam, parenti inſuper noxiam, eum ulterius adhortari deſtitit. Sed nec ultra adhortatione opus erat, avaritia & faſtu ſatis ſuperque ingenium Regium ſtimulanti-

Ingenium Magni.

lentibus, nihil enim antiquius habuit, quam ut eam primo quoque tempore adornaret. Ex univerſo igitur regno ſingulisque provinciis militem evocat; delectum præfectis imperat, claſſem parat, commeatum injungit, publiceque profitetur, ſe in occidentem claſſem trajecturum. Parent Satrapæ Regis ſatrapis populus. Ex omni regni angulo intenſiſſima conquiſitione excita pubes, ad naves (quas ſexaginta Ordericus Vitalis numerat, Chronicon Manniæ centum adjecit) confluit. Ipſe Rex auſpiciis ſuis & imperio omnia dirigens. &c. &c. &c. Orcadibus advectus Rex, Comitibus Paulo & Erlendo captivis in Norvegiam miſſis, filiisque eorum Hacone, Erlingo & Magno, militiæ ſuæ adſcriptis, ſeque ſecutis, filium ſuum Sigurdum (quem, ut ſupra monuit Torfæus, Ordericus Vitalis Anglica captiva nobili progenitum tradit extra conjugium) inſulis præpoſuit, arbitrio conſiliariorum moderatorumque ſub ejus nomine adminiſtrandis. Infuſus in Hæbudas, incendiis & cædibus villas vicosque vaſtavit, bona diripuit, indigenis quaqua verſum diffugientibus, alios fuga in ſinus Scoticos, alios in auſtros ad Saltiriam (hodie Cantiriam) provexit; alii deditione recepti, Lodhuſaque omnium prima expugnata, carmine id Biörno Curvimano teſtante. Skidia inde infeſtata, tributisque ſubmiſſa, deſumtum inde pecus ad alimenta exercitus. Inde inſulæ Triviſt & Iviſt petitæ & exſpoliatæ. Ab inſulæ ſanctæ incolis prælium direptionesque abſtentæ. Minorem S. Columbi ædem cum aperuiſſet, (alii tantum aperire voluiſſe tradunt) nec ſtatim intraſſet, ſtatim occluſiſſe perhibetur, monitis in poſterum omnibus, ne quis eo audaciæ procederet, ut ingrederetur, id quod exinde obſervatum conſtat. Milſea (forte Mula) deinde expu-

Orcad. ſubact.

Sigurdus Magni fil. matre Angla prognatus.

Hæbud. devaſtat.

Lodhuſa expugnata.

NB. Monitum Regis ne quis S. Columbi ædem intraret.

expugnata univerſæque aquilonares inſulæ. &c. &c. Mox eodem curſu ad Satiriam navigatum, ab utroque latere circumſitæ regiones, hinc Hibernia, illinc Scotia excurſionibus, pari populatione interjacentes ad Monam usque vaſtatæ. &c. &c. Bretlandiæ deinde, quæ & Cornavia, claſſis appulſa, in freto, quod Angliseyam & continentem interfluit, conſlitit, cum validus in Cornavia exercitus, duobus Hugonibus ducibus, Comitum dignitate conſpicuis, quorum alter Generoſus, Groſſus alter appellabatur, exortus eſt. Prælium inde acre mutuo animorum ardore incruduit, horrendusque ab utraque parte tubarum clangor alacritatem accendit. Omnibus arma expedientibus, Magnus, Comitis Erlendi filius, in anteriore navis parte cum conſideret inermis, Rex cur non arma caperet? exquiſivit; reſpondenti cum illis hominibus, utpote nunquam laceſſito, nullam ſibi controverſiam. Itaque, ait, tabulatum ſubi, ibique te conde, ne ante pedes pugnantium proſtratus impedimento ſis, quandoquidem pugnare non audes, neque enim religione prohiberi te exiſtimem. Is omiſſa corporis muniendi cura, accepto pſalterio Divini Regis, hymnis quoad pugnatum eſt, legendo ſe munivit. &c. Cæde Comitis (Hugonis generoſi) territi cæteri, illico in fugam verſi, præmium victoriæ Angliseya ditioni ejus ceſſit. *Et poſt nonnulla:* Hæbudis & Angliſeya ſubactis, dum Scotiæ litoribus infeſta admovetur claſſis, oratores a Melcolmo Regis Davidis patre, obviam miſſi, pacem ceſſione omnium inſularum, ab occiduo Scotiæ litore ita directarum, ut lembo gubernaculo directo intermeari poſſet, impetrant. Mox Cantiria peninſula, ſingulis Hæbudarum præferenda, aſtu Magni, conditiones pacis ad utilitatem ſuam prava interpre-

Religio Magni cujusdam.

Pſalterio Davidico ſe munivit.

Hugo, Comes, cæſus.

Victoria Norvegi.

Scoti pacem impetrant.

Sophiſma Magni Regis.

pretatione detorquentis, inſulis annumerata. Iſthmum enim, qua continenti jungitur, lembo clavum in puppi tenens, terreſtri itinere tranſvectus, navigantis ſpecie navali intermeaſſe profeſſus, peninſulam extorſit, edoctus credo, ſophiſma a Bectio, Goris filio, Noris Norwegiæ eponymi fratris filio, quo magnam Thrandiæ provinciæ acceſſionem multis retro ſeculis nactus erat. &c. &c. Omitto in præſens aliud raræ inſolentiæ exemplum plane barbarum, ab hoc eodem Magno in Hiberniæ Regem Murcardum editum, Chronico Manniæ proditum, noſtris ſcriptoribus omiſſum, ac proinde dubiæ fidei, Chronici tamen verbis inferius referendum. *Et ſequ. pag. 424. cum verba Chronici iſtius de calceamentis Magni, Hiberniæ Regi cum inſolenti mandato transmiſſis, nobis ſuperius adducta, adduxerit, ſubjungit* Torfæus: Hæc quamvis mihi ſuſpectæ fidei ſunt, Jonis tamen, ſeu Johannis, Augmundi filii, primi diœceſis Xolanæ in Islandia Epiſcopi, qui inter Sanctos relatus eſt, vita, cæteroquin haud ſatis curate conſcripta, hæc ex parte perſuadet. Tradit enim, Magnum Regi Hiberniæ Murcardo obſides miſiſſe, duce Gislo quodam Irlando, unum autem inter eos Regem diris inceſſiſſe, nec tamen commoviſſe, ut durius quicquam in ſe ſtatuerit. Ejusdem Regis Myrkiartani (Murchardum Chronicon Manniæ appellat, Thialbi filium, noſtrates Connactiæ Regem,) filiam Biadminiam, aliis Hiadmyniam nomine, virginem quinque annos, filio ſuo Sigurdo, novem annorum puero, dum in Hæbudis hybernaret, Magnus deſpondit. *Et Cap. V. p. 426.* Ordericus Vitalis *Hiſtor. Eccleſ. Libr. X: geſta Magni per Hæbudas & Angliseyam ad ann. MXCVIII. conſentiente Simone Dunelmenſi, refert, ejus verba, quæ huc faciunt, ita habent:*

Raræ inſolentiæ exemplum.

Quid de calceis Hiberno Regi miſſis tenendum.

Virgo quinquennis puero novem annor. deſponſata.

 Anno

Anno ab incarnat. Domini MXCVIII Magnus, Olavi Noricorum Regis filius, contra Irenſes inſurrexit, & claſſem ſexaginta navium ſuper illos navigaturus præparavit. *Et paucis interjectis*: Nunc mea mens cauſam & eventus belli enodare ſatagit, quod Magnus Rex in Hibernos arripuit, & multa multis detrimenta & ſtrages intulit. Hic filiam Regis Irlandiæ uxorem duxerat. Sed quia Rex Irenſis pactiones, quas fecerant, non tenuerit, Magnus Rex ſtomachatus filiam ejus remiſerat. Bellum igitur inter eos ortum eſt, anno quinto Guillelmi Rufi, Regis Anglorum, undique bellicas copias extraxit Rex Northwigenarum, & ſubſolano flante oceanum perluſtrans, Orcades inſulas adiit, Scotiam a parte Circii circumivit, & alias inſulas, quæ ad ſuam ditionem pertinent, usque in Angliseyam penetravit, Hiberniam ingredi voluit. Sed Irenſibus in maritimis litoribus ad bellum paratis, alias divertit, inſulam Man, quæ deſerta erat, inhabitavit, populis replevit, domibus & aliis neceſſariis ad uſus hominum, graviter inſtruxit. Alias quoque Cicladas, in magno mari velut extra orbem poſitas perluſtravit, & pluribus populis inhabitari Regio juſſu coëgit, ſeque per plures annos, ad augmentum regni & dilatationem plebium, tali ſtudio exercuit. Quondam princeps militiæ Magni Regis cum ſex navibus in Angliam curſum direxit, ſed rubeum ſcutum, quod ſignum pacis erat, ſuper malum navis erexit. Maritimæ vero plebes, quæ in Anglia litus infinitæ Amphitrites incolebant, in boreali climate, ut barbaricas gentes & incognitas naves viderunt ad ſe feſtinare, præ timore nimio vociferatæ ſunt, & armati quique de regione Merciorum convenerunt. Tunc nimirum inter Anglos & Gualos ingens erat belli con-

Occaſio belli.

NB. Pacis ſignum erat rubeum ſcutum ſuper malum navis poſitum.

Angli territi.

conturbatio, ideoque cunctos ad arma concitabat actutum omnis repentina vociferatio. Duo conſules, quibus Merciorum præcipue Regio ſubjacet, & ambos uno Hugonis nomine omen edocet, veredarios per totam terram celeriter miſerunt, & armatos quosque Francos & Anglos, contra extraneas phalanges ad patriæ tutelam properare mandaverunt. Maxima igitur multitudo de Comitatu Ceſtre & Scrobesburiæ congregata eſt. Illuc Hugo de monte Gomerici cum ſuis cætibus prior accurrit, & auxiliarios contubernales expectans, multis diebus ibi conſedit, patriamque, ne Gualenſes ſeu Nordwigenæ in provinciales irruerent, circumſpectus tutavit. Quadam vero die, dum ſupra litus indigenæ turbati diſcurrerent, ſeque contra Nordicos, quos in navibus ſuis ſævire contra Anglos videbant, præpararent, Hugo Comes equum calcaribus urgens, cœtus ſuos congregabat, & contra hoſtes, ne ſparſim diviſi invaderentur, principali rigore coërcebat. Interea Barbarus Nordwigena, ut Comitem agiliter equitantem proſpexit, inſtigante diabolo, ſtridulum miſſile ſubito direxit, egregiumque Comitem, proh dolor! percuſſit, qui protinus corruit, & in fluctibus maris jam æſtuantis expiravit, unde dolor ingens exortus eſt. Cujus mortem Magnus Rex ut comperiit, vehementer cum ſuis planxit, & Hugoni Dirgane, id eſt, Groſſo, pacem & ſecuritatem mandavit. Exercitum, inquit, non propter Anglos, ſed Hibernos ago: nec alienam regionem invado, ſed inſulas ad poteſtatem meam pertinentes incolo. *Hæc* Vitalis.

Comes Anglicus a Rege Norveg. miſſili percuſſus.

His adjiciendum eſt (*pergit* Torfæus) Buchanani teſtimonium de occidentalium inſularum a Scotia alienatione, Magnique Regis expeditione, quam

Occidentales inſulæ a Scotis ad Norveg. perveniunt.

 utram-

utramque non ad Melcolumbi, ſed Donaldi Bani tempora refert, eumque cum Magno colluſiſſe affirmat, quo ejus ope ſceptro Scotiæ potiretur. Ita enim Hiſt. Scot. libr. VII. in Donaldo Bano ſcribit: Melcolumbo ex rebus humanis ſublato, Donaldus Banus, id eſt, albus, ejus frater, qui Macheti metu in Æbudas profugerat, Magno, Regi Norwegorum, omnes inſulas pollicitus, ſi ejus auxilio regno Scotorum potiretur, nullo fere negotio Rex eſt creatus. In Duncano autem proximo Rege hæc addit de eodem Donaldo: Minus triennio turbulentiſſimum regnum geſſit, hinc inſulanis hinc Anglis regnum infeſtantibus, acceſſit & major illa invidia ex inſulis occidentalibus, per Magnum, Norvegorum Regem occupatis, quas etſi ille velut per vim ingreſſus eſſet, tamen omnes intelligebant, fraudem ſubeſſe, non ſe commovente ad tantam contumeliam Donaldo. *Hæc* Buchananus. Torfæus, *iterum Cap. IX. de Regis Magni in Hiberniâ expeditione & victoriis, ejusque cæde & elogio: pag. 443.* Hibernia, cujus eximias dotes indolemque legati, quos ad Regem Murchardum miſerat, redeuntes multis laudibus effuſius celebrabant, avaritiam ambitionemque irritavit, teſte Chronico Manniæ. Hanc igitur univerſam cum imperio ſuo ſubjugandam deſtinaſſet, claſſem exercitumque validum inſtruxit, annoque ſecundum vulgar. calcul. regni ſui nono (qui mihi ad minimum decimus quintus putatur) Norvegia ſolvit, Orcadesque petivit. &c. Hæbudas inde navigatum, procinctu deinde in Irlandiam facto, frequentes pugnæ tot quoque victoriæ partæ. Aſcitus in ſocietatem belli Rex Connactiæ Murcardus, junctisque viribus Dublinum, munita & opulenta civitas, obſeſſum. Concionem in illa obſidione a Rege habitam ad præfectos

Dublinum a Norv. obſeſſ.

factos ſuos militesque Morkinſkinna (*Codex antiqu. Torfæo ſæpius citat.*) his verbis deſcribit. Notum eſt, aliquot expeditiones a nobis in occidentales has regiones factas, magnis iisque perpetuis victoriis, unde magnum robur regno noſtro Norwegiæ poterit accedere; multo autem majus eſt, quod petimus, quam quod aſſecuti ſumus; cum regio hæc omnium rerum ubertate floreat, quæ ampliſſima belli præmia, inprimis mihi, deinde vobis, pollicetur. Imperium Regia ſors eſt, prædam omnem pariter ſortiemur. Nec momentaneum iſtud emolumentum erit, perpetuum in annos ſingulos continuabitur: ferax enim bonorum omnium regio, ſemper, quæ deſiderabimus, abunde ſuppeditabit. Inter tamen omnes ejus provincias diſtrictus, quem inſedimus, & quam obſidemus, florentiſſima Civitas facile primas tenet; nec nobis militum robur aut numerus ad eam expugnandam deerit, annitimini igitur, inque maximas ſpes erecti, opum gloriæque obtinendæ pericula contemnite: Excepit orationem Regis Sigurdus Sigurdius his verbis: Omnes, Domine, parati ſumus, ad gloriam tibi periculis noſtris comparandam, quo vero eventu id in hac terra fiat, ambigimus. Gens hic frequens & fraudulenta, ſi non exiguos ſucceſſus, finem tamen dubium ſpondet. Principia avo tuo Haraldo Strenuo ad votum ceſſerunt, deditæ civitates, provinciæ expugnatæ, lætos progreſſus luctuoſo exitu finierunt. Ne id tibi eveniat (quod abominabimur) verendum. Domi te remanſiſſe, ubi rerum tibi omnium affluentia, nos amici tui optaſſemus. De præſenti ſtatu, regeſſit Rex, jam cogitandum, nec de victoria deſperandum, ſi res, ut debet, fortiter geratur. Inde civitas dolis, vique oppugnata, victaque, præſidiumque impoſitum. Ipſe Rex

Facunda Norv. Regis ad milites obſeſſores oratio,

Excipiente Sigurdo Sigurdio.

Infauſta ominatio.

Dublinum expugnatum.

Rex in Connactia apud Regem Murcardum hyemavit. Primo vere in Ultoniam facto procinctu, ſocio Murcardo, univerſam illam provinciam ſuæ poteſtati ſubdidit. Obſidibus deinde præſidii, quod Dublini conſtituit, cuſtodiæ traditis, ipſe per æſtatem in inſulas navigaturus, cum inſtructa claſſe in portu faventes ventos exſpectans, commeatibus ſe deſtitui animadvertit, miſitque ad Murcardum in Connactiam nuncios, qui repeterent neceſſaria ab eo, id enim antea promiſerat. Dies, quæ feſtum Bartholomæi præceſſit, reditui deſtinata, quæ poſtquam effluxerat, ipſo Bartholomæi feſto ſub ortum ſolis cum maxima copiarum parte ad eos, & quæ afferrent, requirendos, longius in terram conſcendit. Via impedita, per paludes & voragines pontibus exiguis ſtratas, ſylvisque ab utroque latere ſcrobes & caveas tegentibus ſepta, ducebat: qua progreſſi in editum collem, unde facilis in longum proſpectus, provecti, ſilente coelo, ſoleque ſplendente, pulverem magnum procul proſpiciunt, qui adventantium confluxum certum, hoſtium vero an nunciorum cum armentis redeuntium, ambiguum fecit. Monuit itaque Regem Eyvindus Olbogius, ut in tempore ſibi ſuisque conſuleret, minus enim conſiderate profectos: jam Irenſium dolis obnoxios videri, quorum perfidia alias ſatis nota eſſet. Iuſſit itaque Rex aciem ordinari, quo facto, ipſe cum Olbogio eam præcedebat. Habitus ejus deſcribitur, galea, clypeus ruber, cui aurea leonis effigies impreſſa, gladius acumine inſignis, nomine **Leggbitur**; quem capulus elephantinus auro obductus, ornabat: geſtabat & geſum. Extrema veſtium pallium ſericum, inducio ſuperinductum, cui in pectore leo flavus ſerico inſutus, a tergo alter. Omnium judicio militis ſtrenui

*Impetus in Ultoniam.*

*Aſtutia Hibernorum.*

*Rex ipſe aciem præcedit.*

*Habitus Magni Regis.*

*Leggbitur gladius Magni Regis.*

ſtrenui ſpeciem exactiſſime referre viſus eſt. Sed & Olbogius pallium eodem colore ſericum, ad formam Regii concinnatum, geſtabat, & ipſe corporis ſtatura formaque inſignis. Appropinquantibus turmis, nuncii regii cum armentorum pecorumque numero a Rege Murcardo miſſo agniti: qui cuncta, quæ promiſerat, executus, fidei conſtanter ſervatæ laudem meruit. Inde Rex meridiano tempore ad naves repetendas converſus, inſidiis Irenſium, ex ſingulis fere arboribus exortorum excipitur, non ſine magna ſuorum clade, quod ſparſim proficiſcerentur. Itaque ut interceptam viam, quæ ad naves ducebat, agminibus hoſtium Olbogius animadvertit: Imprudenter, inquit, in tantum periculum irruimus. Conſilio in re ſubita valido opus eſt. Rex tuba ſingulos ſub ſigna revocari jubet, eos autem, qui circa ſe, teſtudine facta, paulatim cedendo paludes aggredi, iterque per eas moliri, donec in patentes campos delati, periculo ſe exemerint: in primis curandum, ne homuncionum iſtorum terrore fugam reſpiciant, jam enim tempus virtutis & fidei in Regem ſuum oſtendendæ adeſſe: ſpes in poſterum meritis incitandas, pro eorum modo præmia exſpectanda & metienda. Iamque Irenſes acri telorum nimbo Normannos obruebant. Quæ denſe incidentia multos necarunt, alios in fugam verterunt. Rex, ut dedecoris, ita etiam fugæ impatiens, cedere noluit. Sola, quod ſciam, Morkinſkinna rythmum operum ipſius ultimum, quem in illis anguſtiis ad accendendam commilitonum alacritatem fecit, conſervat: quo teſtatur: ſe Dublino delectari, animum autem a repetenda patria abjeciſſe: eſſe ſibi in Irlandia amicam, quam proprio corde magis diligeret. Conjectis denique undique & ex omni angulo

*Murcardus Connactiæ Rex Magno Regi fidus.*

*Inſidiæ Hibernor.*

*Conſilium in arena.*

*Adhortatio Regis ad milites.*

*Rex Norv. cedere nolit.*

*Magnus Rex Poëta.*

*Amica Regis Norveg. in Hibern.*

lo latebriſque ſingulis telis jaculiſque, aliis etiam cominus rem gerentibus, Norvegi paſſim ſternebantur, ſed duplo plus Irenſium; quod vix inter damna reputatum, cum occiſo ſemper recens ſuccederet, pugnamque novus identidem miles reſtauraret. Ad ultimam voraginem ventum erat, cum Irenſium impetum vimque Regii milites ſuſtinuerant: illa vero multis locis tranſitum negante, cruenta paſſim cæde occubuerunt. Rex itaque Thorgrimo Stinnhuſæ, Uplandenſi Satrapæ, mandat, ut voraginem cum ſuis manipulis transeat, inque proximum collem contendat: quo ſuperato, tela arcubus in Irenſes conjiciat, dum Rex cum ſuis tranſeat (erant enim ſagittarii peritiſſimi) ſe inter transeundum ipſos protecturum Irenſiumque impetum ab iis in ſe averſurum. Ut autem Thorgrimus voraginem tranſiit, omnes clypeis in terga rejectis, quam citiſſime poterant, ad naves fugerunt, deſtituto in extremo vitæ periculo Rege & popularibus ſuis omnibus. Quo animadverſo, indecore, inquit, Regem tuum deſeris. Deſipui, cum Sigurdum Hundum proſcripſi, magis etiam cum te ſatrapam creavi; nunquam is me ita dereliquiſſet. Interea Rex cum ſuis rem ſtrenue gererat, ſpe eluctandi: longo enim tempore Irenſes ut pecora concidebant. Cum vero acies circa vexillum rareſcere coepit, Rex utrumque femur haſta transfixus manubrium (*ſcil. haſta fatalis*) manibus inter crura confringens: ita nos juvenes tabulas frangimus ait. (NB. Petrus Claudii Undalinus, *in Danica Sturleſoniani Chronici verſione ita reddit:* Saa bryde Hofmænd deres Spær udi Leeg:) utque fortiter pugnarent, ſuos adhortatus, ſecuri per cervicem ictus, lethale vulnus accepit. Quo viſo omnes in fugam ſe conjiciunt. Vidkunnus autem

Strages Hibernorum duplo major.

Uplandi Sagittarii peritiſſimi.

Nonnulli Norveg. fugiunt.

Rex & cæteri in extr. periculo conſtiti.

Hiberni cadunt ut pecora.

Rex haſta transfixus.

Animoſum fortiſſimi Regis effatum.

Rex lethaliter vulneratur.

Norvegi fugiunt.

autem Ionis filius, qui illo die nunquam a latere ejus diſceſſerat, interfectorem Regis medium bipartito ſecans, inſpectante ipſo, ultionem fortiter in ipſo illo articulo executus eſt, deinde gladium Regis Leggbitum arripuit; qui cognito mortifero vulnere; fuga, inquit, tibi conſule, bene enim & fortiter operam mihi navaſti, jamque ab invicem dirimemur; defer itaque Regi Sigurdo aliisque amicis meam ſalutationem. His dictis, Vidkunnus gladio vexilloque arrepto, tribus vulneribus ſaucius, omnibus effuſe fugientibus, cum Sigurdo, Hranii filio, & Dago, Eylifi filio, qui diutiſſime ad Regem manſerant, ad naves evaſit, nec ut ipſe retulit, fuerat ullus, qui quicquam illorum, quæ poſt abitum ejus iſto prælio gerebantur, referre poſſet. Hac fide & ſtrenuitate ut filiis Magni in poſterum acceptiſſimus eſſet, promeruit. &c. &c. Quotquot prælio evaſerunt, propera fuga Orcades petunt, Regique Sigurdo, quæ geſta erant, referunt. Qui triſti nuncio perculſus, conſtitutis ſuper Orcades Comitibus, Magno Erlendi filio, & Hacone Pauli filio, una cum illis Norvegiam eodem autumno petit. Ordericus Vitalis *Libr. XI. pag. 812. de bello, Magno fatali, ita ſcribit:*

Interfector Regis mox occiſus.

Ultima Magni Regis, jam morituri, verba.

Merita Vidkunni Ionis fil.

Denique, ait, quidam faceti & eloquentes ad eum in dolo venerunt, & frivolis ſponſionibus eundem deceperunt, & de navibus egredi, ut provinciam viſeret, atque ad ſubjectionem ſui reciperet, cum paucis perſuaſerunt. Ille vero perfidis male credulus, ferratos in littore cuneos reliquit, & usque ad duo milliaria ſeductores ſecutus, perniciem ſuam quæſivit. Ibi enim ingentes inimicorum catervas latitantes invenit. Quibus de latebris proſilientibus, audax Nordwigena fugere dedignatus, præliari

Aſtuti Hiberni Magnum e navibus eliciunt.

Rex Norv. fugere dedignatus.

liari fortiter coepit. Pauci contra innumeros reſiſtere nequiverunt. Magnus Rex dorſum ad arborem ſtans convertit, & clypeo portectus, miſſilibus plures ſauciavit, ſed multitudine oppreſſus, proh dolor! interiit. Quidam locuples Lincoliæ civis theſaurum Magni ſervabat, eique ornamenta & vaſa, vel arma, vel utenſilia, vel alia regalibus miniſteriis neceſſaria, ſuppeditabat, qui mortem Regis comperiens, ad domum ſuam feſtinavit, & de regali theſauro negotiatus, divitiis admodum exuberavit. Anglorum autem Rex ut ſæpe fati Regis occaſum audivit, quaſi onere ingenti allevatus exultavit, & poſt aliquod tempus a Lincolienſi cive prædicti Principis ærarium exquiſivit. Denique civis veritatem commiſſi primo celavit, unde illum repente convictum Rex comprehendit, & plusquam XX millia, ut fertur, libras argenti abſtulit. *Hæc* Vitalis.

Rex ipſe dorſo arbori inclinato fortiter pugnat.

Multitudine opprimitur.

Theſaur. Regis Magni, civi Lincolienſi concredit.

Ad Regem Angl. ex parte devolvitur.

Erat Magnus princeps magnanimus & ſtrenuus, fortis & induſtrius, corporisque & animi viribus juxta inclytus, &c. His conſentit Ordericus Vitalis pag. 767. dum dicit, illum fuiſſe corpore fortem & formoſum, audacem & largum, agilem & probum, & multa honeſtate conſpicuum. Opum & gloriæ ſupra modum erat ſtudioſus. &c. Notatum reſponſum ejus, cum ab amicis increparetur, quod peregrina regna laceſſendo, imprudenter ſe periculis offerret: Non vobis, reſpondit Rex, diuturnitate vitæ, ſed victoriis & gloria metiendus ſum. Statura fuit procera, quæ tamen pari intervallo a patre Olafo ſuperaretur, atque is a ſuo patre Haraldo Strenuo, id quod tres cruces, pari diſtantia ab invicem diremptæ, quæ parieti ad fores templi B. Virg. quod Nidaroſiæ conſiſtebat, inciſæ erant, ſingulorum menſuram exprimen-

Elogia Regis Magn.

Glorioſum Regis effatum.

Menſura Regis Magni templo Nidroſ. inciſa.

mentes, indicabant. Acquiſitis provinciis, vel regno reſtitutis, inter ſummos Reges eſt memorandus. Sepultum fuiſſe juxta Eccl. S. Patricii in Duno, Chron. Manniæ tradit. *Idem* Torfæus *poſtea Libr.* 8. *Tom. III. Cap. I. p.* 465. Antequam vero Sigurdus Orcadibus excederet, filiam Myrkiartanis, Connactiæ Regis, domum ad Regem remiſit. Cauſam prætexuiſſe Morkinſkinna tradit, poſt cæſum patrem rerum omnium occidentalium ingens tædium. Errat Ordericus Vitalis, qui Magnum ipſum duxiſſe exiſtimat, remiſſam tamen conſentit, eo quod Irenſes pacta rupiſſent: noſtri fidem a Myrkiartane Magno egregie ſervatam teſtantur.

Filia Murcardi, Sigurdo deſponſata, remittitur.

Ordericus notatus.

§. 11. Torfæus *iter. Cap. V. pag.* 461. Hi (*ſc. Sigurdus Hrannius, & Ivar de Fliodis*) ſimul convivio Regis in villa quadam Regia, cum Thrandiam luſtraret, excepti, ſe exhilarabant. Rex quoque lætior, aureum annulum manu contrectans: Hunc, inquit, muneri reportabit, qui legationem, quam cupio, in ſe receperit. Nemine reſpondente; non hæc, ait, hominibus puſillæ conditionis loquor, ſatrapas deligo: te tamen, affinis Sigurde Hrannii, carere nequeo. Tum Ivar de Fliodis præcipitanter reſpondit: Planum eſt, quem intelligas, cum præter Sigurdum & me nullus hic ſatraparum præſto ſit, eum vero domi te detenturum profitearis, quo vero ſucceſſu Legationem tuam, præſertim ſi magni momenti, expediam, valde dubito: Spes omnis in tua prudentia, cum certum ſit, nihil te ſuſcepturum, cujus exitum non prius prævideris: hac quoque fiducia mandata recipiam. Tum Rex: Neminem latet, patrem meum partem Hiberniæ, quæ Ultonia dicitur, ſibi ſubjugaſſe, quo occiſo, Irenſes eam in-

Legatio Sigurdi Reg. Norv. in Hibern.

vaſerunt, juraque omnia, præfecturas, tributa, aſſerentes, nobis invitis in hunc usque diem detinent. Ad ea igitur repetenda te jam ablegabo, atque adeo propere, ut protinus hinc Nidaroſiam petas, indeque iter adornes: navis, commeatus, comites, pecunia, ſingula quantum depoſcis, erunt in promptu. Ivar tantam feſtinationem ſibi minus perſpectam, pariturum tamen reſpondit, protinusque, ut juſſus erat, ad urbem profectus, quanta potuit celeritate iter maturat. Unica nave uſus eſt, nautis pene ſexaginta inſtructa, æris magna copia, rerumque pretioſarum de Regio ærario deſumta: Hyems in Orcadibus exacta. Vere proximo in Hiberniam navigatum; proceres muneribus ſollicitati, cauſam ejus ad plebem promovebant; nec ei eloquentiá aut facetiæ deerant, aut injiciendi terroris ſolertia, juſtam belli cauſam, vindictam patris per proditionem occiſi, virium abunde ad eam exequendam, ſcientiam belli jugi experientia partam, commemorabat, nihil virtuti Regis ſui invium aut arduum, purgatum latrociniis infeſtum mare Mediterraneum, expugnatas invictas urbes, non modó Europæ, ſed etiam, quæ in altera orbis parte hoſtilem furorem ſemper eluſerint. Eſſe tamen ea moderatione, ut pacis conditiones bellis præmittere malit. Exigi tantum in præſens ſatisfactionis ſpecie tolerabilem pecuniæ ſummam, ſine tributi nomine, nec in poſterum exigendam. Honori igitur ejus rectius illos hoc tributuros, quam ſe inexplicabili bello involuturos; nec Regem hoc alio, quam honorarii muneris titulo, accepturum. Haud exiguam argenti vim, annitentibus proceribus pecunia corruptis, bellumque avertere cupientibus, expreſſit.

Elogia Regis Sigurdi Hieroſolymipetæ.

Hiberni magnam argenti vim ſolvunt.

De Haraldo Hiberno Norv. Reg.

§. 12. *Cap. X. loquitur idem* Torfæus *de Haraldo Gillo, poſtea Norveg. Rege, quem Magnus Nudipes,*

*in Hibernia militans, procreaverat, ex illa ſorte, amica, quam, ut ſuperius auditum, ſe in Hibernia habere monuit, corde ſuo cariorem.* His annis, *inquit*, Hallkel Hukus, Ionis Smiorbalti Mæriæ ſatrapæ filius, in occidentem Hæbudas usque navigans, incidit in virum ex Hibernia profectum, qui ſe Gillichriſtum appellavit, filiumque Magni Nudipedis profeſſus eſt, alteroque nomine Haraldum, quem mater generis teſtis comitabatur. Utrumque Hallkel in Norvegiam deduxit, ſimulque Rege Sigurdo adito, nexum ſanguinis exponunt. &c. Haraldo injungitur ſuper novem vomeres ignitos incedere, ad generis aſſertionem. &c. Mox agnitus a Rege, fratris loco cultus eſt. &c. Accidit forte, cum Oslegæ convivaretur (*ſc. Magnus filius Sigurdi Regis*) ut Haraldum præter morem apud ſe detineret, quo die equum Gothicum eximium, rara pernicitate, dono conſecutus fuit, quem cum velocitate parem neminem habiturum omnes judicaſſent, nec Haraldus aſſenſum præberet, tandem eo contentionis perventum eſt, ut homines Hibernos a pernicitate adeo commendaret, ut etiam equos eos in ſtadio currentes aſſequi poſſe negaret. Quo audito Magnus, jam quoque pro more mentitur, ait. Vera, reſpondit, loquor. Dantur enim Homines in Hibernia, qui quemlibet equum Norvegicum curſu prævertunt. Pignore experiemur, ait Magnus, capite tuo, ego meo annulo, mecumque equitante curſu contendes. Haraldus non ſibi illam artem vindicaſſe reſpondit, ſed producturum Hibernorum unum, qui factis dicta probet; in id paratum pignore certare. Magnus ſe ejus experimenti gratia Hiberniam non acceſſurum, ſed ubi jam eſſet, experturum reſpondit. &c. Poſtridie Magnus prædicto equo inſidens, in publicam viam

Aſſertio generis per vomeres ignitos.

Pernicitas Hibernor.



pro-

Habitus Haraldi Hibernicus.

procedens, Haraldum arceſſit, qui & illico comparuit, interula, & bracca ad talos demiſſa indutus, pallium breve, pileumque Hibernicum geſtans, haſtile manu tenuit. &c. Iamque ſimul curſum contendunt, ſemperque Haraldus a latere equi armotenus provectus eſt. &c. Inde calcaribus equo concitato celeriter avectus (Magnus) Haraldo ſe nondum movente, retroſpiciens jubet, ut contendat, qui inflammato ad victoriam ſtudio raptus, equo celeriter prætérito, ad limitem ſtadii tanto prius pervenit, ut recumbens ſolo, Magno venienti exſurgens, aſſurgeret ſalutaretque &c. *Hæc* Torfæus. *Notatu dignum eſt, quod* Torfæus *de eodem Haraldo Hiberno obſervat:* Lingua Norvegica difficilis Haraldo, cum non ſine pronunciationis labe exprimi poſſet, riſum multis præbuit.

Curſus ſtupendus.

Lingua Norv. Hibernis pronunciatu difficilis.

De Duce Burchardo, Gurmundi Norv. Prioratus cujusdam in Hibern. fundatore.

§. 13. *Servat Urbs Hiberniæ Leghlina in Comitatu Catherlagh cineres Norvegi, de eodem loco præclare meriti, nomine Burchardi Gurmundi Fil. teſte* Iacob Waræo *in Antiqv. Hibern. Londini 1658. pag. 184 & 185.* Aſſerit, *inquit*, in annalibus ſuis Thaddæus Doulingus, Burchardum quendam Norvegum, Gurmundi filium, Prioratum S. Stephani Leghlinæ fundaſſe, vel potius dotaſſe, eumque in Choro Eccleſiæ Cathedral. Leghlinenſis ſub marmore conditum, cum Statua ejus ſuperimpoſita, Epitaphio ſequenti:

Sepulchr. marmor. Statua & Epitaph.

HIC IACET HVMATVS DVX FVNDATOR LENDEN GORMONDI BVRCARDVS, VIR GRATVS ECCLESIÆ.

*Ibidem pag. 317. iterum* Waræus: Inter Benefactores Eccleſiæ Leghlinenſis primarios habetur Burchardus Norvegus, Gurmundi filius.

§. 14.

§. 34. *Abſolutis jam, quæ ſe obtulerint, antiquioribus noſtratium in Hibernia geſtis, ad recentiſſima deflectimus, audituri, quantum gloriæ armis Danicis comparaverint, quæ in Hibernia ſub ſignis Anglicis tanta virtute pugnarunt auxiliares Danorum copiæ, quas in Angliam ſuperius monuimus transfretaſſe, 7000 militum conſtantes.* Geſta Copiar. Dånicar. auxiliar. in Hibern. annis 1690 & 1691.

*Mirari ſubit copiarum harum, quantacunque illa per orbem fuit, ad aures* Ioh. Hubneri *adeo non permanaſſe famam, ut ne verbulo quidem earum meminerit*: Anno 1690, *inquit*, kam Wilhelmus ſelber hinüber, und ſchlug den König Iacobum bey dem Fluſſe Boine nicht nur aus dem Felde, ſondern auch aus dem Reiche. Darauf ward Drogheda, Dublin, Waterford, Kork und Kynſale erobert. etc. *vid. Hiſt. ejus Polit. Tom. II. pag. 1093. Licet inſignem victoriæ partæ partem, ſe Danis hiſce debere, ipſi vix diffitebuntur Angli. Hæc vero noſtratium apud Scriptores exoticos non inſueta ſors eſt. In partes igitur heic vocandum Diarium Vitæ ac Imperii Glorioſiſſ. memor. Regis* Chriſt. *V. Hafn. 1701. ubi martia auxiliatricium harum copiarum per Hiberniam facinora ſequentibus expreſſa.*

Anno 1690. d. 16. Maji begab ſich durch Gottes Schickung, daß vorgemeldete Königliche Däniſche Auxiliar-Trouppen, wie ſie in Irland übergekommen, unter andern Verrichtungen, auch die von ihren Vorfahren vor einigen Seculis verfertigte Schantzen repariren muſten. d. 1. Iul. ward ſonderlich durch Tapferkeit der Däniſchen Trouppen, der Sieg wider die Feindlichen, bey dem Fluß Boine in Irrland befochten, auch d. 11. die Schlacht bey Drogheda gewonnen. Anno 1691. d. 2. Julii halfen die Däniſche Trouppen Athlone in Irrland mit ſtürmender

Dani excitata olim a majoribus munimenta reficiunt.

Victoria ad fluvium Boinam virtuti Danor. inprimis debetur.

Victoriæ cæteræ Anglo-Danor.

mender Hand erobern, und haben am 12. den Sieg unſern dieſer Stadt erhalten, auch den 22. die Irrländer und Frantzoſen bey Achrim mit aus dem Felde geſchlagen. d. 13. Octobr. muſte die Stadt Limmerick (*à Noſtratibus olim fundata, ut ſupra oſtenſum*) in Irrland der Däniſchen und Engelländiſchen Trouppen Tapferkeit weichen, und ſich ergeben, und muſte mithin gantz Irrland, König Wilhelms Botmäßigkeit ſich unterwerffen, wodurch zu einer Medaille Gelegenheit gegeben, auf dero einen Seite eine Frau mit der Harffen und einer Victoriola oder Siegs-Göttinn. (Olig. Iacobæus *in Muſeo Reg. pag. 401.* Hibernia victoriolam manu dextra, ſiniſtra vero trigonum ſuum tenens.)

Limmericum a noſtratibus olim exſtructum & jam Danor. ope expugnat.

Numiſm. triumph.

RELEVATA, wieder aufgerichtet, ANTMEIBVS. F. (Sic enim, *ſubjungente* Iacobæo, Hibernia ſuam relevavit citharam.)

Auf der andern Seite: Ein Palmbaum mit 2. Schildern, in welchen zu leſen:

Facinora Danor.

DANORVM FORTIBVS AVSIS.

VIRIBVS VNITIS.

*Figuram numiſmatis hujus triumphalis vide in Muſeo Regio fol. 104. Tab. 33. Num. 50.*

*Fortibus hiſce Danorum auſis, ne ulla hyperboles ſit ſuſpicio, tantum triumphatam Hibernorum gentem tribuiſſe conſtat, ut dicere non dubitaverint, Anglos ſe Hibernia, ſi cum illis ſolis ſibi res fuiſſet, nec Danorum obſtitiſſet virtus, vel pugnis fuſtibusque exterminaturos. In laudem Sereniſſ. Ducis Würtembergici, cujus ductu auxiliaris hæc expeditio ſuſcepta,* FERDINANDI WILHELMI, *addi*

Ipſi Hiberni Victoriam Danis aſcribunt.

*poſſunt verba Illuſtr. Domini* Gundlingii *in Diſcurſ. de Statib. Europæis, Cap. VIII.* Die Hertzoge von Würtenberg, ſo lange die bey den Dänen geweſen, haben ſich wohl gehalten.

Elogium Ducis Würtemb. Cop. Dan. Ducis.

NB. *Retulit nobis, qui Hibernicæ huic ipſe interfuerat expeditioni, raro exemplo, pius juxta ac belliceſiſſimus Heros, Div.* Bartholdus Lutzau, *poſtea S. Reg. Maj. Legatus militiæ*, Generalem Locum-tenentem *ajunt; noviſſimoque bello Sveco-Danico ſummus exercitus Norvegici Imperator, incidiſſe ſe, poſt expugnatam, neſcio quam Hiberniæ urbem, in ſympoſium decem, ſi recte memini, Præfectorum Danicorum ejusdem, ad quam ipſe pertinebat, cohortis, quos cum ſacras prædas, vaſa puta Euchariſtica, Pontificiæ ſuperſtitionis contemptu, tanquam hæretica & profana, compotationibus ſuis impie adhibere conſpexiſſet, illorum ſe cuidam, quocum ſingularis ſibi intercedebat familiaritas, ſeorſim vocato, amica objurgatione vellicaſſe aurem, nihilne ipſum coeli tangat metus, qui foediſſimum non deteſtetur collegium, neque enim ſacerrimam Sacrorum profanationem ſanctiſſimum Numen impune laceſſituram. Vertente autem anno, compotatorum horum neminem ſuperfuiſſe, quos unacum familiari ſuo, ultrices (quod non vane augurabatur) belli flammæ abſorpſerant univerſos. Videant igitur Iuris gentium interpretes, quo jure ſacrorum profanationem victoribus alius religionis, queis profana habentur, licere cenſeant, Grajosque idolorum Græciæ deſtructionem, præter rationem in Xerxe improbaſſe ſcriptores, cum ſuperſtitio Perſarum, qui, ἰκονολατρεία proſcripta, venerabantur ſolem, à Græca diſtaret; provocantes ad St. Auguſtinum, cui Pompejus Magnus, victoriæ ſuæ jure, Templum Hieroſolymitanum ingreſſus dicitur.*

Barthold Lützau, Hibern. huic expedit. interfuit.

Præda templis Pontificiis ereptæ. Sacror. vaſor. profanat.

Sacror. illa profanatio non inulta.

An Sacrorum hæreticorum profanatio jure gentium victoribus licita?

# CAP. IV.

## DE
## DANORUM PER BELGIUM GESTIS AC VESTIGIIS.

### *Sectio I. Antiquiora ſiſtens.*

§. 1. Brabantorum Flandrorumque ex Cimbris noſtris origo.

§. 2. Golduerii Cimbrici Ducis filia Flandeberto, Flandriæ eponymo, nupta, Belgicumque littus Cimbris late inſeſſum.

§. 3. Friſones ex Cherſoneſo Cimbrica egreſſi.

§. 4. Friſones Danorum imperio ſe ſubmittunt, poſt defectionem ad obſequium denuo redacti.

§. 5. Viſio ac Vaticinium St. Ludgeri, ex Dania reducis, de imminenti Friſiis ex oris Borealibus tempeſtate. Ibid. de Martyrio Stor. Walfridi & Rathfridi in Friſia.

§. 6. Vectigal annuum triumphatis Friſiis a Godefredo, bellicoſiſſimo Danorum Rege, contumelioſe imperatum. Exſtructis publicis Quæſtori Danico in Friſia ædibus.

§. 7. Comitatus in Belgio Loſſenſis, Oligero Dano, dicti Godefredi, ut putatur, filio, a Carolo M. donatus, a quo Duces Loſſenſes ſeu Lohnenſes deſcendunt.

§. 8. De Eccleſ. D. Virg. Tungrenſi, ab Holgero Dano reædificata, conſtitutis ibidem 20. Canonicis, conditaque inſuper Eccleſ. D. Veronæ Auretana &c.

§. 9. De Hollandia & inprimis Ultrajectenſi Dioeceſi a Danis devaſtata.

§. 10. Feudum Friſiæ & Doreſtadii Trajectenſis Diœceſis oppidi, Erico Duci, poſtea Dan. Regi, a Ludovico Pio concreditum.

§. 11.

§. 11. De Turholto Brabantiæ monaſt. Aſylo S. Anſgarii, Apoſtol. Danici, pueriſque Danis ibi ad ſacrum miniſter. præparatis, addita Lyſchandrina Tudholti etymologia a Toreldo, Cimbrorum Rege, ibi olim belligerante.

§. 12. Urbium Batavicarum Dorſtadii, Antwerpiæ & Witthæ, a Danis everſio, Friſia ſimul & Walachria Zelandor. inſula tributariis factis.

§. 13. Regneri Lodbrog, Dan. R. aliorumque Dan. per Friſ. ac Flandr. geſta.

§. 14. Comitatus Galliæ Belgicæ Veromandenſis a Biornone Jern-Side & Haſtingo Danis ſpoliatus.

§. 15. Fata varia Erici Ducis Doreſtadii, Friſiæque Præfecti.

§. 16. Friſia a Danis vaſtata.

§. 17. De obitu Biornonis Lodbrochidæ in Friſia, Danorumque ibidem conſuetis ſtativis.

§. 18. Danorum & Norvegorum, Ducibus Gillando & Rolando aliisque, per Belgium geſta varia, ubi de martyrio S. Jeronis, Comitatu Hollandiæ adverſus Danos erecto, &c.

§. 19. Ultraject. a Danis exciſum, ſedesque Epiſcopalis ob illorum incurſiones inde Daventriam translata, nec non Batavum durum per Ordwigum Lodbrochidem incenſum.

§. 20. Prædatores Dani a Friſiis bis ſuperati, cæſo illorum Duce Rudolpho Lodbrochide.

§. 21. Neomagus a Danis occupat. binæque illorum ſtrages, altera ad Schaldim, cæſo ſimul Hugone, Ludovici Imperat. filio, altera ad Nordwigam.

§. 22. Dani gemina ſuorum ſtrage exacerbati, Godefredo & Sigefredo Ducibus, magno mox exercitu excurrunt, a Ludov. Imp. Neomagi fruſtra obſeſſi. Ibidem de urbe Bajorzuma, & Palatio Neomagenſi a Danis concrematis.

§. 23. Clades Normannici exercitus ad Carbonariam ſilvam, Leodii, Trajecti, Tungrorum &c. rogo penſata

ſita, item Caſtellum Brugis contra Danos munitum, quod hodieque Burgum appellatur.

§. 24. Dani Hasbanii in Brabantia à Canuto Craſſo fruſtra obſeſſi, quorum Princeps Godefredus, ſancita pace, cum Giſela, Lotharii Imper. nepte, Friſiam loco dotis nanciſcitur, ſacris Chriſtianis jam addictus.

§. 25. Normanni biennio poſt, caſtra ad Lovanium metati, cum Carolo Craſſo confligunt, quorum nonnulli Rhenum aſcendentes, Duysburgo potiuntur.

§. 26. Prælium inter Comites Flandriæ, Arnulphum & Adulphum, & Danos Sigfrido Duce ad Falcobergam, a quo Sigfrido Comites Giſnenſes, ſeu Guineſii originem trahunt.

§. 27. Godefredus Danus, Friſiæ Feudum tenens, nefarie truncatus, Normannique poſt inſignem victoriam, tandem, immenſa ad Lovanium ſtrage, ab Arnulpho Imp. domiti.

§. 28. Rollonis Pedeſtris, poſtea primi Normanniæ Ducis, per Belgium geſta.

§. 29. Nuptiæ Gunildæ, Car. M. Dan. & Angl. &c. Regis filiæ, cum Henr. III. poſtea Imp. Neomagi celebratæ, ipſiusque Gunildæ Monument. ſepulchrale Brugis in Eccl. S. Donatiani extans.

§. 30. De Osberno Svenon. Eſtrith. Dan. Reg. fratre, cui ſub nomine Gulielmi Oſberni Normanni, nupſit Riſchildis, Balduini Flandriæ Comitis Vidua.

§. 31. De Ethela Roberti cogn. Freſonis Flandr. Comitis filia, S. Canuti Dan. Reg. & Martyr. Vidua, in Flandriam regreſſa, quo ad Cœnob. S. Petri juxta Gandavum mariti oſſa ſecum raptare ſtatuerat, miraculo, ut fertur, impedita, poſtea Rogerio Apuliæ Duci nupta.

§. 32. De S. Carolo, f. Canuti Dan. Reg. & Mart. filio, Flandriæ Comite, Brugis in Eccl. S. Donatiani occiſo & ſepulto.

§. 33. De Arnulpho Dano, Caroli ex ſorore Nepote, a ſucceſſione injuſte excluſo.

Sectio

## *Sectio II. Recentiora comprehendens.*

§. 1. Primus lapis chori orientalis in Eccl. Cathedr. Antverpienſi a Chriſt. II. Dan. Suec. & Norv. Ex-Rege poſitus. An. 1521.

§. 2. Inſcriptio Monumenti Halleniani Antverpiæ in Sacello Collegii Dimicatorum, D. Michaeli ſacro, ab Henr. Rantzovio, Ducat. Sleiv. Holſ. Pro-Rege poſita.

§. 3. Epitaphium Iſabellæ, Dan. Suec. & Norveg. Reginæ, Gandavi in Abbat. S. Petri. Additis nonnullis ipſius Perſonalibus notatu dignis.

§. 4. Fata & ſepultura Erici Walckendorphii, Archiep. Nidroſ. penult, Amſtelodami.

§. 5. Exilium & obitus Olai Stigoti, Arch. Nidroſ. ult. in Belgio.

§. 6. Wilhadus Danus, Brilæ martyrizatus, & Bruxellis ſepultus.

§. 7. Perſonal. Johannis Michaelii, ex Conſule Malmogiano Chriſt. II. in exilio Conſiliarii, Hardervici Geldrorum defuncti.

§. 8. Perſonal. quædam Celeb. Joh. Iſaacii Pontani, Profeſſoris Harderviceni, & Reg. Dan. gl. m. Chriſt. IV. Hiſtoriogr, Helſingoræ Danor. una cum fratre, Petro Iſaacio, Pictore excellenti, Belgis parentibus nati.

§. 9. De Mag. Joh. Canuti Vellejo, Fioniæ Epiſcopo, ob Calvinianiſmum munere privato, Franequeræ extincto.

§. 10. Opinio Wormiana de Villa Totonis, in Gallia Belgica, Varnefrido memorata, a Tottio quodam Nobili Dano, vel Thorone Deaſtro ſeptentrionali, forte ſic dicta.

§. 11. Decantatiſſima Copiar. Dan. auxiliarium virtus, in inclyta ad Rameliam pugna An. 1706. Adductis Sereniſſ. Anglor. Reginæ Annæ ad gl. m. Fridericum IV. literis commendatitiis.

§. 12. Earundem ex pugna ad Oudenardam, ut & expugnatione urbis Ryſſel reportata gloria. An. 1708.

§. 13. Alia fortitudinis Danicæ egregia ſpecimina A. 1709. ad Tornacum, Montes Hannoniæ, & Malplaquet, ab auxiliaribus iisdem Copiis edita.

P. S.

De Hollandiæ etymo, an ab Olandia vel Hallandia Danor. olim regionibus? Item de urbibus, Amſtelod. Lugdun. Bat. & Harlemo, a Danis conditis.

*Danorum per Belgium Geſta & Veſtigia, recepta methodo, in binas claſſes diſpeſcimur, ſunt enim vel antiquiora, vel recentiora.*

## Sectio I. Antiquiora ſiſtens.

Brabantorum Flandrorumque ex Cimbris noſtris origo.

§. 1. *A Cimbris hic quoque principium! quibus ſuam Brabantos Flandrosque debere originem author eſt* Johannes Aventinus, *in Hiſtor. Bojar.* Helvetii, *inquit*, cum viderent Cimbrorum opes, prædas partas, ſuis longe majores eſſe, Cimbris Teutonibusque, maxime Tigurini ſollicitati ab ipſis, ſeſe conjungunt. Sociatis igitur viribus, totam Galliam occupant, atque depopulantur: transgreſſi Pyreneos montes, Hiſpaniam invadunt, magna illam calamitate afficiunt, pulſi a Celtiberis, in Galliam remigrant, circa fluvium Rhenum impedimenta, quæ ſecum portare non poterant, deponunt, aliquot millia hominum cuſtodiæ relinquunt. Hi poſt eorum abitum a finitimis agitati, conſenſu omnium pace facta, intra Moſam Oceanumque ſibi locum deligunt, condideruntque Advaticos & Nervios, ultro in affectatione Germanicæ originis, ut ait Tacitus, ambitioſos, nunc Brabantinos & Flandros nominamus.

Brabanti & Flandri origine Cimbrica gloriantur.

§. 2.

§. 2. *De* Goldverii, *Cimbrici Ducis filia*, Flandeberto, *Flandriæ Eponymo, nupta, Belgicoque litore Cimbris late inſeſſo, audiendum* Jacobi Mejeri *teſtimonium*, Pontano *noſtro allegatum*, *Hiſtor. Dan. libr. I. pag. 88. ubi ita infit*: Et ante hoc tempus (ſc. DXVI) integro propemodum ſeculo in annalibus Francorum mentionem fieri, ſi non Danorum, Cimbrorum ſaltem, commonet in hiſtoria ſua Flandrica ſtatim ſub initium, fide Authorum, quos nominat, Jacobus Mejerus: Referens, Regem Francorum Clodionem, poſtquam Rheno Moſaque transmiſſis, Tungros ac Texandros ſubegiſſet, ad Scaldim uſque flumen acceſſiſſe, ac cæſis fugatisque Romanis, ſuæque poteſtatis facto Cameraco Tornacoque, in Morinos exercitum duxiſſe, ac ibi Golduerium, Cimbrorum Ruthenorumque Ducem, Morinis ſuppetias accurrentem, una cum filia captivum abduxiſſe, direpto ſimul Morinorum oppido Tarvana. Atque inde Golduerii Cimbrici Ducis captivam filiam Flandeberto, ex Bleſinda ſorore nepoti, nuptum dediſſe, ac ipſum Flandebertum, pulſo Romanorum præſidio, Belgici litoris, quod tum late Cimbri tenebant, præfectum conſtituiſſe. Qui & Flandriæ exinde nomen dederit.

Golduerii Cimbrici Ducis filia Flandeberto Flandriæ eponymo nupta, Belgicumque litus Cimbris late inſeſſum.

Golduerius cum filia captus.

§. 3. *Friſones ex Cherſoneſo Cimbrica egreſſos docet Clar.* Arpus, *in Themide Cimbrica*, *§. XXI.* Friſios ſeu Friſones, *inquit*, etiam inter vetuſtos Cimbriæ colonos fama celebrat. Gens & antiquitate generis & gloria majorum conſpicua, &c. *Et in ſubjecta nota num. 84. Titul. Vetuſti Cimbriæ coloni.* Rerum Friſicarum duplex notatio eſt: aut ſcriptores indigenas ſequimur, aut Romanos. In his ſtudii partium & ignorantiæ ſuſpicio: in illis fabularum copia

Friſones ex Cherſoneſo Cimbrica egreſſi.

copia obruimur. Ex ſententia utriusque partis Cimbriæ partem non minimam tenuerunt. Indigenarum auſpiciis Freſo gentis author, filium Vithonem ſeu Juthonem, ſeculo ante Chriſtum tertio, in Cherſoneſum noſtram cum colonia miſiſſe, narrant, qui Jutis nomen dederit. Sed inſipida eſt fabula, in cujus ſubſidium Cappidum Stauriensem, Occonem Scarlenſem, Vorperium Taboritam, verarum hiſtoriarum veſpertiliones larvasque, evocant, quos egregie caſtigavit Ubbo Emmius, de Republ. & Rebus Friſiæ. *Et præcedenti nota ad num. 83. Freſonicum nomen ab antiquis Danorum Deaſtris forte deducendum conjicit.* Si illos ſequimur, *inquit*, qui a nominibus divinis nomina gentium repetunt, quemadmodum Germanos a Manno dictos volunt, nec non Danos a Wodano, ſeu Othino: ſic Freſones a Diva Free ſive Freya Venere, quaſi Freeſöns, filii Freæ, ob pulchritudinem cognominatos, conjecturari liceret, vel etiam ob libertatem, quia ab hac Dea liberari credebant virgines ex patria poteſtate (Gloſſar. Grotii Script. Gothic. adject.) ſive a Freyo ſole, in cujus tutela eſſe voluerunt, ſive a ſeptentrionalium Deo Freyr, de quo Arngrinus & Thorm. Torfæus.

Fabula de Juthone Friſico Jutorum eponymo.

Conjectur. de nomine Freſonico ex Freya, Freyo ſeu Freyro Deaſtris borealib. derivando.

§. 4. *Friſones Danorum imperio ſe olim ſubmiſiſſe, moxque ab eodem, ſed non impune defeciſſe, ad obſequium denuo redactos, ex* Cornelio Kempio, *ſcriptore Friſico, refert* Pontanus *Hiſtor. Dan. libr. I. in Vita* Scioldi, *Regis Dan. his verbis;* Friſici ſcriptores, *inquit*, interque eos Cornelius Kempius, Friſios poſt primum gentis ſuæ conditorem Friſonem, præceptionum ejus, qui liberos eos & a jugo peregrino haberi immunes voluerat, immemores, ad Regem Dano-

Friſones Danorum imperio ſe ſubmittunt poſt defectionem ad obſequium denuo redacti.

Danorum, cujus nomen non ponit; legatos miſiſſe, ſeque ejus ſubmiſiſſe imperio refert: Atque inde eosdem tædio externi dominatus ejeciſſe, aut obtruncaſſe, quem Præſidem conſtituerat Danorum Rex: uxorem vero ejus, quæ & ſoror Daniæ Regis erat, relictam in Friſia gravidam, navi impoſitam, cum ignominia domum remiſiſſe: natumque ex ea mox filium, cædis paternæ a Friſiis perpetratæ ultorem: utpote, qui, accepta a Rege Danorum claſſe, ad littus Friſiorum appellens, congregatos Groneburgi ſeptem Friſiæ Zelandiarum judices, benigne in navem receperit, receptosque in Daniam avexerit; atque ibi eosdem vel mori vel ad vetus reducere obſequium Friſiam coëgerit. Addit Kempius, hæc iſta quatuordecim annis natum præſidis filium perpetraſſe, ac ea ætate inuſitato corporis incremento perfectiſſimum humani roboris prætuliſſe ſpecimen: adeo (ut verba ea poſtrema, cum ſint Saxonis noſtri Grammatici de Scioldo, cujus mentionem facimus, loquentis, operæ pretium putavi, rem, ut eſt a Kempio prodita, hoc loco vel obiter retuliſſe.

Freſones Præfectum Danicum obtruncant & Viduam gravidam Regis Dan. ſororem in Dan. remittunt.

Filius patrem ulciſcitur, ſeptem Friſiæ judicibus in Dan. avectis.

Suſpicio Pontani, hæccene in Scioldum cadant?

§. 5. *Viſionem ac vaticinium S. Ludgeri, ex Dania reducis, de imminente Friſiis ſuis ex Borea tempeſtate, pandit idem auctor Hiſt. Dan. Libr. IV. pag. 89.* Et quanquam hoc pacto Galliarum exinde regno quies aliqua parta videretur, haud tamen diuturnam eam aut perpetuam fuiſſe, aut prorſus exinde conquieviſſe Daniam Normannosque, indicio ſint ea ipſa Caroli Magni tempora. Nam & illum (vere magnum Imperatorem, eorum in Friſiam Rhenique ac Scaldis inſulas aliosque vicinos portus irruptionibus, veluti ſcopulum objectum refert alumnus ejus Eginhartus. Et jam ante prævidiſſe divus Ludgerus

Viſio ac vaticinium S. Ludgeri ex Dania reducis de imminenti Friſiis ex Borea tempeſtate, nec non Martyrium Sctor. Walfridi & Rathfridi in Friſia.

ac

ac prædixiſſe Friſiis ſuis, imminentem a Borea tempeſtatem, memoratur. Nam ut extat in gentis illius annalibus, Ludgerus e finibus Danorum ad ſuos reverſus, cum exſtrueret in ſolo natali cœnobium, ſuaque omnia pietati conſecrare pararet, ſomnio admonitus, a propoſito idcirco deſtitiſſe perhibetur, quod vidiſſet per quietem, atras a ſeptentrione nubes cogi & aſſurgere, ventoque impulſas, per Oceani litora Friſiæ incumbere, donec a meridie tandem ſol ſerenior emergens, tenebras paulatim diſpelleret. Quod ſi ita videtur, referri ad Carolum Magnum, ejusque res adverſus Normannos poſtmodum geſtas, haud incommode poteſt. Ille enim iisdem ſtatim temporibus, cum jam, quod annotaſſe Eginhardum cœperamus, dicere, freta undiquaque & ſinus inferioris Germaniæ a Normannis, quos, ut idem addit, Danos vocabant, infeſta haberentur, per omnes portus, fluviorumque, qui in oceanum ſeptentrionalem ſe exonerant, oſtia & fauces, ſtationes militum per intervalla diſponi imperavit. &c. &c. *Hæc* Pontanus, *quibus ſubjungere lubet ſequentia, de martyrio Sanctorum Walfridi & Rathfridi per Danos in Friſia.* Joannes a Leidis, *Chronici Belgici Libr. V. inter Rerum Belgicarum Annales Tom. I. a Franciſco Swertio edit. Fr. fti MDCXX. Capite XV. ſub titul.* De incurſione Danorum, & martyrio ſancti Walfridi & Rathfridi filii ejus.

S. Ludgerus a monaſterio in Friſia fundando, futuræ perſecutionis Danicæ metu, deſtitit.

Itaque circa hæc tempora (*ſc. Imperatore Lothario*) ſecundum prophetiam Sancti Frederici, Epiſcopi & Martyris, inaudita calamitas invaleſcere cœpit. Nam Abrotidi, Dani & Normanni, id eſt, Norwegiani, coaptata claſſe, cum armigerorum innumerabili multitudine, diverſas provincias ſibi ſubjugarunt,

runt, ac in ſancta Chriſtianitate ſtrages cruentiſſimas commiſerunt. Normanni quidem origine Dani fuerunt, & lingua barbara Nortmanni, quaſi Septentrionales homines dicti ſunt, eo, quod primo ab illa parte mundi venerunt. Hi ergo Friſoniam intrantes, tribus præliis cum Friſonibus confligunt, & in duobus victores exiſtunt, & defenſores patriæ illius, prout potuerunt, interfecerunt. Friſones tamen conſtanti corde ſimul conglobati, hoſtile agmen in tertio bello retrocedere cogebant. Sed quia tantæ multitudini non æquis viribus occurrerunt, laborem diutius tolerare non poterant. Igitur inſtantes acriter Normanni, Friſonicam manum majori vi opprimebant. Friſonibus itaque in fugam converſis, deſtruxerunt omnes munitiones eorum, ut quoscunque invenerunt, inaudita membrorum debilitate cruciabant. Illisque venientibus ad villam, quæ vocatur Groninghen, viri ad arma fugientes, hoſtium impetum viriliter ſuſtinuerunt, ſed mulieres arreptis parvulis fugerunt. Hoſtes igitur, undique in munitionem irruentes, plurimos occiderunt, ceterique fugerunt. Tunc Norwegiani omnia igni tradiderunt, & Eccleſiam Sancti Martini ibidem conſtructam incenderunt. Inde vero cum redirent, beatum Walfridum, in oratione poſitum invenerunt, & Chriſtiana ab eo profeſſione audita, præfatum Sanctum ſecum ad claſſem deduxerunt. Qui diverſo tormentorum genere diu cruciatus, capitalem tandem ſententiam accepit, Chriſtoque, cui ſervierat, fideliter, feliciter reddidit animam. Interea conjunx beati Walfridi filium ſuum a circumſtantibus requirebat, illoque nuſquam reperto, quendam famulum ſuum, ut diligentius quæreret, mittebat. Cumque ille Rathfridum ubique diu quæreret, tandem

Normanni ſunt Dani.

Conflictus Danor. cum Friſonibus.

Dani repulſi.

Friſones a Danis oppreſſi.

Groninga a Danis vaſtata.

Martyrium S. Walfridi, & S. Rathfridi.

dem invenit eum juxta domum ſuam a Normannis interemptum. Tunc ſervus ille ſanctum corpus deferre volebat, ſed nullo conamine de terra illud levare poterat. Advocata igitur matre ſua, cum pluribus corpus ſanctum iterum tentabant portare, ſed ſicut prius de terra illud levare non valebant. Placuit ergo eis, in eodem loco ſepulchrum fieri, & Sancti corpus ibidem ſepeliri. Corpus ergo ejus, quando in ſepulchro poſuerunt, ita leve eis videbatur, ac ſi nullius fuiſſet ponderis. Sepelierunt itaque Sanctum Rathfredum in eodem loco, gratias agentes Deo viventi. Operabatur etenim Chriſtus, per interventum beatiſſimi Walfridi, martyris ſui, multas virtutes. Nam de quacunque infirmitate ad ſepulchrum ejus poſtulantes, ſani facti ſunt. &c.

Vectigal annuum triumphatis Friſiis a Godefredo, Dan. Rege, ignominioſe imperatum.

*§. 6. Triumphatis Friſiis, annuum vectigal, nec ſine contumelia, imperaſſe bellicoſiſſimum Daniæ Regem Godefridum, quem alii Götricum vocant, ex Saxone, Friſicisque ſcriptoribus memorat* Pontanus, *pag. ſeqv. 94.* Novam civitatem, *inquit*, præſidio Francorum, adverſus Danorum præſertim irruptiones validiſſimo, firmant. Quibus incenſus Godefridus, vel ut alii volunt, ob Regem præcipue Friſiorum Radbodum (*quem patria ejectum in Dania delituiſſe ſupra monuit* Pontanus) memor irarum veterum, cum classe ducentarum navium de Cimbrica peninſula in Friſiæ continentem appellit. Friſii cum eis ſemel tertioque pugna congreſſi, ter quoque ſuperati, inferiores abiere, victique non ſolum tributum ſolvere, ſed certa quoque penſione ſe redimere, ac pacem a victore mercari coacti fuerunt. Addunt Friſiorum & Daniæ annales, vectigal illud annuum fuiſſe, nec ſine contumelia victis imperatum. Nam, ut Saxo

Claſſ. Dan. 200 nav.

refert,

refert, conſtitutum ab eo ædificium CCXL pedum longitudine, ac bis ſenis diſtinctum paribus ſpaciis, materia diremptis, ad cujus caput cum eſſet pendendum tributum, conſidere Quæſtorem juſſit, collocato ad extremam ædificii partem concavo ex ære clypeo, in quem ſinguli Friſiorum, tributum ſoluturi, nummum conjicerent: cujus nummi cadentis ſonum, ſi quæſtor ex longo intervallo exaudiret, in ſolutum cedebat, ſin minus, Regio quidem fiſco ille accreſcebat, ſed qui jecerat, alium atque alium majoris ponderis eodem conjicere cogebatur, donec tinnitum Quæſtor perciperet. Ita fere Saxo noſter, Friſiorum vernaculi autores plura adjiciunt: omnibus nimirum fortunis exutos Friſios, & auri argentique uſu in cultu corporis penitus prohibito, ad *torques vimineos*, ſimiliaque ſervitutis extremæ inſignia, lege lata, redactos, addito Præfecto, qui vilibus miniſteriis dum plebem detinet, oſtium in ædibus ſeptentrionem proſpectans haberet humilius, quam pro ſtatura corporum, quo & jugum turpiter quotidie ſubire & exituri, inflexo toto corpore Regem Danorum quaſi venerari viderentur. &c. &c.

Domus publica Danici in Friſia Quæſtoris & novum exactionis ſat ingenioſæ inventum.

Auri argentique uſus Friſiis interdictus. Ad torques vimineos mundus illorum deprimitur.

Inflexo corpore Reg. Dan. venerari coguntur.

§. 7. *De Comitatu in Belgio Loſſenſi, Oligero Dano, Godefredi nuper memorati, vel Gotrici, ut putatur, filio, a Carolo M. donato, ita* Thomas Bartholinus *Filius, in Diſſert. Hiſtor. de Holgero Dano, Hafniæ 1677. Cap. VIII. p. 91.* Deſiderio Langobardorum Rege. (*NB. Ad quem ut ſupra nobis monſtratum, confugerat Oligerus, Carolum offenſum metuens*) cum uxore parvisque liberis Leodium Eburonum exilii cauſa miſſo, Holgerus Carolo, cujus clementia ſæpius perſpecta erat, ſe dedidit: levique verborum caſtigatione contra ſpem omnium in amicorum

Comitatus in Belg. Loſſenſi Olig. Dano a Carol. M. donatus.

Oligerus Carolo M. reconciliatus.

corum numerum receptus, & in honore habitus eſt. Carolus ſtrenua ejus opera poſtmodum ſæpenumero in bello Saxonico uſus, ut fido obſequio aliquem referret gratiam, Comitatum Loſſenſem mercedis loco tribuit, teſte Ludovico Guicciardino, in Deſcriptione Belgii, ex Italico in Latinum ſermonem converſa, a Regnero Vitellio Zirizæo p. m. 503. Lootſia vulgo Lootz, Trudonopoli ſesquileuca, Leodio quatuor ipſis leucis abjungitur, oppidulum tolerabile, & inſigni in pagos agrosque jurisdictione conſpicuum, adeo, ut & Comitatus titulo celebretur, quam dignitatem comperior eſſe huic ſtatui antiquiſſimam, atque inde a Carolo Magno, etſi a veteri quodam ſuo Dynaſta audierit aliquando Comitatus Dioſtienſis. Habuit eo titulo perilluſtres aliquot & famoſos Principes: ceſſitque tandem Imperatoris illius donatione, Rogerio Dano, uni e Paribus Franciæ, quos Itali Palatinos dicimus, Pulicio, Bojardoque & Arioſto, in poëmatibus ſuis admodum celebratos. Poſtea vero reſumſit genuinum ſuum ac præſens nomen, & in Præſulum Leodienſium poteſtatem devenit. Ex Actis Leodienſium Principum id demonſtrat Pontanus Hiſt. Dan. libr. IV. p. 45. An iſto ſimul tempore a Carolo conſtitutus ſit in agro Leodienſium Loſſæ Comitatus, Comitique Danico Ogerio traditus, certo ex annalibus aſſeverare nequeo. Saltem id conſtat ex Actis Leodienſium Principum, a Carolo Magno eum Comitatum originem accepiſſe, qui eum Ogerio Dano (ita nomen exprimitur) Franciæ Pari, ob virtutem dono dederit. Conſentit Valerius Andreas Deſſelius, Topogr. Belg. p. 101. Porro Comitatum hunc, *inquit*, a Carolo Magno originem habere volunt, qui Otgerio Dano, Franciæ Pari, ob virtutem dono dederit. Idcirco ab Holgero

Rogerius vocatur.

ro

ro noſtro Ducum Loſſenſium ſtemmata, ceu quondam derivata principio, ſplendido ſucceſſionis ordine profluxerunt: ita enim celeberrimus Pontanus loc. cit. pergit. A quo exinde Ogerio originem ſuam repetendam habent Loſſenſes, ſive ut hodie ſcribunt, Lonenſes Comites, quorum Ludovici, qui Adam, Theodorici Hollandi filiam, uxorem habuit, meminerunt prolixe annales Hollandiæ. Et Hiſtor. Geldr. libr. VI. Originem vero ipſam Loſſæ Comitum repetendam a Caroli Magni temporibus, & præſertim ab Ogerio Dano, qui omnium primus Loſſenſium Comes fuit, demonſtratum eſt alibi. Duces Loſſenſes ab Holgero Dano deſcendunt.

§. 8. *De Eccleſia D. Mariæ Tungrenſi ab Holgero noſtro readificata, conſtitutis ibidem ab eodem viginti Canonicis, conditaque inſuper Æde D. Verona Aureti, agit laudatus* Bartholinus *l. c. Cap. IX. his verbis:* De Eccleſia D. Mar. Tungrenſi ab Holg. D. reædificata, conſtitutis ibidem 20 Canonicis, conditaque inſuper æde D. Veronæ Aureti.

Holgerum in civitate Tungri Eccleſiam S. Mariæ renovaſſe, & ampliaſſe, ac viginti Canonicis inſtitutis ornatiorem reddidiſſe, memorat Magnum Chronicon Belgicum, pag. 48. Tempore etiam prædicto, Sanctus Leo conſecravit Eccleſiam Sancti Martini in Auroto, Eccleſ. S. Stephan. in Hoyo, & Eccleſ. S. Mariæ Tungrenſis, quæ olim fuerat deſtructa per Hunnos, in qua Ogerius, Dux Danamarchiæ, qui eam reædificavit, conſtituit viginti Canonicos. Et Joh. Placentius Catal. Antiſt. Leod. in vita Gerbaldi: Subinde Tungrim adiit, & ſemirutum collegium, Baſilica ordinata, erigi juſſit, cui exſtruendæ Ogerium Danoen præfecit, qui ibi XX viris Canonicis de ſtipe providit. Comitatus eſt hunc ipſum in Brabantiam, & pariter Bruxellas inviſerunt. Ædem S. Martini in Auroto, Holgeri impenſis exſtructam legimus,

gimus, in Compendio Hiſtoriæ Leodienſis, a Joh. Matth. Hovio edito: Celebratur in Tongrenſi regione Ogeri Dani nomen, a quo condita fertur ædes curialis in ſuburbano Auretano, olim D. Martini Tongrenſis, nunc D. Veronæ nomine. S. Huberti elevationi religioſa impendiſſe officia Holgerum noſtrum, quibusdam placet, teſte Jo. Placentio in vita ipſius, at diſcipulus & familiaris ipſius, qui præſens adeſſe potuit, a Surio productus, Carolomanno Regi eam laudem attribuit, quem Martyrologiorum Scriptores ſecutos video: Utrumque iſti actui auxiliatrices accommodaſſe manus, tuto ſtatui poſſe confido, cum diſcipulus Huberti, Carolomannum ad corpus ipſius pervidendum ſcribat, una cum uxore & primoribus, quibus forſan permixtus Holgerus, acceſſiſſe. Quod vero Valcandum, Præſulem Leodienſem, corpus Huberti in Arduennam ad Andianum, ſuæ Diœceſis Monaſterium, transtuliſſe ſcribat Jo. Placentius, conſilio auxilioque Holgeri, falſiſſimum eſt: ſive enim anno ſalutis 817. cum Sammarthanis, ſive ann. 825. cum Magni Chronici Belgici Collectore, Molano & Baronio, translationem hanc factam aſſeras, dudum Holgerum obiiſſe confitearis neceſſe eſt.

**Holg. Dan. S. Huberto religioſa impendit officia.**

**Jo. Placentius notatus.**

§. 9. *De Hollandia, & inprimis Ultrajectenſi Epiſcopatu, a Danis vaſtato, ſequentia monet* idem *celeberrimus* Bartholinus, *in Tomo I. MSStor. ad hiſtor. Eccleſ. Dan. pertinentium, quæ in Bibl. Acad. Hafn. hodie aſſervantur.* Ad finem hujus (*ſc. Septimi*) *inquit*, vel ſequentis ſæculi initium, an referam, incertus ſum, quod de Reinholdo, Theiſterbandiæ & Cliviæ Comite tertio, notatus a Wernhero Teſchenmachero Stephanus Pighius, Annales Clivenſes ſecutus,

**De Hollandia & inprimis Ultraject. Diœceſi a Danis devaſtata.**

ſecutus, in Hercule ſuo Prodicio tradit, illum cum Pipino Heriſtallenſi, Danos ſive Nortmannos, Oceani littora, adeoque Hollandiam & Ultrajectinenſem Epiſcopatum ferro igneque infeſtantes, Cliviamque tributariam reddentes, compeſcuiſſe. Sed parum intereſt, quo tempore ponatur, cum hanc narrationem a veris hiſtoriis exſufflandam contendat, Parte II. Annalium Cliviæ, Membro I. Teſchenmacher, quod diu ante annum DCCLIX, quo Reinholdus præeſſe cœpit, obierit Pipinus, anno quidem DCCXIV, & prima Danorum irruptio anno DCCCXVI ab omnibus fere Scriptoribus ponatur. Quæ utriusque relationes, an aliqua nitantur veritate, diſcutere non erit operæ pretium.

§. 10. *Ericum, poſtea Daniæ Regem, a Ludovico Pio Imp. Friſiam & Doreſtadum Diœceſeos Trajectenſis oppidum, jure fiduciario obtinuiſſe, ſequentibus refert* Pontanus, *Hiſtor. Dan. libr. IV. pag. 96.* Haraldi (ſc. Klag) frater Ericus (NB. poſtquam unacum fratre Moguntiæ baptizatus erat) miſſus ab eodem Ludovico in oræ Friſiorum maritimæ poſſeſſionem, cum ut ipſemet liberaliter ſe ſuſtentaret, tum ut limitem imperii tutando, piratarum incurſiones propulſaret, Friſiæ illam partem, quam aſſignatam ei inter cætera Scriptores conſentiunt, plerique Ruſtri appellatione afficiunt. Ubboni Emmio in Friſiæ orientalis deſcriptione, Populus iſte Rüſtringen vulgo dicitur. Quin & eum orientalis Friſiæ tractum, Danos adhuc ſuis temporibus, tanquam legitime ſibi debitum, exegiſſe, Adamus Bremenſis aliique teſtantur. Quamvis interea nec inficiandum, quin & reliqui Friſiorum, tum nomine cenſi, Erico Duci dicto audientes fuerint, cum præſertim referant Annales

Feudum Friſiæ & Doreſtadii Trajectenſis Diœceſis oppidi, Erico Duci, poſtea Dan. Regi a Ludovico Pio concreditum.

nales Pithœani, ipſum cum fratre Haraldo Doreſtadum (hodieque ad Rhenum in Diœceſi Trajectenſi notum oppidum) jure fiduciario Ludovici Pii beneficio poſſediſſe.

De Turholto Brabant. Mon. Aſylo S. Ansgarii, Apoſt. Dan. puerisque Danis ibi ad ſacr. Miniſterium præparatis, addita Lyſchandri relatione de etymologia Turholti a Toreldo Cimbror. Rege ibi olim belligerante.

§. 11. *De Turholto Brabantiæ Monaſterio, quod Ansgario, Apoſtolo Daniæ, Aſyli loco indulſit Ludovicus Pius, puerisque Danis eo, ut in Chriſtiana religione educarentur, ab Ansgario avectis, ſequentia habe:* Pontanus *l. proxime citato pergit:* Hoc propemodum temporis tractu, anno ſcilicet octingenteſimo vigeſimo octavo, Ludovicus Imperator Ansgarium, e Francis oriundum, virum virtute & doctrina conſpicuum, &c. in Daniam ad prædicandum Chriſti Evangelium demiſerat. &c. &c. Quo autem haberet (Ansgarius) locum certum, quo ſe, ingruente fortaſſis perſecutionis procella, poſſet recipere, Turnholti apud Belgas Brabantiæ refugium & veluti aſylum illi exſtruxit, additis rerum neceſſariarum reditibus. &c. In ipſa publica inſtrumenti tabula, qua Ansgario Archiepiſcopatus Hamburgenſis unacum Eccleſ. Borealis moderamine ab Imp. Ludovico committitur, Dat. Aquisgrani ad Idus Maji Anno DCCCXXXIV ita legitur: Et ut hic nova conſtructio, periculoſis in locis cœpta, ſubſiſtere valeat, quandam cellam Thürn Holt vocatam, tam huic novæ, quam ejusdem Archiepiſcopi ſucceſſorumque ſuorum in gentibus legationi permittere ſerrituram, ad noſtram noſtræque ſobolis perpetuam mercedem, divinæ offerimus Majeſtati. &c. &c. In vita S. Ansgarii, ſoluti ſermonis, per S. Rimbertum, ejus ſucceſſorem, quam una cum altera metrica, per Gvaldonem, Corbejenſem Monachum, notis illuſtravit Petrus Lambecius, & addita verſione Svecica S. Nicolai, Lincopenſis Epiſcopi,

ſcopi, Holmiæ 1677. edidit Claudius Arrhencus, Hiſtor. Prof. Upſal. Cap. XIV. ita Rimbertus: Interim quoque Dominus & paſtor noſter, in Dioeceſi ſibi commiſſa, & in partibus Danorum ſtrenue ſuum implebat officium. &c. Coepit quoque ex gente Danorum atque Slavorum nonnullos emere pueros, aliquos etiam ex captivitate redimere, quos ad ſervitium Dei educaret. Quorum quosdam hic ſecum retinuit, quosdam vero ad cellam prædictam Turholt nutriendos poſuit. &c. Et Cap. XXX. Eo quoque tempore, quando cellam prædictam Turholt habuerat, quoniam omnis ei cura de vocatione gentium erat, ut eis in ſua legatione prodeſſe potuiſſet, nonnullos pueros ex Nortmannis vel Sclavis emptos, in eadem cella, cauſa diſcedendi ad Sacram militiam nutriendos poſuerat, quorum quosdam prædictus Reginarius, quando cella ipſa data eſt, inde abſtulit, & ad ſuum ſervitium miſit. *Heic obſervanda ſunt, quæ monet in Geneal. Sereniſſ. Dan. Regum pag. 33.* Claudius Chriſtoph. Lyſchander *de Toreldo, Cimbrorum Iudice, quem exteris Scriptoribus Regem Cimbrorum ſalutari refert, mortuo ann. mundi 2696, ſi Lyſchandrinæ fidei, plerumque ſubleſtæ, credimus.* Hand haver førdt Krig paa Friis- *Toreldi Cimbr. Regis per German. infer. graſſatio.*
land og Nederland og twinget ſig ind udi Flanderen til de Franſke Grændſer, hvor endnu findes, der ſom hand haver ligget i Marcken med ſit Krigs-Folck Torrelldtz-Hold, hvor ſiden er bygt Turildtz-Cloſter, hvilket Kayſer Ludovicus Pius indgav Ansgario, ſom førſt prædickede den Chriſten Tro i Danmarck, hvór hen hand ogſaa altid hafde ſin Tilflugt, naar Hedningene efftterſatte ham. *Sed videtur vocabulum detorſiſſe, cum non Turildtzholt ſed Turnholt vel Turholt cæteris audiat. Optandum de cætero eſſet, ut exteros*

*teros iſtos ſcriptores, qui Toreldi iſtius Cimbrorum Regis meminerint, indicaſſet* Lyſchander, *ne ſuſpicioni locus eſſet.*

Urbium Batavicarum Dorſtadii, Antwerpiæ & Witthæ a Danis everſio, Friſia ſimul & Walachria Zelandor. inſul. tributariis factis.

§. 12. *Danorum per inferiorem Germaniam graſſationes ad ann. DCCCXXXV. & VI. ita deſcribit* Pontanus *pag. 99.* Nec interea deſiſtunt Dani fortunæ aleam jacere &c. Flandriæ oras, Mejero memorante, nec ſic quidem intactas reliquerunt, furtivis ſcilicet expeditionibus modo has, modo Sequanæ oſtia infeſtantes. &c. &c. Tunc Batavorum Dorſtadum vulgo vaſtatum atque everſum, incenſa Andwerpia & Wittha (modo vera ſit Chronologi Pithoeani ſcriptura) celebre ad Moſam emporium, ferro ſimiliter & flammis deformatum. Friſiis vectigal imperatum, exactumque. Et anno, qui fuit octingenteſimus trigeſimus ſextus, Walachria quoque, Zelandorum inſula, reddita iisdem tributaria, trucidato præter alios, limitis comite Eginhardo, una cum Hemmingo, Halpdani filio, dum ſe fortiſſime dimicando ſinguli defendunt. Ibique aliquamdiu commorati, exacta prius ab inſulanis ingenti pecuniæ ſumma, iterum ad Doreſtadum, proximosque ei Friſios, vires ſuas atque arma convertunt. &c.

Regneri Lodbrog. Dan. Regis aliorumque Danorum per Friſiam ac Flandr. geſta.

§. 13. *Regneri Lodbrodi Dan. Regis* (Aimonio *Regenarii ad ann. DCCCXLV. ſeqv. dicti*) *aliorumque Danorum per Friſiam ac Flandriam geſta, in ſequentibus perſequitur* Pontanus *l. cit.* Regenarius, Aimonio teſtante, Rorici, Danorum Regis auſpiciis, majore animo ac vi ad littora vicina claſſem applicans, modo Friſiam, modo Flandriam, atque ultimo Gallias armis infeſtas habuit. &c. &c. Hunc Regenarium, Aimonio dictum, Regem eſſe Regnerum Lothbrogum, parum ambigam. &c. Quis autem eidem

Aimo-

Aimonio Roricus Rex ſit, cujus iſta auſpiciis Regenarius geſſerit, ex Saxone eodem aut actis domeſticis nuſpiam liquet. &c. Sed hæc utcunque ſe habeant, illud ſane chronologorum etiam aliorum aſſertionibus conſtat, haud minora ab ejusdem Regneri ſociis, in patriam mox reditum parantibus, Flandriæ Friſiæque oris illata detrimenta. Cum Friſiis præſertim tribus commiſſis conflictibus, cum primo certamine victi eſſent, reliquis duobus, validius inſtaurato impetu, ſuperiores evaſerunt. Atque inde regione omni atque incolis circumquaque direptis proſtratisque, onuſti opimis ſpoliis, ovantium ritu ſuos ad lares regreſſi, invaſo prius vaſtatoque caſtello, cui nomen Hamburgo, ad Albis ripam in Saxonum confiniis collocato. &c. Anno interea octingenteſimo quadrageſimo ſeptimo Doreſtadum tertio ab iisdem tentatum, flammisque foedatum, Pithoei annales injiciunt. &c. &c.

Dani ſemel victi bis victores.

Hamburgum vaſtatum.

Doreſtadum tertio tentatum.

§. 14. *Autor eſt* Wilhelmus *Gemmeticenſis, Hiſtor. Normannor. libr. I. Cap. V. & ſeqv.* Lothrocum, (puta Regnerum Lodbrochem) Daniæ Regem, ad exhauriendam nimia populi multitudine patriam, filium ſuum Bierem (Biornonem puta) Ferreæ coſtæ, cum ingenti juvenum agmine a ſuo abdicaſſe regno, ut peregrina regna petens, exteros ſibi armis acquireret ſedes. Bierem itaque, cum pædagogo ſuo Haſtingo, & magna militum manu naves conſcendiſſe, iisque ſine ulla mora ad Veromandenſem Galliæ Belgicæ tractum perveniſſe. Mox exſcenſionem in terram exteros hos piratas feciſſe, totumque illum Comitatum populatos eſſe.

Comitatus Galliæ Belgicæ Veromandenſis a Biornone Iernſide & Haſtingo Danis ſpoliatus.

§. 15. Pontanus *iterum pag. 101.* Hinc cum ageretur annus octingenteſimus quinquageſimus, Ericus, quem

Fata Erici Ducis, Doreſtadii Friſiæque Præ-

fecti poſtea Daniæ Regis.

quem cum fratre Haraldo, concedente Ludovico Pio, poſſediſſe aliquamdiu Doreſtadum, jam ſupra indicatum, poſt exceſſum Auguſti, obitumque ipſius Haraldi, apud Lotharium Imperatorem, proditionis crimine, ſed ut fama vulgavit, falſo inſimulatus, comprehenſusque, & in vincula conjectus, ſed elapſus mox cuſtodia, ad fratrem Imperatoris, Ludovicum, Germaniæ Regem, ut ſibi conſuleret, ſalutisque præſidium inveniret, ingenti feſtinatione contendit. Quo cum perveniſſet, eſſetque in fidem ac clientelam ejus jam admiſſus, eo confeſtim Saxoniæ tractu, qui eſt Daniæ quam proxime conterminus, non nolente Ludovico, ſedem ſibi ac domicilium poſuit. Ubi dum agit, coacta traductaque in ſuas partes populariium haud exigua manu, fortunam mari tentare, ac Lotharii Imperatoris regiones, oceani borealis litoribus confines, hoſtiliter invadere, ac devaſtare aggreditur. Et mox per Rheni fluminis oſtia ſubvectus, Doreſtadum per vim occupatum, invito eodem Lothario, belli jure poſſedit. Unde cum exturbare eum absque manifeſta ſuorum clade Imperator haud poſſet, per Legatos cum eo agere coepit. Actaque in hunc modum res eſt, ut Imperatori reconciliatus, inque fidem receptus, id operam daret, ne qua fraus regio tributo, cæterisque ad ærarium pertinentibus negotiis obveniret, ac denique, ut imperii limites, quibus eſſet præpoſitus, a piraticis popularium præſertim incurſionibus tutas atque inviolatas præſtaret. Quibus ille conditionibus acceptis, gnave fideliterque, quod promiſerat, executus, Normannos undiquaque a Rheni Friſiorumque æſtuariis ſecluſos arcuit.

Proditionis falſo accuſatus in vincla conjicitur.

Vinculis elapſus ad Lotharii fratrem Ludovicum confugit.

In Saxonia nidulatur.

Regiones Lotharii Imp. invadit.

Doreſtadum occupat.

Imperatori reconciliatus.

Fides Imperatori præſtita.

§. 16. *Friſiam anno DCCCLIII & DCCCLVIII a Danis vaſtatam, in ſequentibus refert idem auctor p. 102.*

Claſſis Danica 252. navium Friſiam adoritur.

Et

*Et quidem ad ann. DCCCLIII.* Qua eadem, *inquit*, tempeſtate, Normanni ducentis quinquaginta duabus, omnis generis navibus, ad Friſiæ litora inopinato appellentes, terram univerſam populabundi percurrerunt, omnibusque, quæ aut agi ferrive poterant, direptis, ad naves ſe denuo receperunt. &c. *Et poſtea ad ann. DCCCLVIII.* Nec illud modo ſed Lotharingiam tunc quoque ab iisdem vaſtatam, & Friſios denique invaſos ſubactosque, teſtatur Albertus Stadenſis. &c.

Friſia a Danis ſpoliata.

Ab iisdem ſubacta.

§. 17. *Biornum, Regneri Lodbrocb filium, poſt expeditionem, Italicam nobis ſuperius memoratam, in Friſia obiiſſe, Danosque foris belligerantes in abitu redituque apud Friſios ſtativa habuiſſe, docet laudatus* Pontanus, *pag. 106.* Haſtingus (NB. Pædagogus Biorni, cujus ductu expeditio ſuſcepta) ejusmodi ſtratagemate eluſis ac divaſtatis Lunenſibus, in Franciam præda onuſtus revertitur. &c. Biornum in patriam remittit. Qui dum in itinere eſt, moritur in Friſia. Unde colligere ſit, Danos cum in Angliam aut Gallias: vel etiam ulterius claſſes mitterent, vel iis ex locis regredi in patriam pararent, apud Friſios præſertim ſtativa in omnem eventum habuiſſe, & ibi veluti interjungere ſolitos.

De obitu Biornonis Lodbrochidæ in Friſia, Danorumque foris belligerantum in abitu redituque ibidem ſtativis.

§. 18. Ioannes a Leidis, *Chronici Belgii Libr. V. inter rerum Belgicarum Annales Tom. I. a* Franciſco Sweertio *editi, Francofurt. MDCXX. Capite XXXIII. de vaſtatione totius Trajectenſis Dioeceſis per Danos pag. 89.* Eodem Anno *inquit*, (*ſc. Anno Domini octingenteſimo, quinquageſimo ſexto, quo Lotharium Imperatorem, fratrem Caroli Calvi, Regis Franciæ* tyrannidem Danorum expugnare nequientem, *ut ſoli Deo militaret, de conſenſu principum*

Danorum & Norvegorum Ducibus Gilando & Rolando aliisque per Belgium geſta varia, ubi de martyrio S. Ieronis, Comitatu Hollandiæ adverſus Danos erecto &c.

*cipum ſuorum, Ludovico primogenito ſuo imperium tradidiſſe, antecedenti capite memoraverat Autor.*) quidam Gillandus nomine, cum Danis, & quidam Rolandus, cum ſuis Nortmannis, ſeu Nortwegianis combinati ſunt adinvicem cum Rege Abrotidorum, & ſecundum prophetiam S. Frederici, Epiſcopi Trajectenſis, cum multis navibus & armigerorum copiis tranſeuntes mare, opprimebant & affligebant ubique ſanctam Eccleſiam. Tandem verſus Trajectum perrexerunt, & innumerabilis exercitus paganorum, eis maxima crudelitate adjunctis, inceſſanter terram itinerando obſederunt. Deinde civitatem Trajectenſem, valide & ſine intermiſſione eam debacchando, exterminaverunt fundilibus & miſſilibus. Et tam diu virtutem in prælio exercens aggreditur exercitus, ut civitatem Trajectenſem, nobilitate præſignem, quæ tandem civibus in contrarium laborantibus ac dimicantibus, & infidelibus ſæpe dictis reſiſtere non valentibus, capitur. Nihilominus & caſtri præſidium armipotenter invaſerunt. Et ecce, cuncti prædones univerſum populum & tantundem pene totum clerum, pro dolor, occiderunt in ore gladii. Quinimo turres & antemuralia, portas & propugnacula civitatis & caſtri, funditus devaſtarunt. Ita quod beatus Hungerus, Antiſtes, ſolus cum paucis Canonicis anxie diffugerent, & ad præſentiam Imperatoris Lotharii, qui illo tempore adhuc vivebat in Prumenſi (Prumicenſi) monaſterio, ſe reciperet. &c. &c. Moverunt etiam Dani caſtra ſua & exercitum ad villam magnam, non longe a Trajecto ſituatam, Doreſtadum nomine, quæ nunc Wyo Doreſtat vocatur, in qua (ut etiam ferunt) ſexaginta Eccleſiæ in Dei nomine & Sanctorum honore fuerant conſtructæ. Ad quam properantes, vaſtaverunt atque combuſſerunt

Urbs Traject. a Danis capta.

Doreſtadum vaſtatum.

runt

runt eam, & ad nihilum redegerunt, & cum ſpoliis multis populum captivum duxerunt. Deinde applicuerunt ad Hollandiam, ut eam depopularent ac deprædarent, quod & fecerunt. *Et ſequenti Capite XXXIII*, de martyrio beati Ieronis. Eadem tempeſtate, *pergit Autor*, cum Dani prædicti, deprædarent omnem locupletationem Hollandiæ, alios utriusque ſexus gladio necarent, alios captivos ducerent, ſanctum virum, ſacerdotem Dei, Ieronem, juxta Noortwyck populum regentem, ac in fide Chriſtiana Epiſcopos inſtruentem, repererunt. Qui comprehenſus ab eis, judicio reſervatur examinandus. &c. Et cum perductus fuiſſet ad capitanei Danorum tribunal, confuſe perſtrepens vulgus clamabat. Alii dicebant: Tolle hujusmodi de terra, ne patiaris diutius vivere inimicum ſacrorum noſtrorum Deorum: alii diu tortum exquiſitis tormentis, cruciari perſuadebant, ut & Epiſcopi ipſius ſacrarentur poena & populus Hollandenſis, qui ex ejus pendebat amore, tali terrerentur exemplo. Interea poſt multas afflictiones clauditur carcere, ut in craſtino aut thura idolo afferret, aut ſi nollet, pro contemptu interiret. Ipſe vero pſallebat: Domine in vultus tui lumine ambulabo. &c. Mane vero educentes beatum Ieronem, filium lucis de tenebrarum locis, ſtatuerunt eum in conſilio ſuo ante capitaneum. Cui ille, nunquid illæ heſternæ plagæ aliquem dolorem incuſſerunt? At beatus Ieron hilariter reſpondit: Non ſolum dolorem non incuſſerunt, ſed etiam fortiorem me reddiderunt. &c. Et interrogavit Præſes, cujus conditionis eſſet, quam ſectam coleret? Ille vero reſpondit: Non ſolum ingenuus, ſed & exſpectabilis genere, Chriſtum verum Deum confeſſus, ab infantia colo, & idolis vanis cervicem nunquam inclinabo,

Martyrium S. Ieronis.

quia

quia Dominus meus Deus in Evangelio dicit: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Ait autem Præſes, audi me, & ſacrifica Diis, ut id, quod ſupereſt, vitæ tuæ, usque ad ſenectam cum gaudio ducas, & noſtra fruaris amicitia. Tunc ſanctus Ieron reſpondit: Stulta perſuades, & dubia promittis, Derelinque, dicis, Deum factorem, velis nolis, noſtram conſuetudinem, imo omnium ſæculorum & dæmonibus immola, ut & vitæ meæ usque ad ſenectam poſſit eſſe conſultum. Cum omnia ipſe condidit, & quæ ſunt futura, a longe cognoſcit. Dixit autem Præſes, volo, ut mihi dicas, quis ſit ille Deus, quem ſolum omnis creaturæ laude dignum prædicas. Reſpondit vir Dei, ſcriptum eſt: Nolite ſanctum dare canibus, neque mittere margaritas ante porcos, quapropter nunquam tu a me pollutis auribus hauries hujus veritatis notitiam. Quoniam autem ex circumſtantibus quosdam prædeſtinatos ad vitam cognoſco, his prædico ſcire, quæ ſit noſtræ ſumma religionis: Credimus Patrem, ex quo omnis paternitas, &c. Filium ejus & Spiritum S. de quibus pſalmiſta: Verbo Domini coeli firmati ſunt. &c. Ad hæc veræ fidei documenta, lætantibus cunctis Chriſtianis, in aliis virtutum reſonabat fides, & in aliorum mentibus falſorum monumenta pollebant Deorum. &c. At vero Præſes iniquus, ſicut aſpis, incantantis ad vocem obturans aures ſuas, ne injurias Deorum & ſuas loqui audiret illum, jubet eum celerius puniri, cumque ab apparitoribus duceretur, pſallebat. &c. Dum hæc beatus Ieron peroraſſet, a carnificibus diverſis cruciatus tormentorum generibus afflictus. Poſtremo cum confeſſione fidei Chriſtianæ decollatus eſt, martyr Domini præclarus, in æternum victurus, ad patriam coeli ſuſceptus eſt ſexto decimo

cimo Calendas Septembr. &c. Cap. ſeqv. XXXIV. Hollandenſes autem, cernentes crudelitatem Danorum, in magna multitudine congregati, convenerunt ad caſtrum Arindalii ( alii Aurindubii) Regis, videlicet Eſeloer, prope Voeburcht: ibique cum armis & aliis inſtrumentis ad hoc aptatis, ſe defendere tentabant, ſed Deo volente ac permittente, prædicti pagani illud caſtrum bellicoſa manu ceperunt, & duos glorioſos Hollandenſes militès, ſcilicet Dominos Geerlacum & Dibbaldum, cum tota eorum multitudine, ſatis crudeliter pro fide Chriſtiana & patria pugnantibus, occiderunt, caſtrumque jam dictum deſtruentes terræ adæquarunt. Et ex tunc furioſus iſte populus, cum exercitu ſuo veniens etiam Egmondam, Eccleſiam ſancti Confeſſoris Athalberti inibi conſtructam dilapidaverunt. Inſuper & omnia oppida & loca totius Hollandiæ, nolentes prædictos Danos cum pace recipere, & eorum obtemperare voluntati, contrita ſunt ab ipſis, ac in ſolitudinem redacta. Accipientesque ſpolia Hollandiæ in prædam & occidentes omnes maſculos in ore gladii, abduxerunt in captivitatem uxores, & pueros, & diverſa ſpolia. *Et capite ſeq. XXXV.* Dani autem & Norwegiani, ulterius moventes caſtra ſua, deſtruxerunt etiam caſtrum & Dominium de Hoesden, effugato ex eis Roberto, primo Domino de Hoesden. &c. *Et cap. ſeqv. XXXVI.* de tyrannide Danorum: Porro Dani Norwegiani, de quibus ſupra diximus, per fluvium Rheni cum infinitis navibus & armigerorum copiis armipotenter aſcenderunt, & nihil in regionibus illis ſtare permiſerunt, non parcentes ordini, neque ſtatui, aut ſexui. Novimagium, Coloniam, Bonnam, Maguntiam, Aquisgranum & plures alias civitates igne conſumpſerunt, equosque ſuos in palatio Impe-

Geerlacus & Dibbaldus a Danis occiſi.

Variæ urbes a Danis vaſtatæ.

ratoris, ſibi in contemptum, locaverunt, & in regni confuſionem. Cremaverunt etiam Comitatum Iuliacenſem, civitatem Tungrenſem, Trajectum ſuperius & multa alia oppida, ac villas, & civitates atque munitiones, totam Flandriam, Picardiam, præter Brugas & Gandavum. Deinde per mare Britannicum oſtia Ligeris ingreſſi, urbem vulgo Nantes invadunt, & Epiſcopum hujus urbis, ſabbatho Paſchæ baptiſmum celebrantem, trucidarunt, clerum & populum periinunt. In Andegavis Turonem (vulgo Tours) occupant, & ut tempeſtas omnia diruunt, templum etiam St. Martini incendunt. Tandem dedit Dominus gratiam paganis ſic, quod invadendi plures civitates ulterius diſplicuit, & Chriſtiani miraculoſe facti ſunt, ſicut ponitur infra libro ſequenti Cap. XII. *Hinc Libr. VI. cap. I.* de primo Comite Hollandiæ. Fuit autem iſtis diebus in curia Caroli Calvi, Regis Francorum, quidam famoſus Princeps, militari ordine inſignitus, cujus vocabulum erat Theodoricus. &c. &c. Idcirco prælibatus Rex cum intellexiſſet, totam Hollandenſem & Trajectenſem dioecefim crudelitate Danorum vaſtatam eſſe, ob rogatum ſummi Pontificis Ioannis octavi. &c. contulit jam dicto Theodorico totam Hollandiam in Comitatum, cum parte Friſiæ, usque Lavicam fluvium, id eſt, Lauwers in Dominium, ut terram illam eriperet atque defenderet ab incurſu Danorum, qui adhuc Trajectum inhabitabant. &c. *inde Cap. VI.* Eorum igitur Regum auctoritatibus roboratus Theodoricus, Comes Hollandiæ, Zelandiæ & Friſiæ, terminos ſuæ jurisdictionis contra Danorum & Northmannorum, qui Trajectum adhuc inhabitabant, incurſiones, fidelium poteſtate gubernavit. &c. *Et tandem Cap. XII. quo nos ſuperius ablegaverat Auctor,*

Comitatus Holland adverſus Danos inſtitut.

*tor*, de pace facta inter Danos & Chriſtianos. Porro hujus Caroli Simplicis Regis Franciæ potentia & tempore Dani & Northmanni victi ad Chriſtum converſi ſunt, qui multis annis Eccleſiam Dei vaſtaverant. Itaque Gillando datur Comitatus Bliſenſis, id eſt, Boloys, ubi ipſe fuit Comes, ſed Rolloni, Principi Northmanniæ, tradita eſt Gilla, filia Caroli Simplicis præfati, in uxorem & terra Neuſtria, id eſt, Normannia in Francia, illo ſalvo, quod in feudum illam terram Northmanniæ poſſideret a Rege Franciæ, ſcilicet a ſuo principaliori Domino. &c.

Gillando Dano datur Comitatus Bliſenſis.

§. 19. *Ultrajectum a Danis occupatum exſciſumque, ſedemque Epiſcopalem ob illorum incurſiones inde Daventriam translatam, poſtea narrat his verbis:* Quo eodem tempore, (*ſc. circa Ann. DCCCLXXIV.*) non Belgium tantum, ſed imperium pene totum, & maxime qua Oceanum ſpectabat, ingens calamitas invaſit. &c. &c. Atque inde annum circiter, ut habet Stadenſis, octingenteſimum ſeptuageſimum ſextum, ipſo Ludovico vita functo, & jam aut rupta aut neglecta, quæ inter eum & Normannos facta fuerat Sacramenti fide, omnium primos eis & ultra Albim infeſto agmine Saxones invadunt. &c. Hinc perculſa & clade miſerabili affecta Friſia, ad Batavos & Gelros verſi. Ultrajectum incolis pæne vacuum cum oppugnare coepiſſent, facili negotio ceperunt, captumque exſciderunt. Radbodus Epiſcopus, cedens cum ſuis paganorum incurſionibus, Daventriæ ſedem Epiſcopalem poſuit, ibique anathematis gladio incredulos ultus eſt. &c. Alii, quos inter Ordvigum Regneri filium ſunt, qui memorant, per Rhenum ſubeuntes, direpto primum atque incenſo Batavo duro, &c. &c. mox e Belgio in Galliam interiorem reverſi. &c.

Ultrajectum a Danis exciſum, ſedesque Epiſcopalis ob illorum incurſiones inde Daventriam translata nec non Batavum durum per Ordwigum Lodbrochidem incenſum.

Friſii, Batavi & Gelri afflicti.

Radbodus Trajectens. Epiſc. cedit.

Prædatores Dani a Friſiis bis ſuperati, cæſo illorum Duce Rudolpho Lodbrochide.

§. 20. *Danos Prædatores a Friſiis bis ſuperatos, cæſo illorum Duce Rudolpho, Regneri Lobbroch. filio, proxime ſubjungit Autor:* Hoc circiter tempore, quod notant annales Fuldenſium, etiam Rudolphus Normannus, Regnero ſimiliter Rege prognatus, direptis exhauſtisque variis Galliarum partibus, præda dives, cum populatium exercitu, ac claſſe valida, in Friſiam appulit, indictoque ac negato tributo, ad diripiendam vaſtandamque regionem ſe vertit. Sed Friſiis Normanno quodam, qui Chriſtum profeſſus fuerat, ductore, ſecundum Deum freti, ad arma quantocius converſi, graſſantibus ſe objecere, ac prælio commiſſo cæſisque eorum aliquot, tum & Duce ipſo Rudolpho perempto, reliqui reditu ad naves excluſi, & commeatu prohibiti, ad deditionem adacti ſunt. Deditos non ſpoliis modo nudavere, ſed ingenti quoque pecuniæ vi e navibus reportata mulctarunt. Et tandem, ſuaſore eodem Normanno, obſtricti promiſſo per jusjurandum facto, ſe in Friſiam haud unquam redituros dimiſſi ſunt. &c. Et Friſii tum quidem conſilium Ducis ſui ſecuti. At Dani ſive iidem, rupta promiſſi fide, ſive alii eorundem conterranei in occiduam Friſiam impreſſione poſtmodum facta, ab incolis iterum ſuperati, ſpoliis variarum regionum direptione congeſtis, victores locupletarunt. Sed hæ velitares ac tumultuariæ incurſiones, veræque pugnæ, quaſi præludia tum fuerint.

Normannus Chriſtianus Dux Friſiorum contra populares gentiles.

Dani jurant, ſe eo nunquam redituros.

Nova mox Danor. in Friſiam impreſſio.

Neomagus a Danis occupat. binæque illorum ſtrages, altera ad Schaldim cæſo ſimul Hugone, Ludovici Imperatoris filio, altera ad Nordwigam.

§. 21. *Neomagum a Danis occupatum, necato Ivone Epiſcopo, geminasque illorum ſtrages, alteram ad Schaldim, cæſo ſimul Hugone, Ludovici Imperatoris filio, alteram ad Nordwigam, in ſequentibus tradit* Pontanus: Poſtea, *inquit*, juſtis armis & claſſibus in Franciam effuſi, quicquid Sequanam Rhenumque

fluvios

fluvios interjacet, oppida, caſtella, fana, agros, ferro flammaque peſſum dedere (ſc. An. DCCCLXXVII.) Certa eorundem manus, occupato per inſidias Neomago, incendiis ac direptionibus cuncta commiſcuit. Tunc & Ivonem Epiſcopum ex urbe abductum, necique deditum, annales loquuntur. Inde in Friſios vicinos verſis armis, cæde & flammis omnia vaſtata ſunt. Frisia vaſtata. Oppoſuit ſe quidem, qui patri ſucceſſit Ludovicus, ſed levibus prælis haud magnum victoriæ pretium referens. Iuxta Schaldim tamen converſo in eos exercitu, initoque certamine, quinque amplius millia proſtrata memorantur. 5000. Danor. proſtrati. Sed eam victoriam, quam luctuoſam patri Ludovico reddiderit, Hugo filius in prælio deſideratus, ex Reginone, qui pluribus narrat, poteſt intelligi. Ceteri, qui in Friſios, Amaſo ſuperato, ſeſe effuderant, prope Nordam caſtra poſuerunt. Castra Danor. prope Nordam, ſ. Nordwigam. Hanc Norwidam ſive Nordwigam, in proximis oceani locis ſitam, Alberti Stadenſis Chronicon appellat, eique evertendæ totos imminuiſſe adjicit, quamvis alii, & præſertim Hollandici annales recentiores, ad pagum mari vicinum non procul Leyda collocatum, quem Nordwicum indigenæ vocant, potius referendum, ſed perperam exiſtiment. Annales Hollandici notati. Agebat vero tunc temporis Nordæ Reimbertus, Ansgarii Succeſſor, vir illuſtri ob pietatem fama, qui iſtuc ſe contulerat, ut populum ſuæ curæ commiſſum, (erat enim Hamburgenſium non tantum ſed & Bremenſium Antiſtes) tam difficili tempore præſens conſilio juvaret, atque ad conſtantiam & pietatem erga Deum hortaretur. Confluxerat eodem ingens Chriſtianorum multitudo, qui imbellibus ſexu & ætate ſepoſitis, ſemet paratos declarabant, pro patria & religione fortiter pugnando aut vincere, aut morti occumbere. De quibus cum

accepiſſent Normanni, ad eos obterendos quaſi de victoria certi contendunt. Tum Epiſcopus ad concionem vocatos, paucis ſed ſerio admonuit, ut quæ verbis ante magnifici jactaverant, rebus atque opere comprobarent, ſe divino freti auxilio viros præſtarent; præſertim cum ad effugium nec locus nec tempus prope reliqua eſſent. &c. Hinc ad Dei opem implorandam ſingulos cohortatus, precibusque communibus fuſis, bono omine in prælium eos miſit. Normanni non tam ad pugnam, quam ad certiſſimam victoriam venientes, in proximo jam aderant, atque impetu facto, in aciem hoſtilem primi irruebant. Friſii ex adverſo, monitorum Remberti memores, magno auſu patentibus in campis eos exceperunt. Exortumque ingens certamen, Normannis indignantibus, poſt tot facinora editasque ſtrages perpetuum felicium armorum ſuorum curſum, a ruſtica plebe, temere collecta, inhiberi. Friſiis interim pro aris & focis ſumma vi devotisque animis in paganos euntibus. Et tandem facta ingenti ſuorum cæde, cedere loco Normanni coeperunt, ſibique, qua poterant, fuga conſulere. Baro Corbienſis, ejusdem fere ſeculi Scriptor, prodit ad X millia & CCCC in acie, aut prima fuga ferro periiſſe, plurimos etiam in vadorum ac fluminum tranſitu circumventos, occubuiſſe. Hac adorea læti Friſii, ſolennes per omnia delubra Deo gratias agi curarunt, verum ea felicitas haud in longum illis fuit.

S. Rembertus Nordenſes ad Danos profligandos acuit.

Quadringenti ſupra decem millia Danorum fuſi.

Solenne gratiar. in Friſia feſtum.

§. 22. *Danos gemina ſuorum ſtrage exacerbatos, Godefrido & Sigefrido Ducibus, magno mox exercitu excurriſſe, a Ludovico Imperatore Neomagi fruſtra obſeſſos, ſubjungit Idem:* Godefridus & Sigefridus, *inquit*, intellecta ſuorum clade, magno ſtudio

Dani gemina ſuorum ſtrage exacerbati, Godefrido & Sigefrido Ducibus magno mox exercitu excur-

ſtudio magnisque animis, in ultionem exſurrexere, nec Friſiam modo, ſed univerſas Francorum provincias, nomenque Chriſtianum vindictæ deſtinabant. Itaque majore quam unquam antea exercitu coacto, & in naves impoſito, e Dania alacres ſolverunt, maximo ubique adventus ſui fama excitato terrore, Galliamque agmine tripartito per Rhenum, Moſam & Schaldim ſubeuntes, claſſe ſua infertam habuerunt. &c. Atque ex illo tempore Friſiam ſub Danorum conſtitiſſe imperio, præter Alb. Stadenſem, etiam Adamus Bremenſis teſtatum facit. Convenere exinde novæ præterea ex Gallis ſociorum copiæ, quæ præter alia municipia ac loca, etiam Bajorzumam (ubi partem Friſiorum maximam habitaſſe Annales Francorum loquuntur) incendio concremarunt. Atque iſtinc digreſſi, intrato Vahali amne, Noviomago naves applicuere, caſtriſque inibi poſitis, nec non vallo & propugnaculo firmiſſimis, urbe jam antea probe communita, hiemandi ſibi locum in ipſo Regis palatio delegerunt. Rex Lodovicus, his acceptis, exercitum eodem præpropere convertit, arcemque obſidione circumcinxit (ſc. Ann. DCCCLXXXI.) Conſumpti ibi dies aliquot velitationibus utrinque ac levibus initis præliis, ſed parum promotum, cum ob hiemis vehementiam, tum quod ipſum palatium immenſæ molis ac operis ſatis firmi, tutiſſimum obſeſſis præberet munimentum. &c. Lodovicus denique animadvertens, obſidionem hiberno præſertim tempore eſſe difficilem, parumque armis profici, pollicitis Normannorum, qui ſe regni ipſius finibus deceſſuros ſpem injecerant, inductus eſt tandem, ut obſidionem miſſam faceret. Eoque cum copiis omnibus digreſſo, Normanni dum vaſa conclamant, palatium, incendio corrumpunt, ac navibus inſuper

runt, a Ludov. Imp. Neomagi fruſtra obſeſſi.

Ex hoc tempore Friſia Danor. imperio ſubiecta.

Urbs Bajorzuma concremata.

Dani in palatio Noviomagenſi hibernandi locum deligunt.

Obſidentur.

Soluta obſidione, palatium in abeundo incendunt.

regiis igne injecto, per Rheni fluminis oſtia, unde advenerant, recedunt.

Clades Normannici exercitus ad Carbonariam ſilvam Leodii, Trajecti, Tungror. &c. rogo penſata item Caſtellum Brugis contra Danos munitum quod hodieque Burgum appellatur.

§. 23. *Cladem exercitus Normannici ad Carbonariam ſilvam, Leodii, Trajecti, Tungrorum &c. rogo penſatam, in ſequentibus prodit Autor noſter hoc tenore.* Haud levem eodem tempore exercitus ipſorum, circa Carbonariam ſilvam cum Regis nepote Ludovico confligens, cladem incurrerat, amiſſis ex equitatu millenis aliquot. Quam ut repararent militum ſuorum jacturam, inſtauratæ ſunt de novo copiæ, & ſupra quam cuiquam credibile, celerrime auctis manipulis etiam equitibus ſupplementum additum, idque Godefredi maxime & Sigefridi Regum, de quibus modo dictum, auſpiciis ductuque. Con-

Dani in Haslou conſident.

federant hi in loco, qui dicitur Haslou, juxta Moſam flumen, & primo quidem impetu finitima loca, quantum poterant, depopulati, Leodium, Trajectum ac Tungros (ad Moſam hæc omnia ſita) ferro ac flammis exſcindunt. &c. Sigebertus ad an. octingenteſimum octuageſimum ſecundum eandem hanc temporum noctem notans, ita de re tota verba facit: Normanni adjunctis ſibi Danis Franciam & Lotharingiam pervagantes, Ambianum, Atrebates, Corbeiam, Cameracum, Tervennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachatenſium, omnemque circa Schal-

Monaſteria St. Valarici & Richarii cremata. Batavia tota igne vaſtata.

dim fluvium terram, monaſteria Sanctorum Valarici & Richarii ferro & igne devaſtant. Inde Vahalim fluvium ingreſſi, totam Bataviam, Palatium etiam Neomagi incendunt. Eodem anno Godefridus & Sigefridus Reges Normannorum, cum inæſtimabili multitudine juxta Moſam, in loco Haslou conſidentes, Leodium, Trajectum, Tungros, Coloniam Aggripinam, Bonnam cum adjacentibus caſtellis com-

comburunt. Aquis in palatio equos ſtabulantes, oppidum & palatium incendunt. Præterea Monaſterium Stabulaus, Malmundarium, Indam, Prumiam. Huc usque Sigebertus. Et adde Flandriæ Comitem Baldevinum primum emunivisse tum adversus eosdem Brugis caſtellum, quod hodieque Burgum ibi vocatur.

Burgum caſtell. Brugis. Veſtig. incurſ. Normannicæ.

§. 24. *Danos Hasbanii, in Brabantia, a Carolo Craſſo fruſtra obſeſſos, eorumque principem Godefridum, inita pace, cum Giſela, Lotharii Imperatoris nepte, Friſiam dotis loco obtinuiſſe, ſacris Chriſtianis jam addictum, ex eodem* Pontano *diſcimus.*

Dani Hasbanſi in Brabant. a Carolo Craſſo fruſtra obſeſſi, eorumque princeps Godefridus cum Giſela, Lotharii Imperaroris nepte, Friſiam loco dotis obtinet, ſacris Chriſtianis jam addictus.

( Normanni, *inquit*, immenſis eccleſiarum ac urbium ſpoliis manubiiſque locupletati, ad munitiones caſtrorum prope Moſæ flumen, in locum, quem & modo nominavimus, Haslou dictum, ſive ut alii ſcribunt Aſchloham, a Rheno milliaribus XIV diſtantem, quanta poterant celeritate ſeſe receperunt. (DCCCLXXXIII) &c. &c. Carolus (*ſc. Craſſus, qui fratri Ludovico ſucceſſerat*) cum omni exercitu ad fines ac caſtra Normannorum, quibus ſe præſertim Godefridus & Sigefridus, Reges, unacum principibus Vormone (NB. ſc. *Gorm*) & Halſo continebant, occupanda properavit. Sed illi obſidionis in longum ſuſtinendæ ſecuri, Caroli conatus flocci faciebant, utpote commeatu antea proviſo luculenter inſtructi. Jamque ultra duodecimum diem trahebatur obſidio, cum ſtupendum quiddam tam obſeſſis quam obſeſſoribus cælitus objectum. Nam XII Cal. Aug. ſtatim a meridie denſiſſima deſubito oborta caligo caſtra utrimque in totum cooperuit, omniaque fulgure ac tonitru horrendo concuſſit. Quibus inſolitus præterea grandinum globus accedens, non minus miraculo

Godefredus & Sigefredus, Reges Norm. Gormo & Halſo illor. principes.

Inſolitæ molis grandines.


culo

culo, quam pavori, propius inſpectantibus fuit. Erat enim ea ſingularum ratio, ut ſuperficiem non aliarum grandinum more planam & æqualem, ſed vero angulofam & corniculatam præferentes, vix pollice & digito medio comprehendi magnitudo earum potuerit, &c. Quæ & eo formidabiliora ſunt viſa, quod vi ventorum magna murorum pars, apud Normannos disjecta, ruinam tam vaſto hiatu dederit, ut equitum turma per eum, ſervatis ordinibus, intra muros recipi potuiſſet, niſi lorica exterior, qua erat circumquaque munitum oppidum (Asloha nimirum, de quo ſupra. Crantzius Cap. 10. libr. 2. Norveg. appellat Hasban, videturque eſſe Hasbanium, de quo conſulendus Divæus libr. I. Cap. 10. Rer. Brabant.) obſtaculo fuiſſet. Verum nihil æque utroſque fatigabat, quam adultæ ætatis fervor, &c. tum promiſcui hominum equorumque ferro acervatim occumbentium pedores ac cadavera, quibus non ſoli modo, ſed & cœli peſtilentis tabum utrimque exortum, variis ægritudinum malis ac mortibus denique occaſionem præbuit. Carolus igitur aut deſerendum hoſtem, aut paciſcendum cum eo animadvertens, alterum hoc elegit. Itaque datis a ſua parte obſidibus, pactum iniit, idque hiſce conditionibus: ut nimirum Godefredus, Danorum Princeps, cujus validiores erant copiæ, ad Carolum, qui diei itinere caſtris aberat, progrederetur, Chriſto nomen daturus ea lege, ut ipſe mox Imperatori affinis Giſelam, quam alii Ægidiam vocant, Lotharii Imperatoris ex Lothario filio, Italiæ Rege, neptem, uxorem duceret, ac Friſiam provinciam, ſive quod juris aliquam ſpeciem, majorum ſuorum aſpectu in ea habere videretur, ſive quod armis occupatam teneret, in dotem ſervaret, una cum oppidis ac municipiis omnibus-

Muri apud Normannos ventis dejecti.

Peſtis.

Pactum initum certis legibus.

bisque dignitatibus, cujusmodi eas antea Roricus ſive, ut alii, & quidem rectius ſcribunt, Ericus, Daniæ poſtmodum Rex, Lodovici Pii beneficio ibidem uſurpaverat. Atque ita a Caroli provinciis tum ipſe tum ſocii recederent; nec unquam (dum quidem in vivis eſſet Imperator) aut noxam aut detrimentum iisdem inferre animum induceret. His peractis ac jurejurando utrimque firmatis, ipſe Imperator Godefridum, ſacris fidei ac religionis initiatum, e fonte Baptiſterii more Chriſtianorum ſuſcepit, biduumque feſtis epulis mutuisque gratulationibus inſumptum. Ac mox regreſſis e Normannorum propugnaculis, quos Carolus miſerat, obſidibus, Godefredus viciſſim ad ſuos rediret, non ſine ſolenni omniumque benigno applauſu, poſtquam ab Auguſto bis mille octuaginta auri argentique libras dono accepiſſet, honorifice eſt dimiſſus. Sigefrido etiam ac Vormoni, aliisque Normannorum proceribus ſimiliter muneribus gratificatum, indultis auri argentique donariis, quæ de S. Stephani Metenſis aliorumque divorum theſauris ſublata Imperator acceperat, &c.

Ipſe Imperator Godefredum e fonte Baptiſterii ſuſcepit.

Dona magnifica.

§. 25. *De novis Danorum excurſionibus iterum Autor noſter pag. 3. libr. IV.* Normanni Imperatoris edicta parum reveriti, omiſſa Francia, in Lotharingos usque penetrarunt. Eſt in eorum confinio locus annalibus Fuldenſium Lovonnium, ſive, ut nunc ſcribimus, Lovanium dictus. Hic poſitis caſtris, modo in Francos, modo in Germanos excurſiones inſtituere, æque ipſis promptum atque obvium habebatur. Sed Imperator cum valido exercitu tandem accurrens, multis fruſtra tentatis, ſub extremum ad Moſam flumen præcipuam eorum multitu-

Normanni biennio poſt caſtra ad Lovanium metari, cum Carolo Craſſo confligunt, quorum nonnulli Rhenum aſcendentes Duysburgo potiuntur.

Pugna ad Moſam.

titudinem loco idoneo deprehenſam, caſtris ſuis ita circumdedit, ut deditionem facere e re ſua exiſtimaverint, quanquam alii, iique potiores tradant, nec iſtam militiam Craſſo ſatis ex ſententia ceſſiſſe, ideoque fœdere inſtaurato incolumes dimiſiſſe, ac Duces inſuper muneribus maximis proſecutum. Accidit hoc biennio non integro poſt pacem cum iiſdem in caſtris juxta Aſcloam ſancitam. Quo propemodum eodem temporis tractu Normannorum aliqui circa Kinhemum (ubi ut videtur Rhenus medio ore modicum nomine ſuo cuſtodivit alveum, ut verba habent Plinii) in Friſiam e Dania cum claſſe appellant, & connivente Godefredo (cui, ut ante memoratum, in dotem Friſia ceſſerat) Rhenum aſcendunt, ſuamque in poteſtatem redacto Duysburgo, propugnaculum in proximo extruunt, per totum ibi brumæ tempus una cum copiis, in hibernis acturi. In Reginone ad ann. DCCCLXXXIV, locus mendoſe legitur: *Eodem anno Normanni, qui in Chinheim & Danemarcam venerant, aſſentiente Godefredo, Rhenum navigio aſcendunt.* Cum legendum: ex Danemarca.

Dubio eventu.

Claſſis nova Danor. in Friſ. appellit.

Reginonis lectio emendata.

Prælium inter Danos Sigfrido Duce & Comites Flandriæ Arnulphum & Adulphum ad Falcobergam nec non Comitum Giſnenſium ſeu Guineſiorum ab hoc Sigfrido origo.

§. 26. *De prælio inter Danos, Sigfrido Duce, & Comites Flandriæ, Arnulphum & Adulphum, ad Falcobergam commiſſo, Comitumque Giſnenſium ſ. Guineſiorum a Sigfrido Dano origine ſequentia notat* Pontanus *Libr. V. p. 129.* Nec dum circa hæc tempora Dani, accerſitis identidem domo auxiliis, littora Francorum infeſta habere deſierant. Et duxerat quidem in illos Rodulphus, Rex Burgundionum, Comitesque Flandriæ, Arnulphus & Adulphus, qui ad Falcobergam, commiſſo prælio, victoriam quidem ab eis, ſed haud incruentam retulere. Dum tandem an-

no

no DCCCCXXVIII, ut notat accurate Mejerus, iidem, Sifrido Duce, facta in oram maritimam Morinorum impreſſione, Giſnas oppidum ibi captum, Comite Arnulpho inconſulto, duplici foſſa cingunt, ac mox, pace ſancita, idem ab Arnulpho cum tota adjacente regione poſſidendum impetrant. Verum haud multo poſt, cum Eſtrudem Arnulphi filiam vi rapuiſſet Sifridus, bellum de novo exortum eſt, Arnulphusque, contracto raptim milite, Sifridum petit. Qui, cum reſiſtendo non eſſet, nec haberet, qui auxiliarentur, ad ultimam neceſſitatem confugit, ac manu ſibi fortiter illata, iram ac minas inimici evaſit. Eſtrudis vero, impleto utero, peperit exinde Adulphum, qui avo concedente, primus eſt factus Comes Gisnenſium (Comes Guineſiorum eſt in Mercantio, qui & Guineſam oppidum non Giſnas vocat). Hic Sifridus an idem ſit, quem ſupra Godefridi Regis commilitonem ac ſocium diximus, quemque Friſii annales in Friſia occubuiſſe exiſtimant, an vero ab illo diverſus habendus, diſpiciendum aliis.

Giſnæ a Danis occupatæ & munitæ.

Sigfridus filiam Arnulphi rapit.

Vitam ſibi ipſi eripit.

Filius Sigfridi primus Comes Giſnenſis.

§. 27. *Domitos tandem, immenſa illorum ſtrage edita, ab Arnulpho Imperatore Normannos, in ſequentibus commemorat* Pontanus, *qui poſtquam pag. 112. narraverit, truncatum ab Eberhardo Comite Saxonico Godefredum, in loco, qui dicitur Herispich, circa initium agri Batavici, ubi Rheni ac Vahalis fluenta uno ſe alveo reſolvunt, longiusque mox in diverſa bifariam diſpertito curſu labentes, Bataviam gurgitibus ſuis hinc inde circumcingunt, rurſus pag. 113. ita inſit.* Normanni haud leviter his offenſi atque irritati, Duce Sigefrido, Godefridi, ut ante memoratum, commilitone ac ſocio, circa Lovanium caſtra

Godefredus Danus, Friſiæ feudum tenens nefarie truncatus, Normannique poſt inſignem victoriam tandem immenſa ſuorum ſtrage ab Arnulpho Imp. domiti juxta Lovanium.

caſtra poſuerunt. Ubi cum aliquamdiu conſediſſent, nec armis Craſſi dimoveri loco poſſent, inſtructis copiis, quas ultra triginta armorum millia fuiſſe chronologi referunt, Lutetiam Pariſiorum perrexerunt, eamque obſeſſam oppugnationibus premere ac fatigare aggreſſi ſunt. *Et multis interjectis, pag. 114.* Arnulphus, quem Craſſo ſucceſſiſſe diximus, maximis copiis inſtructum exercitum in adverſum mittit, ac fixis ad Moſæ ripam tentoriis, tranſitu fluminis Normannos prohibere annititur. Verum illi haud procul Leodio, cum nondum omnes ad præſtitutum caſtris locum Cæſarianæ adveniſſent copiæ, Moſam transmittunt. &c. &c. Inde concrepantibus ex more pharetris, ſublatoque baritu, prælium committitur. Equites Normannorum audito clamore, quam celerrime atque expediti advolant, inſtantque animoſe. Ac mox ingraveſcente certamine, Imperatoris exercitus terga cœpit vertere, ſibique fuga, quantum licuit, conſulere. Præter nobilium turmam, qui eo in conflictu plurimus cecidit, etiam Epiſcopus Moguntinenſis, nec non Arnulphus & Zunſo Comites, occubuere. Normanni victoria potiti, caſtra rebus omnibus referta invadunt ac diripiunt. Sicque onerati opimis ſpoliis, ac trucidatis, quos in bello ceperant, ad claſſem redeunt. Hanc cladem ad VI Kal. Jul. anni octingenteſimi nonageſimi primi refert Regino, Sigebertus vero, ut ante poſitum, quadriennio poſt factum computat. *Et poſt nonnulla:* Interea accepta a Normannis ſuperiori clade, Imperator Arnulphus tot ſuorum jactura turbatus, tum & ignominiæ magnitudine perculſus, apud ſuos cum gemitu querelam deponit. Inde iram atque indignationem in virtutem vertens, hoſtem invadere de novo parat, collectoque ex Orientalibus regnis

Exerc. Norm. 30000. milit. Lutetia obſeſſa.

Prælium acre.

Cæſareani fugiunt.

Epiſcopus Moguntinenſis cæſus & duo Comites.

exer-

exercitu, Rhenum transmittit, ac caſtra haud procul Moſæ ripis metatur. Normanni pugnæ prioris ſucceſſu adhuc feroces, ad prædas agendas pro more excurſiones inſtituunt. Quibus ut obviam iretur, Rex Arnulphus cum expedita & levis armaturæ manu in procinctum feſtinat. Illi animadverſo acies appropinquare, prope fluvium, qui Thilia dicitur, juxta Lovanium oppidum, ſepibus ac vallo ſe communiunt, conviciisque & cachinnis imperiale agmen, ut ſolent inter ſe milites, inceſſunt, identidem ingeminantes, ut reminiſcerentur Guliæ, turpiſque fugæ ac ſtragis, quam ibi pertuliſſent, ſimiliaque nunc ipſis interminantes. Imperator hiſce commotus, ac videns hoſtem flumine ac palude clauſum, nec in equis facile invadi poſſe, jubet omnes dimittere equos, ac hoſtem in receſſu ac latebris ſuis conſiſtentem, pedeſtri congreſſione invadere. Et illi quidem dum juſſa faciunt, haud ſegnius etiam Danus pro ſalute arma expedit, ordines inſtituit, ſubſidiis firmat, tot jam antecedentibus adoreis haud parum animoſus & ferox. Fitque deſubito concurſus, impelluntque atque impelluntur utrimque. Cædes, gemitus, clamor miſcentur: hæretque diu ambigua atque anceps victoria, donec tandem ita cæſi, ut ex innumerabili multitudine vix eſſet, qui ad claſſem nuncium reportaret, ut refert Regino, qui illa tempeſtate ſuperſtes claruit. Et addit Fuldenſe Chronicon, pleroſque dum fuga ſibi conſulere ſtudent, adeo confertim flumine merſos, ut cadaveribus interceptus alveus, ſiccus appareret: cæſoſque ex Regibus Sigefridum & Godefredum. Quod & Abbas quoque Stadenſis notat. Sed de fide utriusque jure ambigi poteſt. Nam de Sigefrido fortaſſis ut concedam, de Godefredo, Lotharii genero, quomodo

Normanni Cæſareanos ſarcaſmis proſecuti, exprobrata priori fuga ac clade.

Conflictus acerrimus.

Victoria diu ambigua.

Ingens Normannorum ſtrages.

Thilia flumen cadaveribus refertum.

Error Chronici Fuldenſis &c.

do concedi aut verum id eſſe poteſt. Godefredum enim in Batava inſula dolo Ducis Henrici, (*NB. qui Eberbardum Comitem ad cadem Godefredi acuebat*) jam ante interfectum, fide Reginonis, aliorumque idem accurate referentium, modo memoravimus. Et accedunt Friſonum annales, qui teſtantur, tacentibus licet Francorum Chronologis, etiam Sigefridum, Godefredi ſocium, ac necis vindicem, cum tota æſtate Franciam afflixiſſet, ſub autumnum in Friſiam celeriter regreſſum, ſive ut tumultuantem a morte Godefridi præſens compeſceret, ſive ut hibernorum ſedem quietam eam haberet, ibique (quam vere neſcio) ferro peremptum occubuiſſe. Eſt præterea apud Chronographos in annorum computu non levis hic diſſenſus. Siquidem Abbas Urſpergenſis in annum nonageſimum ſupra octingenteſimum hanc cladem rejicit. Alii, (in quibus Regino Fuldenſibus annalibus ſubſcribens) annum unum adjiciunt, ut nimirum eodem, quo ſuperior illa ſtrages, anno contigerit. Sigebertus vero toto poſt quadriennio eveniſſe videri cupit. Cui annorum ſummæ integrum pæne octennium detrahit inſuper Marcanus Scotus, in ann. ſcilicet DCCCLXXXVII. referens. &c. Et denique ut maximam (qualis revera fuit) victoriam hanc iidem concinnent chronologi, adjiciunt plerique, eam unius tantum capitis jactura Chriſtianis conſtitiſſe, cum a parte paganorum centena millia occidione occiſa ſint. Sed ego hoc loco Reginonem potius ſequendum putavi, qui innumerabilem multitudinem dixiſſe ſatis habuit, accedentibus quoque Fuldenſium annalibus, qui dure aſpereque admodum, hoc eſt ancipiti marte, a paganis decertatum innuunt. In quibus & Danicæ gentis tale extat elogium: Erat ibi gens fortiſſima Danorum,

Sigefridus Danus in Friſia peremptus.

Calculi Chronologorum diſcrepant.

Fabula unius tantum capitis jacturæ ſteciſſe hanc victoriam.

Elogium fortitudinis Danicæ.

norum, quæ nunquam antea in aliqua munitione aut capta, aut ſuperata auditur,, ut nimirum hæc Danorum illis temporibus quaſi propria laus fuerit, locorum præſidia ac munitiones cum cura ac fide adverſus vim hoſtilem tueri ac defendere. Atque ita fuſi fugatique tandem hac clade Dani, qui reliqui erant, trans mare ſe réceperunt. &c.

§. 28. *Devolvimur jam ad Rollonis Pedeſtris, primi Normanniæ Gallicæ Ducis, per Belgium Friſiamque geſta, quæ ita a* Pontano *deſcribuntur libr. IV. pag. 116. ad Ann. DCCCCI.* Et videbatur jam quaſi extincta illis in oris, una cum nomine, univerſa Danorum Normannorumque natio, niſi ſexennio poſt Rollo, ingentis animi ac ſpiritus vir, de novo motis armis collapſas popularium res felici ſucceſſu reſtituiſſet. Is enim illuſtri natalium ſplendore inter ſuos conſpicuus, ſed ob factiones inteſtinas minus domi tutus, tum & gloria majorum, nec non dolore ex recenti gentilium ſuorum clade incitatus, adeoque novarum ſedium parandarum percupidus, inſtructiſſima cum claſſe e Dania in altum provectus eſt: Et primum quidem, vel conſulto, vel vi ventorum delatus in Angliam. &c. Actis ibi hibernis, auctusque novis copiis, primo ſtatim vere claſſem ad Franciæ littora deſtinavit, ſomnio, ut volunt, monitus, quo laborum ei requies ac tranquilla ſedes ejus in regni maritimis partibus portendebatur. Cujus ſpei fiducia plenus, datis vento velis, ſed tempeſtate deſubito exorta, præſtitutum ſibi ab initio curſum neque tenere, neque exſequi potuit. Itaque fluctibus obſequens, in Valachriam, Zelandiæ inſulam, rejectus, cum deſcendere cum ſuis in terram vellet, ab inſulanis prohibitus, ferro viam muniit, inſulamque ſuæ po-

Rollonis Pedeſtris per Belgium & Friſiam geſta.

In Valachriam Zelandorum inſ. appellit. Ferro viam ſibi aperit.

poteſtatis fecit. Verum ubi diutiùs, quam par videbatur, moram cum exercitu ac claſſe trahit, veriti Valachrienſes, ne ſedes ibi perpetuas figere ac firmare in animum induceret, ad eum majore vi, atque omni modo adoriendum inſulaque exturbandum, fidem atque auxilia circumquaque vicinorum ſociorumque principum implorare inſtituunt. Inter primos, & qui ſitu regionis erat proximus, advenit Reinerus Longicollus, Basbacenſium Dux, eumque ſecutus mox Radbodus Friſiæ gentis princeps. Hi conjunctis in unum exercitibus, magno utrinque animorum robore Rollonem aggrediuntur. Sed Rollo pro præda, gloria ac dominatu depugnans, ſuperior evaſit; quamvis ex adverſo inſulani pro libertate, proque aris & focis haud ſegniter rem gererent. Rollo victoriæ compos, & ipſo ſucceſſu, ut fieri ſolet, animoſior, occupata in totum Valachria, præſidiisque locatis, expedita cum manu in Friſiam ducit, Radbodo æquiſſima talionis lege arma, quæ ſibi in alieno ſolo intulerat, in ſuo repoſiturus. Friſii cum in ſe verti aciem viderent, ipſi quoque alacriter ad excipiendum Normannum procedunt, partim ſua ſponte, partim exhortationibus Ducis, atque exemplo magis magisque ad defendendam patriàm excitati. Idque animadvertens Rollo, arte potius quam Marte aperto agendum ſibi exiſtimavit. Quocirca ut primos Friſiorum aſſultus ſtropha aliqua declinaret, ſuos in genua ſubſidere, ſublatisque ſupra caput clypeis, ad excipienda hoſtium tela quietos eſſe atque immobiles jubet. Quod cum cernerent Friſii, diffidentiæ ac pavoris indicium ſiniſtre id rati, animoſo quidem ſed temerario auſu, magnoque ſuo malo propius ſe inferre cœperunt. Idque ubi fieret, viriliter obnitentes Dani, ac ſigno confeſtim dato, omnes

Reinerus Longicollus & Radbodus Rollonem adorti.

Rollo victor. Univerſa Valachria occupata.

Rollo in Friſiam movet.

Stratagema Rollonis.

extemplo corpore erecti, terga tandem Friſios dare, ſibique victoriam relinquere pulcherrimam, adegerunt. Tum Rollo fortunam urgens, haud ante perſequendi inſtandique perculſis finem fecit, quam legibus a victore acceptis, ingens viritim vectigal penderent. Sicque opima præda magnoque cenſu onuſtus, cum ſuis e Friſia, nullo ibi relicto præſidio, deceſſit. Alio enim feſtinabat, & ipſum quoque Reinerum, Basbacenſem ducem, bello perſequendum, & ad imperata cogendum animo cogitabat. Quapropter victrice claſſe Schaldis oſtia ſubiens, terramque infeſtans luſoriis aliquot pugnis, de induſtria ſubdole laceſſitum ex inſidiis intercipit, ſibique mira comitate ac beneficentia, cum perdere captivum poſſet, Dux providus ac circumſpectus, ex hoſte amicum ac fœderatum efficit, Africani Scipionis exemplum hoc ipſo æmulatus. &c.

Victoria Rollonis & ingens vectigal.

Reinerum Longicollum intercipit.

Ex captivo fœderatum ac amicum efficit.

*Cum vero hic ultima vice de Rollone nobis agatur, ſubjungendas duximus ſequentes tabulas genealogicas, quæ ſuperius Tomo I. Cap. 4. ubi Perſonalium ejus præcipua ſedes eſt, commodiori loco forent adducendæ, demonſtraturas nempe, binas easdemque præcellentiſſimas, quæ hodie florent, Europæi orbis regnatrices Domus, Imperatoriam puta ac Gallicanam, ab hoc noſtro tam illuſtri cive deſcendere.*

## TAB. I.

Rollo, Dux primus Normanniæ.
Vilhelmus, Dux Normanniæ.
Richardus I. Dux Normanniæ.
Richardus II. Dux Normanniæ.
Adeliſa, nupta Rainaldo I. Comiti Burgundiæ.
Vilhelmus II. Comes Burg.
Stephanus, Comes Burg.
Rainaldus III. Comes Burgundiæ.
Beatrix, nupta Imperatori Frid. Barbaroſſæ.
Otto I. Comes Pal. Burgundiæ.
Beatrix, nupta Ottoni II. Com. Pal.
Aliſa, nupta Hugoni de Challon, ejusdem ſtirpis.
Othelinus, Com. Pal. Burg.
Johanna, nupta Philippo V. cogn. Longo, Gall. R.
Margareta, nupta Ludov. II. in Flandr. ab Eleonora deſcendenti.
Ludovicus III. Com. Flandr.
Margareta, Flandrica, nupta Philipp. Audaci in Burg.
Johannes Intrepidus, Dux Burg.
Philippus Bonus, Dux Burg.
Carolus Audax, Dux Burg.
Maria, nupta Imper. Maximiliano I.
Philippus Auſtriacus. Cujus Conjux Johanna filia Ferdinandi Reg. Hiſp.
Ferdinandus I. Imperator Rom.
Carolus, Archidux Auſtr.
Ferdinandus II. Imp. Rom.
Ferdinandus III. Imp. Rom.
Leopoldus, Imp. Rom.
Carolus VI. Imperator hodiernus.

## TAB. II.

Rollo, primus Dux Normanniæ.
Vilhelmus, Dux Normanniæ.
Richardus I. Dux Normann.
Richardus II. Dux Normann.

Eleonora, nupta Balduino IV. in Flandria.
Balduinus V. Com. Flandr.
Balduinus VI. Com. Flandr.
Balduinus I. Com. Hannoniæ.
Balduinus II. Com. Hannon.
Balduinus III. Com. Hannon.
Balduinus IV. Com. Hannon.
Isabella, nupta Philippo II. Gall. Reg.
Ludovicus VIII. Rex Gall.
Ludovicus IX. Rex Gall.
Robertus, Comes de Clermont, a quo Domus Bourbon deſcendit.

Adeliſa, nupta Rainaldo I. in Burg.
Sibylla, nupta Henrico, Com. Burgundiæ.
Eudo I. Dux Burgundiæ.
Hugo II. Dux Burgund.
Eudo II. Dux Burgund.
Hugo III. Dux Burgund.
Eudo III. Dux Burgund.
Hugo IV. Dux Burgund.
Johannes. Cujus Conjux Agnes, hæres Bourbon.
Beatrix. Cujus Conjux, Robertus, Comes de Clermont.

Ludovicus, Dux de Bourbon.
Jacobus, Com. de la Marche.
Johannes, Com. de la Marche.
Ludovicus, Comes de Vendome.
Johannes, Comes de Vendome.
Franciſcus, Comes de Vendome.
Carolus, Dux de Vendome.
Antonius, Dux de Vendome.
Henricus IV. Magnus, Rex Gall.
Ludovicus XIII. Rex Gall.
Ludovicus XIV. Rex Gall.
Ludovicus Delphinus.
Ludovicus Delphinus.
Ludovicus XV. Rex Galliæ hodiernus.

*Linea hac genealogica in innumeros diffunditur ejusdem proſapiæ ramos, in eandem breviori vel longiori gyro denuo redeuntes ſtirpem, ut taceam diverſas, queis ultimis hiſce temporibus domus Bourb. Hiſpan. Auſtriac. Savoy. coaluere, conjunctiones, quæ omnes diverſis lineis ab eodem Rollone deſcendunt. Obſervandum præterea, ſorores iſtas hic memoratas, Adeliſam & Eleonoram, habuiſſe matrem Eſtritam nomine, Svenonis, cogn. Barbâ furcatæ, Dan. Regis filiam, & Gormonis, Dan. Regis, ex filio neptem, adeo, ut hac linea utrinque conſiderata, ſit Danici generis. Nec non Rainaldum I. Com. Burg., cui Adeliſa, Richardi filia nupſit, a Regia Longobardorum familia recta linea deſcendere, adeo ut bina illæ emigrationes Danica, Longobardica & Normannica hic coaleſcant.*

Nuptiæ Gunildæ, Canuti M. filiæ cum Henr. III. poſtea Imp. Neomagi celebratæ ipſiusque Gunildæ Monument. ſepulchrale Brugis in Eccl. S. Donatiani extans.

§. 29. *De Gunilda, Canuti Magni, Angliæ & Dan. Regis, filiæ, contractis Neomagi cum Henrico Tertio, poſtea Imperatore, nuptiis, ejusque ſepultura, Brugis, in Eccleſia S. Donatiani; ita loquitur* Pontanus *Libr. V. pag. 157.* Canutus cum eſſet, ut diximus, in Italia, & Imp. Cunrado familiariter & multum uteretur, accidit, ut præter cetera modo memorata, de nuptiis quoque inter Henricum III. Imp. filium, & Gunildam, ex Emma genitam, Canuti filiam, contrahendis ageretur. Quæ & pactæ exinde & celebratæ, ut volunt, in inferiori Germania, Neomagi ſunt, ingenti magnificentia. Cujus lætiſſimi Connubii æram referunt chronologorum plerique ad annum MXXXVI, quamvis nec deſint, qui anno minus numerent. Et ſunt quoque, qui tradunt, Imp. reſignaſſe tum ſimul Regi Canuto jus, quod haberet in terris Holſatiæ & Daniæ conterminis. Ex

ea

ea haud multo poſt Cæſar, Saxone atteſtante, filium ſuſcepit, æque fortuna ac nomine Magnum. Poſtmodum, ut ſolet fere gaudia mœror conſequi, calumniis malevoli cujusdam, coram Imp. accuſata adulterii, cum ſe judicio candentis ferri, ut tum erat moris, marito purgaſſet, nec tamen vel ei, aut calumniatori, ſatisfactum videretur, ſubmiſit in duellum, ſuo nomine adoleſcentulum, quem ſecum domo adduxerat. Hic, Deo innocentiæ vindice, vicit ac proſtravit accuſatorem, giganteæ ſtaturæ ac roboris hominem, ipſe pæne puer ac pumilio. Et licet iſtis indiciis ac teſtimoniis Henricum placaſſet, animoque ejus omnem quodammodo exemiſſet ſcrupulum, tamen offenſa tam pertinaci mariti ſuſpicione, miſit illi libellum divortii, ſeceſſitque ad Balduinum Pium, Flandriæ Comitem, qui tum Brugis, ut plurimum agebat. Apud eum quamdiu vixit, ſplendide ac regali cultu eſt ſuſtentata, utpote cui ſanguine erat conjunctiſſima. Poſt obitum, qui incidit in annum MXLIII, in urbe Brugenſium ſepulturæ locum accepit in Eccleſia S. Donatiani, quam collegiatam vocant, a latere oſtii borealis. Multa cum vivens, tum moriens eidem Canonico ſodalitio teſtamento donaſſe legitur, in quibus fuerunt Auguſtalis corona, multique optimorum auctorum libri, magno ſumptu deſcripti, qui fere jam perierunt, unico ipſius ſervato pſalterio lingua Danica, quemadmodum ex actis illius, quam dixi, eccleſiæ, memoriæ prodidit vir Clariſſimus Antonius Schoonhovius ibidem olim Canonicus. Mejerus inſuper, rerum Flandricarum clarus Scriptor, de eadem ad annum MCCCLXXXIX. hæc interſerit: Brugis, cum templum Divi Donatiani vetuſtate ſua pene corrueret, vendita eſt pretioſa auri & argenti ſupellex pro tem-

Gunilda adulterii accuſata, candente ferro & duello ſe innocentem probat.

Divortium.

Brugas ſe confert.

Obitus.

Munificentia ejus in Colleg. Canon.

Inter libros Gunildæ fuit Pſalterium Danicum.

pli reparatione, quam olim Eccleſiæ dederat Gunnildis Auguſta, uxor Henrici Imperatoris, filii Conradi, quæ nupſerat illi, anno ſalutis MXXXVI. filia Canuti, Regis Danemarchiæ & Angliæ, ex Emma ſorore, Richardi Ducis Normanniæ, quæ quidem Gunildis Brugis obiit ſub annum Domini MXLIII. ut alibi fuſius per Dei gratiam explicabimus. Sepulta eſt ad Donatiani, juxta oſtium ſeptentrionale templi, ubi nunc viſitur imago beatæ Mariæ, ejus ſuperimpoſita monumento. Polydorus in rebus Angliæ, & Cuſpinianus in Cæſare Henrico, Gulielmus item Malmesburienſis in hiſtoria Angliæ, aliique ſcriptores mentionem de ea faciunt: ſed nemo omnium, quo devenerit, vel ubi ſepulta ſit, noviſſe videtur. Venit enim ad conſanguineum ſuum Balduinum Pium, Comitem Flandriæ, poſtquam injuſte a marito accuſata adulterii, juſtum per duellum innocentiam ſuam defendiſſet, repudiumque injuſto marito miſiſſet. *Hæc ex Mejero adduxit* Pontanus, *nos ex eodem Mejeri loco ſequentia adſcribamus:* Quidam enim ex ejus miniſtris, Anglus origine, adhuc pene puer, accuſatorem ejus, giganteæ ſtaturæ bellatorem, Deo volente, duello interfecit, ut Scriptores affatim teſtantur. Duxit autem poſt hanc Henricus uxorem Agnem, filiam Gulielmi, Comitis Pictavorum in Galliis. Obiit Gunildis Brugis XII Calend. Sept. quo die ſolenniter fiunt quotannis anniverſariæ ejus exequiæ. Vixit in caſtro Brugenſi, juxta templum divi Donatiani, ubi totam ſe religioni dedidit. Nulla adhuc Brugis erant monaſteria, nec virorum, nec mulierum, nec Eccleſiæ regularis diſciplinæ, præter unam Divi Donatiani. Reliquit Eccleſiæ inter alia pſalterium, quod & hodie vocamus pſalterium Gunnildis, Latinum quidem, ſed cum enarrationibus

Imago Deiparæ monumento ejus ſuperimpoſita.

Anniverſariæ ejus exequiæ Brugis.

lingua

linguæ Saxonicæ, quos hic nemo ſatis intelligit. Polydorus ſcribit Gonnilda, ſed alii fere omnes Gunnildis per ultimam vocalem, non penultimam. *Hæc* Mejerus. *Habetur ejus Epitaphium in Miræi Notitia Eccleſ. Belgicæ, (quæ in præſentiarum non eſt ad manum) prout obſervavit Cel. Th.* Bartholinus, *Th. Filius, in Adverſariis MSS. in Bibliotheca Acad. Havn. aſſervatis, ubi obitum ejus refert ad ann.* 1044. Epitaphium ejus ubi quærendum.

Epitaphium, *inquit*, Cunihildis, ſeu Gunildæ, Canuti Magni filiæ, Henrici III. Conjugis, Brugis in Flandria hoc anno mortuæ, & ad St. Donatianum ſepultæ, in quo epitaphio eſt mentio injuriæ graviſſimæ, ipſi a marito illatæ, habet Miræus Notit. Eccleſ. Belg. c. 87. p. 165.

*Sunt, qui eam, repudiato marito, Monaſterio cuidam ſe incluſiſſe ſcribunt. Quod attinet filium, quem Imperatori peperiſſe dicitur, unde multæ in Germania familiæ deſcenderunt, ita* Henricus Ernſtius, *in Not. ad Geneal. & Ser. Reg. Dan. ex Codd. Laudunenſi erut. Soræ 1646. p. 68.* Nonnullis Sanctimonialis facta dicitur.

Accedit, quod Cunigunda noſtra (*ita variis Scriptoribus audit Gunnilda*) Henrico filium peperit Magnum, quem Saxo Gr. autorem atque Principem facit multarum familiarum in Germania. De quo tamen mea quidem ſententia recte dubitat Lyſchander pag. 202. An Imperatori filium pepererit multarum in Germania familiarum auctorem?

§. 30. *Osbernum, Svenonis Eſtrithii, Daniæ Regis fratrem, duxiſſe viduam Balduini, Flandriæ Comitis, obſervat* Pontanus *Libr. V. pag. 190. ubi poſt enarratam expeditionem Anglicanam, ductu Osberni ſuſceptam, qui, quod pecunia corruptus, ex Anglia re in-*

*ſecta diſceſſiſſet, in exilium actus eſt, ita loquitur:* Hunc Osbernum, *inquit*, cum Annales Anglici Comitem appellent, non videatur a temporum æra alienum, ſi eum fuiſſe dicamus, cui ſub nomine Gulielmi Osberni Normanni, nupſiſſe exinde Richildam, Balduini Flandriæ Comitis viduam, annales Flandriæ teſtantur. Nam & cæſum eum a Roberto circa ann. MLXXI, Mejerus injicit, Riſchildis novum maritum vocans.

De Osberno, Svenon. Eſtr. Dan. Reg. fratre, qui duxit viduam Balduini Flandriæ Comitis ſub nomine Gulielmi Osberni Normanni.

De Ethela Roberti cognom. Freſonis Flandriæ Comit. fil. S. Canuti Dan. Reg. & Martyr. vidua, in Flandriam regreſſa, quo ad Coenob. S. Petri Gandavi mariti oſſa ſecum raptare ſtatuerat.

§. 31. *De Adela ſ. Ethela S. Canuti, Daniæ Regis & Martyris vidua, ex Flandria oriunda, eoque poſt fata Mariti regreſſa, quo beati conjugis oſſa ſecum raptare conſtituerat, miraculo, ut fertur, impedita, iſthæc habe.* Iohannes Meurſius *Hiſt. Dan. libr. IV. pag. 63.* Ethelam uxorem ducit, Roberti Flandriæ Comitis, filiam: *Et pag. 66.* Ethela vero, conjugis Canuti cæde nuntiata, uti pridem is mandaverat, Carolum filium ſecum trahens, Flandriam petit, & ad patrem ſeſe confert. Filias in Dania relinquit duas: hanc Ingertham, alteram Cæciliam dictam, & Ingertha poſt Fulconi, viro in Svecia nobiliſſimo, a quo Folchungorum genus, elocata, Benedictum ac Canutum filios enixa fuit, at Cæcilia nupta Erico, Oſtro-Gothiæ præfecto, Canutum alterum peperit & Benedictum. Ælnothus, *Monachus Anglus, in Vita S. Canuti, quam notis illuſtratam Hafniæ 1631. edidit laudatus* Meurſius *Cap. VIII.* Imperatorii generis nobiliſſimam ſibi conjugem elegit, quam inſigni honorificentia ex occidentalibus oris advectam, ſecundum nominis ejus æſtimationem, quæ Ethela, id eſt nobilis, dicebatur, nobiliter excipiens. *Cap. XXXII. pag. 67.* Venerabilis vero Deo dilecti Regis & prudentiſſima conjux, inter preſſuras imminentes animi nobilita-

tem

tem vultu prætendens, & de ſe, ſituque ſuo admodum proſpiciens, Canuti conjugis jam pretioſa membra, a ſtrepitu incurſantium hactenus perſequutorum eripere, & ſecum ad nativos ſibi terminos, Gandavos ſcilicet, Coenobio Blandinienſi, Apoſtolorum Principi conſecrato, advecta, honore decenti diſponebat recondere. Omnibus igitur diſpoſitis, & opportunis ad hæc peragenda utenſilibus acquiſitis, baſilicam, in qua jam nuper humatus ſervabatur, nocturna cum ſuis aggreditur; quæ propoſuerat perficere; & ad locum, ut autumabat, eminentiorem, corpus nobile deſiderans advehere. Liminibus itaque reſeratis, illisque introgreſſis, ante mediam fere noctis horam, lux emiſſa coelitus omnes eccleſiæ angulos replevit; ac, veluti meridiani ſolis ſplendore, tam atrium, quam & vicina quæque clariſſime perluſtravit. Metus quoque non minimus reginam venerabilem, comitesque perculit, & ne propoſitis inſiſterent, accreſcentis ſplendoris admiratione, ſimul & pavore detinuit. Cuncta enim diſponentis providentia, quæ locum eundem pretioſitate martyrii ejus inſigniri decreverat, patrocinio illius orbari, talibus oſtenſis indiciis, non ſinebat. Porro Regina prudentiſſima, ſagaci induſtria divina perpendens magnalia, licet tanti conjugis moeſta maneret diſſidio, tam perſpicui tamen prodigii gratulatur indicio, jam ſe confidens, advocatum apud Deum habere, cujus hoc ſignum ſanctitatis intelligebat exiſtere. Divinis itaque virtutibus cedens, & miſericordiæ ſempiternæ, debitas vultu demiſſo grates, jam cernua reddens, læta ſimul & anxia.

*Miraculo a propoſito dimovetur Ethela.*

Conjugis ad tumulum nobilis proſternitur, ipſum
Crebris perfundens profuſis fletibus humum. &c.

Lacri-

Lacrimis quoque ibidem largiter profuſis, & gaudio moerore mixto perfuſa, ſurrexit, ac cruce ſacrata, pariterque ſacris verendis, declinata facie, genibusque flexis, ſæpius reſalutatis, &c. ſui quondam Canuti chariſſima pignora relinquens, præſentia tandem non mente receſſit. *Ubi* Meurſius *in Notis:* Ethela ſ. Canuti uxor, poſt maritum interfectum, in Flandriam reverſa eſt. Memorant rem iſtam Saxo libr. XI. Gualterus Tarvanenſis in Vita S. Caroli, Cap. II. Regina vero, inquit, (Adela) in Flandriam reverſa, ibique aliquanto tempore morata, memorato Duci Rogerio (ſc. Apuliæ) a parentibus eſt nuptum data, & Iohannes a Leudis Chron. Belg. libr. XII. Cap. V. *Verba Saxonis hæc ſunt: l. c.* Nuptias circumſpiciens, finitimaque conjugia obſcura, & dignitate ſua minora reputans, præfecti Flandriæ, Roberti filiam Ethlam, in matrimonium advocavit, ex qua filius ei Carolus obvenit. Et poſtea: hæc audiens Regina, patriam cum filio impubere repetit, geminis poſt ſe relictis filiabus. &c. &c. Ælnothus *porro de hac Regina Cap. XXXIV.* Regina etiam prudenti uſa conſilio, prudentiſſima videlicet Ethla, ejus hactenus, ut prætulimus, conjux nobiliſſima, jam ultra Italiæ terminos, Rogerii, Appulienſium Ducis illuſtriſſimi, thalami comes effecta, tantis & adeo deſideratis, de chariſſimo quondam conjuge rumoribus auditis, ſuper bonorum auctori debita referens, pretioſa dilecti ſui pignora, pretioſis tranſmiſſis donis, adornat. *Ad quæ* Meurſius *in not.* Ethlam, ſive Adelam, aut Adeſiam (nam ita varie nominatur) poſt occiſum Canutum, Rogerio, Apuliæ Duci, nuptam fuiſſe, tradit quoque Gualterus Tarvanenſis, in vita S. Caroli. Adelam, inquit, reginam poſtea duxit uxorem Rogerius, Dux Apuliæ.

Regina Ethela poſtea nupſit Rogerio, Apuliæ Duci.

Iacob.

Iacob. Mejerus *in Annalibus Flandriæ Libr. III. pag. 34. pag.* Anno MLXXXII, menſe Iulio obiit Robertus Viſeardus Normannus, vir fortiſſimus, Apuliæ Calabriæque dux, ſucceſſore Rogerio filio, qui duxit uxorem Adelam, Reginam viduam Kanuti Regis Danorum, matrem Caroli Boni, Comitis Flandriarum.

MLXXXVIII. Kanutus, Danorum Rex, Roberti Comitis gener, ſexto Idus Iulias, die ſabbati, in æde quadam Divi Albani a Danis interficitur, adſcriptus poſtea ſanctorum martyrum catalogo. Orta eſt tam furioſa ſeditio plebejaque in Regem conjuratio, propterea, quod Danis perſuadere conaretur, ut decimas penderent ſuarum frugum, unde viverent ſacerdotes. Kanut occiſo, Adela Regina, tam efferatæ gentis declinans furorem, cum Carolo, impubere filio, auſa ſe mari credere, clanculum profugit, reditque in Flandriam ad patrem, duabus in Dania relictis filiabus, Ingerta & Cecilia, quarum de nobiliſſima progenie dictum nobis eſt in genealogia.

MCVII. Obiit Rogerius, Dux Apuliæ & Calabriæ, filius Roberti Viſcardi, maritus Adelæ, Reginæ filiæ, Roberti Friſii, Comitis Flandriarum, Viduæ Kanuti Danorum Regis, quæ mater ex illo erat Caroli Boni, Comitis Flandriarum, relicto ex Adela filio Wilelmo, Apuliæ & Calabriæ Duce.

MCXXV. Obiit Wilelmus, Dux Apuliæ & Calabriæ, ſine liberis, frater ex matre Adela Caroli Comitis Flandriarum, nepos ex filio Rogerio fortiſſimi & bellicoſiſſimi illius Roberti Viſcardi Normanni Apul. Calabriæque Ducis.

*Ægidius de Roya, Abbas Montis-Regalis, in Annal. Belgicis, a Franc. Sweertio editis, Francofurti. MDCXX.*

MDCXX. Balduinus vero Pius, moderatiſſimus in rebus ſuis, duxit Athelam, filiam Roberti, Regis Francorum, de qua duos ſuſcepit filios mares, Balduinum Comitem Hannoniæ, & Robertum Friſonem ſeniorem, &c. Robertus vero Gertrudem, Bernardi Ducis Saxonum, cepit uxorem, viduam Fiorentis Comitis Hollandiæ, habentem ex marito filiam: & ex ea ſuſcepit inſuper Robertum & Philippum, atque tres filias, quarum una monialis in Meſchinis, altera Canuto, Regi Daciæ, peperit Carolum ſecundum, Flandriæ Comitem, cujus marito martyrizato in Friſia, (NB. perperam pro Fionia) nupſit Duci Apuliæ. *Et poſt plura:* Sic Balduinus ſucceſſit (*ſc. Iunior*) dictus Apſrin, filiam Alani, Comitis Britonum, ſortitus uxorem, de qua prolem non ſuſcepit maſculinam, &c. moriens deſignat ſucceſſorem conſobrinum ſuum Carolum, Canuti Regis Dacorum filium, anno Domini MCXIX. Poſt octo annos regiminis ejus, idem Carolus occiſus eſt Brugis, optimatum proditione, cui ſucceſſit quidam Wilhelmus Normannus, ordinatione Regis Francorum, qui vix per annum Flandriam tenuit, a Theodorico de Elſatia pulſus anno Domini MCXXVIII. &c. &c.

De S. Carolo S. Canuti Dan. Reg. & Mart. filio, Flandriæ Comite, Brugis in Eccleſ. S. Donatiani occiſo, & in Æde D. Chriſtophori ſepulto.

§. 32. *De S. Carolo, S. Canuti filio, quem Regina vidua ſecum impuberem in Flandriam avexit, Balduino, conſobrino ſuo, deficiente naturali prole, in Comitatu Flandrenſi Anno 1119. ſuccedente, Brugisque interfecto ac ſepulto, ita* Robertus de Monte, *Append. ad Chronic. Sigeberti. Ad ann. 1127.* Carolus, Comes Flandrenſis, Canuti Danorum Regis filius, proditione quorundam optimatum ſuorum, quibus pro zelo juſtitiæ exoſus erat, Brugis, in Eccleſia S. Donatiani Martyris orans, interfectus eſt, ſed horrenda animadver-

verſione vindicatus eſt. Proditores enim cum capti fuiſſent, aut exterminati exilio, aut percuſſi gladio, aut patibulo affixi, aut præcipitio eliſi, aut duello convicti, & rotis alligati, vix aliquo evadente, omnes perierunt. *Et* Iohannes a Leidis *Chron. Belg. libr. XII. Cap. V.* Gertrudis comitiſſa genuit Roberto Friſoni, marito ſuo, tres filias, quarum prima dicta Adelia, regina & uxor S. Canuti martyris, Regis Daciæ & Norvegiæ: ex qua idem Canutus beatum Carolum, Comitem Flandriæ. Hic S. Canutus eſt a ſuis martyrizatus in quadam Capella regni ſui. Adelia, ſeu Aleydis, Regina Daciæ, poſt martyrium Regis, mariti ſui, rediit in Flandriam, cum infante ſuo Carolo. *Apud* Ægidium de Roya *vocatur* Carolus de Dacia, *& in annalib. Flandr.* Mejeri, Carolus Bonus, Pontanus *pag. 205. lib. V.* Anno exinde, qui fuit, vigeſimus ſextus ſupra milleſimum centeſimum, ſecuta eſt, de qua innui, Flandriæ Comitis Caroli, (Regis Suenonis Eſtrithii ex filio Canuto, de quo ſuperius eſt memoratum, nepotis) cognomento Boni, ad aram veluti ſacram, in Æde Donatiani Brugenſium immolati, cædes. Ejus ante annos quingentos & quod excurrit, Gualterus, Morinenſis, ſeu Tarvanenſis eccleſiæ Canonicus, & Archidiaconus, martyrium in literas miſit. Qui commentariolus Tornaci MSS. ad Divi Martini aliquamdiu ſervatus, jam nuper anno 1615, Lutetiæ Pariſiorum typis Carmoſii, in officina Nivelliana, ſtudio & cura Iacobi Sirmondi S. I. bono publico eſt editus. Et eandem deinde retexuit, & excudendam ornatius procuravit V. Cl. Ianus Lernutius Brugenſis. Quod egregium antiquitatis monumentum nos una cum generis ejusdem ſchediaſmatis aliis, volente fortaſſe numine, alibi ac loco exhibendum curabimus commo-

commodiore. *Hæc* Pontanus. *Qui Vitam S. Caroli ſcripſit* Gualterus Tarvanenſis, *Cap. I.* Interfectus eſt Brugis, *inquit*, in Eccleſia S. Donatiani Carolus, Comes Flandriæ, filius Canuti Martyris & Adelæ Reginæ. &c. Anonymus *de Paſſione S. Caroli Comitis Flandriæ, S. Canuti Regis Daniæ F. qui Ælnothina S. Canuti Vitæ ſubnectitur. Cap. I.* Nec erat quisquam tam procax & temerarius, qui ejus auctoritati obviare præſumeret, Patre enim Dano & Danorum Rege, progenitus, matre vero Franca, Ludovici Regis Francorum ſorore, exortus, feliciter viam & vitam nobilitatis exegit, & Roberti Comitis junioris filiam, hæredem ſcilicet Comitatus Flandriæ, in uxorem duxit: & iſta dominium Flandriæ obtinuit. *Indicat in ſequentibus* Anonymus, *proditores S. Caroli fuiſſe Eremboldi, Brugenſis Caſtellani, ut vocat, filium, Bertulfum, Eccleſ. S. Donatiani Præpoſitum, ejusque ex fratre nepotem, Fromoldum, cognomento Borchardum, aliosque eorum complices, quorum effrenem arrogantiam, ut & cædem Roberti comitis iunioris, ab Eremboldo transfoſſi, Carolus improbabat, & vindicare ſtatuerat. Hinc Cap. III.* Quodam igitur tempore, Bertulfus Præpoſitus, cum ſuis nepotibus in conclavi veſcens, garriebat in Comitem abſentem verbis ſtultiſſimis, dicens: unde hic nobilis? ut Danus iſte nos concutiat & opprimat? unde illi comitatus? qui non Regis, immo unius cocorum in Dacia fuit filius? vos o electi juvenes, vos os meum & caro mea, cur patimini, eum ſuper vos inſurgere, & gloriam potentiæ veſtræ minuere? ſtercora valetis, qui exuli peragratori caput non tollitis, ut de cætero pacem teneatis. Si perimatur ſordidus iſte Danus, quis apponet ad ulciſcendum manus? *Et Cap. IV.* His & ſimilibus incitamentis ſeducebat iſte juve-

Magna Caroli apud Flandros auctoritas reſpectu generis paterni ex Dan. & matern. ex Gall.

Bertulfus Præpoſit. Brugenſ. S. Caroli proditor.

Carolus cædem Roberti iunioris Comitis vindicare ſtatuit.

Carolus per convitium coqui Daniei filius vocatur.

juvenes. &c. Quibus & promittebat, ſi Danum iſtum occiderent, immo ſordidum dedecus ex Flandria tollerent, quod unus eorum comes fieret, & totius Flandriæ honorem, quem jam grandi ſorte acceperant, funditus in perpetuum illorum progenies obtineret. &c. Videtis, ait, quia me patruum veſtrum, probitate & ſapientia præfultum ad ignominiam ſervilis conditionis tametſi ſecreto, retorquere minatur. &c. Inite conſilium, firmate pactum, ut quicunque manus in eum injecerit, ab aliis in perpetuum ſuſtentetur. Illo enim perempto, ſtatim theſauros ipſius arripiamus, & ſi quis magnatum mortem ejus ulciſci voluerit, ſenſum & voluntatem ejus, copia argenti retundamus. Tu vero, chariſſime nepos, Borcharde, præſidium & turrim, in quovis tui juris & tuæ exactionis loco, feſtinanter conſtrue, ut ſi quod melius de te confido, in crudelem noſtri generis vaſtatorem te injeciſſe manus conſtiterit, & ibidem refugere valeas & tueri. *Cap. V.* Tum Fromoldus, qui ſuperbo argumento Borchardus vocabatur, in villa Straten nomine, in qua exactionem & jus a Comite obtinebat, in parochia ſcilicet S. Andreæ Apoſtoli, non longe a Brugenſi civitate, arrepta ſententia acerrimi lupi, præſidium & urbem conſtruxit, & coepit, quaſi in præſagium futuri magni mali, rapinis & calumniis incumbere, & omnes vicinos deprædationibus vexare. Proinde vir quidam ſibi vicinus, dives ac ingenuus, nomine Thamemarus, compulſus eſt Dominum Carolum Comitem adire, & præſente conventu Scabinorum (ſ. Senatorum Urbis Brugenſis) in tribunali deponere querelam. Cumque reverendus Comes rapinas comperiſſet exerceri, in loco Cameræ ſuæ tam proximo, (Camera enim antiquorum Comitum dictum eſt Brugenſe oppidum) con-

**Bertulfus ſcelus pecunia redimere ſperat.**

**Borchardus in villa Straten prope Bruges munimentum ſibi ſuiſque complicibus exſtruit.**

triſtatus eſt ad cordis fundum, & decrevit omnino, non relinquere inultum Borchardi tam ſceleratum facinus. &c. &c. Nam Comes iuſtus & rectus idem municipium injectis ignibus combuſſit. &c. &c. Sæpiſſime quidem dicebatur ſancto Comiti, quod a ſuis ſervis eſſet occidendus: quod ille nec paveſcens, nec credens, omnino non curabat. Conſcius vero ſibi magnæ & diffuſæ nobilitatis, veluti Regis Daniæ filius, Regis Francorum Regisque Angliæ proximus conſanguineus, contemnebat illorum valde murmuroſas minas, & videbatur ei fabula, quaſi mus leonem vellet interficere. *Cap. VI.* Accidit itaque, ut ſacrum jejunium quadrageſimale præ manibus haberetur, & adeſſet hebdomada ſecunda, feria quarta, orto jam ſole, cum miles Dei Carolus, in Eccleſia B. Donatiani ante altare Sancti Spiritus ſolo procumbens, libellum manu teneret & pſalmos decantaret, concinentibus etiam clericis horas dierum, repente Borchardus, lorica veſtitus, & nudo gladio fretus, cum ſuis complicibus de domo præpoſiti exiens, eccleſiam ſubiit, & Comitem Deo intendentem, nec tale quid ſuſpicantem, forti anniſu cervice tenus percuſſit in caput, & ejecto cerebro, corpus palpitans denuo percuſſionibus quaſſavit. Complices vero ejus complura jacenti vulnera inflixerunt: & ſanctum ſanguine ſuo madidum reliquerunt. &c. Hinc Borchardus convertit ſe ad interimendos Comitis amicos, & Thamardum, caſtellanum de Brocburgh repertum, vulneravit. &c. &c. *Cap. VII.* His ita patratis, curritur ad portam ærarii Comitis, diripiuntur vaſa aurea & argentea: implentur ſacculi univerſorum argento. &c. Agit Bertulſus lætum diem, gaudet & exultat, manibus plaudit, pedibus ſaltat. &c. Convenitur & Fromoldus, Comitis alumnus præcipuus, mone-

Quod Comes Carolus comburi juſſit.

Præſagium de Comite occidendo.

Carolus a Borchardo in templo inter cantandum percuſſus.

Thamarus de Brocburg Comitis amicus vulneratus. Ærarium direptum.

monetur minaciter, ut theſauros potiores aperiat, alioquin tormenta corporis ſe ſciat ſubiturum. Ille excuſat ſe humiliter: & quod theſauros majores ac minores ipſi jam diripuiſſent, verbo veraci affirmat. Illis autem non credentibus, exuitur Fromoldus veſtibus, deponitur in dolium aquæ frigidæ, ſicque frigus & famem ſuſtinens recluditur, ne a quovis viſitetur. &c. Nutu ſuperno evaſit mortem, qui cum iniqua gerentibus timuit inire ſortem. *Cap. VIII.* Bertulfus autem ſentiens immane nefas, quod perpetravit, execrari ab omnibus, &c. miſit ad quosque, qui tunc erant, optimates, promittens, non ſuarum, ſed Comitis pecuniarum multam partem ſe collaturum, ſi venirent, & parti ſuæ faverent. At illi expaveſcentes horribile & nefarium opus, reſponderunt unanimiter, quod non ad illum, ſed contra illum, quantocyus properarent. Ille vero timens, ſed confiſus de numero complicum, & de copia theſaurorum, convenit amicos & nepotes, & ipſorum ſequaces, & juſſit muniri turrim eccleſiæ Sancti Donatiani: juſſit inferri infinitam copiam omnigenæ annonæ, ſcilicet farinam, lardum, vinum copioſum, aquas ſufficientes, Aleas, Scacos (id eſt latrunculos) ancillas & ſervos, molas, furnos ad panem coquendum, & quicquid humanæ vitæ ſuffragari poteſt. &c. *Cap. IX.* Igitur Brugenſes cives, animadvertentes Borchardum & ſuos peſſime egiſſe, &c. renuntiaverunt illis, & omnem ſpem auxilii negaverunt. Aldeburgenſes vero milites, abſultum etiam contra eos geſſerunt, & quantum ex illis, mortem ſui principis ulciſci tentarunt. Rex autem Franciæ, mortem ſui militis inultam nolens relinquere, cum hominibus curiæ ſuæ advolavit, & licentia ab epiſcopis & ſacerdotibus accepta, eccleſiam poſſedit. Illo autem tempore

Fromoldus fidus Caroli ſervus dolio aquæ incluſus.

Bertulfus Magiſtratum pecunia placare ſtudet ſed fruſtra.

Turrim Eccleſ. S.Donat. muniri fecit, commeatu illato, longæ obſidioni ſuffecturo.

Brugenſes Comitis cæde exacerbati. Milites Aldeburgenſes mortem ejus ulciſci tentant.

